

0
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30

MATHIAE

BREDEMBACHII

KERSPENSIS, APVD

EMBRICAM DVM VIXIT, SHO-

læ moderatoris, In sanctum IESV CHRISTI

Euangelium secundum MATTHAEVM, pia

ac Catholica Commentaria:

SECUNDVM HEBRAICAM VERITATEM ET VETERVM OR-
thodoxorum patrum monumenta summo studio elucubrata,
Et nunc primùm in gratiam Reipublicæ Christi-
næ in lucem edita.

CVM INDICE COPIOSISSIMO.



PSAL. 118.

Declaratio sermonum tuorum illuminat, & intellectum dat paruulis.

Coloniæ apud Heredes Iohannis Quentel & Geruinum Calenium,
M. D. LX.

Cum gratia & Priuilegio Cæsareæ Maiest.

MATHIAE
BREDEMBACHII

KERSPENSIS, APVD

EMBRICAM DVM VIXIT, SHO-

læ moderatoris, In sanctum IESV CHRISTI

Euangelium secundum MATTHAEVM, pia

ac Catholica Commentaria:

SECUNDVM HEBRAICAM VERITATEM ET VETERVM OR-
thodoxorum patrum monumenta summo studio elucubrata,
Et nunc primùm in gratiam Reipublicæ Christianæ
in lucem edita.

CVM INDICE COPIOSISSIMO.



PSAL. 118.

Declaratio sermonum tuorum illuminat, et intellectum dat paruulis.

Coloniæ apud Hæredes Iohannis Quentel & Geruinum Calenium,
M. D. LX.

Cum gratia & Priuilegio Cæsareæ Maiest.

REVEREND. IN CHRIS-
TO PATRI PRINCI-
PIQUE ILLUSTRISSIMO D. RO.

BERTO A BERGIS EPISCOPO LEODI-
DIENSI, DVCI BULLON. COMI-
TI LOSSENSI, &C. SALV-
TEM IN DOMINO.



SIMVS quidem parum esse civile, Reverend. Præful, tot negotiorum vndis obrutum magis adobruere: sed cum ex multis cognouerimus tuum in sacras literas amorem singularē, & studium indefatigabile, nō erit (vt arbitramur) molestum hoc interpellari negotio, quod ad studiorum ornatum dignitatemq; cum primis pertinet. Quid enim præstabilius q̄ in eo doctrinæ genere versari, ex quo discimus cælestem philosophiam, à supremo omnium doctore IESU CHRISTO mortalibus traditam, quæ sola promptam & expeditam viam indicat ad veram æternamq; felicitatem? Vulgus hominum doctissimorum quorumcunque lucubrationes vel ex vtilitate, vel ex iucunditate plerūquē meritur, putā si de augenda re familiari, de tuenda sarcinæ valetudine, vel de alia aliqua disciplina, ad terrena solum commoda conducibili, legētis animū instruant & informēt. Vndē fit vt excellentes Philosophos quantumvis ethnicos, Iureconsultos etiam & Medicos, reliquarumque artium peritos, magno cum stupore admirentur, maiori cultu & obseruantia venerentur, maximoque applausu & triumpho in cælum vsque extollant. Quanto autē flagrantioribus studijs excipiendus est hic liber, cuius vtilitas ex æquo ptinet ad omnes, nec humana perditus industria, humana perituraque commoda promittit, sed cælestem doctrinam, à cælesti Doctore Christo humano generi traditam docet. Hæc est illa doctrina Euāgelica, per quam non vni alicui homini, vel etiā ditioni aut regno, sed mortaliū generi vniuerso annunciata est redemptio, salus & vita æterna, quæ promissa quidē patribus fuit, adumbrata significataque in lege, prænunciata à Prophetis, sed tandem in plenitudine temporum exhibita ab vno Christo. Hæc est omnis Philosophiæ summa, q̄ discussis omnium errorū tenebris, totum terrarum orbē lumine veritatis illustravit. In hac inuestiganda quantumvis magnæ & excellentis doctrinæ philosophi omne studiū & operam contulerunt, omnemq; ætatem collocauerunt, adeo vt soli sapientes habiti sint ab vniuerso mūdo, non tñ adepti sunt quod volebāt, operamq; simul & industriā pdiderunt, & stulti facti sunt corā Deo, quia

hanc veritatē sine auxilio diuino sola humana cogitatio nō potuit comprehendere. Necessarium em̄ fuit, vt ille qui habet clauē Dauid, qui claudit & nemo aperit, aperit & nemo claudit, qui est via, veritas & vita, prius aperiret oculos mortalium, vt cognita veritatis via, rectā ad ipsam veritatem possent contendere, atque sic summæ felicitatis & vitæ æternæ participes fieri. Neque verò vllum aut præstantius aut excellentius donum potuit largiri hominibus Deus, quàm spiritum illum veritatis, quem promisit Apostolis, neque promisit tantum, verum etiam misit, quod futurū longè antè vaticinatus est Ieremias cum ait, Et disponam vobis testamentum nouum, dabo leges meas in mente eorum, & in corda eorum perscribam eas. Hinc Paulus Apostolus gloriatur se accepisse legem non in tabulis lapideis sculptam, qualem accepit à Domino Moses, sed in tabulis carnalibus cordis sui conscriptam. Eandem legem acceperunt Apostoli, cum à misso paracleto diuinitus docti, peragrauerunt orbem & prædicauerunt Euangelium omni creaturæ. Eandem præterea legem acceperunt Euangelistæ, cum dictante spiritu sancto, ad æternam illius inestimabilis Dei in humanum genus beneficij memoriam, lætissimum desideratissimumq; illud Euangelium scriptis comprehenderunt, cunctisq; gentibus legendum exhibuerunt. Ex horum ^{totius orbis} numero fuit Matthæus, qui redemptionis nostræ à Christo peractam in terris historiam vno veluti fasce comprehendit, auspicans eandem ab humana Christi genealogia, incarnatione & natiuitate ad gloriosum resurrectionis triumphum, ipsiusq; ascensionem in cælum. Hęc historia vt multò nobilior est illis, quæ nihil aliud quàm funesta Regum & Principum prælia, ruinosas disturbationes euersionesq; regnorum ac urbium, cruentas cædes & miserādas calamitates populorum legendas proponunt, ad quas nemo non cogitur exhorrescere & ingemiscere: ita Christiano homini necessariò cognoscenda & assiduo meditanda est. Hęc enim docet, quid pro salute generis humani gesserit in terris Dei filius Iesus Christus, quid docuerit, quid promiserit huic suæ doctrinæ adherentibus, quam qui discere contemnit, is vitæ re non poterit, quin à sodalitate piorum hominum, à gaudijs vitæ cælestis & æterna felicitate excludatur. Eoq; præcipua Christianorum cura huc intendi deberet, vt pueri iam indè ab incunabulis huius sacratissimæ historiæ lectioni assuescerent, persuasionesque imbiberent Christo dignas, propterea quòd nihil vel altius infidet animo, vel heret tenacius, quàm quod rudibus (vt inquit Fabius) annis addiscitur. Quamobrem patris noster pie memoriæ Mathias Bredembachius, scholæ Embricensis dum vixit moderator, expendens quantum momenti situm sit in recta iuuentutis institutione, non minori sibi studio habuit, vt suæ in docendo fidei commissos sacrorum librorum lectionibus exerceret ad pietatem Christianam, atq; in orthodoxa fide & religione confirmaret, quàm liberalibus artibus erudiret. Huius sui instituti hęc ei fuit causa ac ratio, quòd tum apud scripto-

res

res grauissimos legerit, tum hisce nostris tam afflictis temporibus palam viderit, quàm sit res omnium perniciosissima cognitio liberalium artium, præsertim verò dicendi scribendiq; facultas, si incidat in hominem prauis opinionibus & flagitiosis moribus corruptum: cum alioqui si in viros bonos incidat, plurimos optimosq; fructus & incredibiles vtilitates adferat Rebuspub. Delegit itaq; ex vtroque instrumento eos libros, quos suis auditoribus non minori cum vtilitate, quàm voluptate prælecturum se existimauit. Atque ex veteri quidem testamento Psalmos Dauidicos, ex nouo autem Euangelium Matthæi, iuxta orthodoxorum patrum expositionem, & sacrosanctæ Ecclesiæ de fide ac religione doctrinam, plenioribus commentarijs illustrauit. Porro ea quæ in Matthæum scripsit, absoluta, nondum tamen eliminata cum diu occultasset, secutus fortè consilium Flacci, Nonnumque prematur, in annum: sæua tandem fatorum inuidia & morte proh dolor nimis præpropera preuentus, nunquam euulgauit. Cum itaque ad nos hæ Parentis nostri lucubrationes tanquam iure hæreditario deuoluerentur, & multi qui olim eo præceptore vsi fuerant, precarentur hortarenturque, vt aliquandò illas vigilias typis publicaremus: putauimus filialem pietatem paternamq; id exposcere reuerentiam, vt hæc licet qualiacunque, non tamen sine magnis laboribus conscripta commentaria, in gratiam cupidæ sacrarum literarum iuuentutis, ex grammatophylaciorum angulis educeremus in publicum. Sic enim nos defunctum parentem, à quo vitam accepimus, quodammodo à morte in vitam afferemus: & qui ore docentem audiuerunt, mortuumq; indoluerunt, nunc scriptis loquentem, & quasi postliminio reuersum agnoscent & gratulabuntur. Interea tamen, Amplissime Præsul, dum parentis nostri conditionem & ordinem non ignoramus, nolimus esse tam improbi aut impudetes, vt hæc commētaria R. T. D. offerremus, priusquam sciremus, qui placeant ac probarentur illis, ad quos proprie, ratione officij & vocationis ex ordinatiōe diuina, cognitio & censura de huius generis scriptis pertinet. Quamobrem ostēdimus librum viris doctissimis, sacræ Theologiæ in celeberrima Academia apud Coloniam Agrippinam professoribus, horum cognitioni & iudicio illum subijcientes, vt ex horū sententijs agnosceremus, vtrum lectio eius eos posset adferre fructus, quos sperarem: an verò nos per iuuenilem ætatem, vel etiam more humano nostra opinione ac spe falleremur. Fit enim iuxta prouerbium, vt suum cuique pulchrum. Neque verò vt ita faceremus, illa sola ratione inducti sumus, quòd intelligeremus quàm periculosum sit, in tali argumento tractando errare: verum etiam nè recederemus cum à voluntate parentis nostri, (qui hoc grauius & sepe numero nobis mandauit, & exēplo suo, in ijs quæ ante mortem edidit, opusculis docuit) tum multò maximè ab illa regula & consuetudine, quam publicæ pacis & concordie causa, tot locis nobis commendant scripturæ diuinæ: imò quam suo ipsius exemplo nobis commenda-

uit ipse filius Dei. Is enim priusquam inciperet quicquam docere, accessit Hierosolymā annos natus duodecim, & contulit doctrinam suam cū doctoribus synagogæ. Neque progressus est ad docendum, antequam testimonium haberet à Iohanne, imò ab ipso spiritu sancto, ab ipso Deo patre testificante, hunc esse filium suum dilectum, & mandante, vt hunc audirent. Deindè cū mudasset leproso, voluit vt irent ad sacerdotes atq; illis sese ostenderent, & eorum sententijs iam pronuntiati mundi, in consuetudinem & conuersationē hoīm, atq; synagogā ipsam redirent. Ad eundem voluit ordinē, à Deo patre suo per Moſen institutum, turbare. Paulus Apostolus cū ab ipso Christo vocatus esset ad munus Apostolicū, & per impositionem manuum Ananię ritè ordinatus, & in functione muneris iam aliquandiu etiam magna cum laude versatus, tamen ascendit Hierosolymā, vt cum primarijs Apostolis, Iacobo, Cepha, & Iohanne conferret Euangelium, quod prædicabat gentibus, vt datis vtrinque dextris, cōtestarentur non esse diffidium inter vtrorunq; doctrinam. His exemplis edocti, nolimus has lucubrationes sub tui nominis titulo Præsul Reuerend. in publicum emittere, sinè illorum authoritate, quorū est de huiusmodi censuram facere. Quos cū intelligeremus hos parentis nostri labores comprobare, ac censere ea quæ scripsit, consonare Ecclesiæ Catholicæ doctrinæ & orthodoxorum patrum sententijs, posseq; non vulgarem quandam vtilitatem adferre, si recipiantur, iam tutum putauimus id quod in animo habebamus, perficere. Quamobrem Reuerend. Præsul, has parentis nostri lucubrationes T.R.D. offerimus ac dedicamus, nō deterriti ab hoc, quod munusculū longè sit minutius quàm pro tanto Præsule, cū res de qua scriptum est, illud abūdè penset. Hæc enim tanta est, vt cū cæteri omnes, tum verò maximè Præsules de ea assidue vel legere, vel audire, vel certè cogitare debeāt. Agit em̄ hīc nō de Siculis gerris aut anilibus fabulis, sed de historia vitæ, doctrinæ, passionis, mortis & resurrectionis dominicæ, per quam vniuerso orbi annunciat salus, redemptio & vita æterna. Cuius historiæ eiusdemque lectionis cū sciamus T.R.D. esse longè omnium desideratissimam, non est quod vereamur te hoc munusculum aspernaturum. Idque eo alacrius etiam confidimus, quod iam ex multis cognouerimus, T.R.D. incredibili quodam in sacras literas ardore teneri, serioque conari, vt Euāgelica doctrina iuxta receptā diū, multisq; seculis totius orbis consensu approbatam orthodoxorum patrum sententiam, in omnibus tuæ diocesis finibus purè & syncerè doceatur. Magnum profectò in Episcopo ornamentum, esse non vulgariter doctū: Maius autem, in omnibus se præbere exemplum bonorum operum, esse temperantem, hospitalem, neq; turpis lucri cupidū: Maximum porro, si sacrarum literarum ardenti flagret amore, si iuxta Homerum meminerit se esse *σομῖνα λαῶν*, si omnibus modis aduigilet, vt doctrinam Euangelicam grex suæ fidei concreditus syncerè & incorruptè discat intelligere, ipsosq; docentes

Tit. 2.

docentes gratia, fauore & liberalitate prosequatur. Quibus omnibus te summè exornatum esse, cū omnes vno velut concentu testentur, eo nunc propensius hæc parentis nostri vigilias omni cum obseruantia ac veneratione T.R.D. offerimus & consecramus: omninò sperantes vel confidentes potiùs futurum, vt qua lenitate & mansuetudine T.R.D. tenuiorum supplices libellos quotidie admittere sustinet, hunc quoq; parentis nostri laborem non modò non sit explosura, sed etiam exporrecta & hilarifronte susceptura. Id si impetrauerimus, sempiternò cum primis à T.R.D. deiuicti beneficio, non exiguum paternarum vigiliarum fructū nos consecutos existimabimus. Quinetiā eo ipso nobis promittimus futurum, vt cū hunc librum T.R.D. gratum fuisse perpexerint alij, ijdem tuo exemplo atq; hortatu beneuolentioribus animis, eundem sint suscepturi, & studio sius plecturi, quotquotiam & Catholicam Euangelicę doctrinæ explanationem pio & catholico animo complectuntur, Deus Opt. Max. Reuerend. Amplitudinem tuam studiorū ac rei Christianæ commodis, ad Nestoreos annos conseruet incolume. Datum Colonia Agrippinæ, Idibus Iunij, Anno M.D.LX.

Reuerend. Tuæ Amplitud.

ad omnia obsequia deuotiss.

Theodoricus & Tilmannus
Bredembachij fratres
germani.

ERRATORVM CATALOGVS.

Vbiue & intelligas facilis, & citius quæ velis, offendas: memineris priori numero indicari paginam, posteriori lineam, inde sequi aut breuissimè inuilectionem puram. Vbi verò inter numeros duos a literam offenderit, insinuari nōris priorè dissectæ paginæ columellam: vbi autè b, posteriorem. initialibus lineis ab hac numerandi ratione haud exclusis.

15 b 36 nūr in 32 b 41 liquatus 42 a 27 bibunt, iudiciū sibi edunt ac bibunt: nimirum 44 a 22 cre 47 a 41 triam:
48 a 46 mur? 49 a 47 ri hīc 64 a 6: hoc est, in 69 b 35 ret? 78 a 40 patris 80 b 20 pe 82 a 41 briticā:
84 b 16 conf 92 b 16 aff 104 b 58 omnibus 105 b 40 alle 108 a 6 ndan 113 a 29 tatibus 118 b 15 mī? pr
119 a 127 43 nūr in 128 30 omnis 136 b 16 vult: itā 142 14 os, coinquinat 144 a 30 est d 190 b 58 gentilis
196 a 19 rum 196 b 48 quidem 209 b 6 mī? 213 a 2 nēs 235 b 58 prius 254 b 57 doctio-

101 b 43 יש שבר 103 a 30 שלום עמך 105 in margin. גיאתהום 133 a 8
יש באפה ג סאון ובסאה יש ו סבין ובסד ל להנין ובכלה ו בים 203 b 48
באפס לא תשראה רבי ולא תשראה בקשרים 204 b 21 גר 261 a 30 שנה & תלקה

INDEX RERVM AC VERBORVM IN SEQVENS
BREDEMBACHII SVPER MATTHAEVM COMMENTARIOS,
Opera Bartholomæi Laurentis Nouimag. sedulo congestus, iuxtaq; literarum
feu casuum ordinem, summa eiusdem cura digestus.

Meminerit Lector, characterum istorum quatuor, a, b, c, d, numeris adiectorum, eum in hoc Index vsum esse, vt anteriorem columellæ prioris (difficta enim ferè sunt pagina) partem indicet a: posteriorem, b: superiorem verò partem alterius columellæ, c: inferiorem, d: His obseruatis, & castigatis in opere ipso numeris his, 37, 117, 125, 185, 192, 200, 233, erit inuentu, quod Index monstrauerit, haud difficile.

A bel seu Abal Hebrais quid 26b	adfectus quis qualis 44 a	alleniari primo tempore, & nonissimo 206 a
abnegare semetipsum, qd 156 c	aduentus regni Dei quomodo fiat 57 b	aggranari, quid 206 a
abnegatio qua quis fiat 11 b	aduersa cur nobis sint seu accidant oia allidere paruulos ad petram, quid 14 a	
abominatio q; qualis aut quid 210 b c	66 c	
abraham cur de cade filij destinata laudetur 39 c	aduersarij nomine quid vbi sit intelligendum 43 b c	alma Hebraice quid 204 d
abraham mystice quid 2 d	adulationi vbi potissimum locus III c	altera qui tantum sacramenti specie 5 c
abraham quid sonet 3 b	adultera qui desinat esse adultera 46 a	semper contenti fuerint 242 d
abraham quid cuius figura 3 b c	46 a	amalech qui occidendus 28 a
abrahæ in Chanaâ commigratio, quid praesignavit 3 b	45 d	ambitio & auaritia quales peccatis 63 d
abrahæ, Isaac & Iacob celebritas quanta 88 b	43 d	ambitio que quos agitât 166 a
abrahæ laus 25 c	adulteriij vocabulo qui omne peccatum inuatur 44 d	ambitio quid aut qualis 52 a
abrahæ memoria Iudæis quanti habitata 2 c	adulteriia vnde nascantur 44 a	ambitione qua qui Apostoli quomodo laborârunt 183 ab
abrahæ promissa posteritas qua qualis 16 b	Aedificatio qua qualis 81 d	ambitios tentatio que quanta 19 b
abscondio qua quid sibi velit 113 d	adificium quod quale 81 c	ambrosius qui lugere solitus 26 d
absolutio quibus conferenda 85 a	agrotus quis qui curandus 246 d	ambulatio supra mare que quid sibi 140 b
absque charitate nemini salutem consequendam 39 b	egyptiorum submersio, mystice quid 27 d	amen, quid 37 d 218 c
abundantia qua quod frigus inductura 209 d	egualitas inter patrem & filium qua-ta 114 b c	amici qui quomodo relinquendi 179 a
abusus pecunie quis qualis 270 b	estimatio nummorum q; qualis 164 a	amodo, qui vbi capiendum 206 c
Accedentes Christum qui quomodo discesserint 200 b	Affectatio que qualis 184 a	amor Christi erga nos qualis aut quantus 252 b 277 b
accipere crucem, quale quid 107 b c	Affectioes Christi que quales 251 a b	amor quis quanta sit febris 89 b
accipere gladium 254 a	affectus, nisi dominio spiritus regantur, quid tandem pariant 90 a	amputatio que qualis 254 b
acclamatio qua qualis aut quid 188 c	affectus qui quomodo aut supprimendi aut vincendi 89 c	Anabaptistarum & Nonatianorum consutatio 59 c
accubitus qui quales 203 b	Agar quid sonet 161 a	anadiplosis seu reduplicatio qua quid sibi velit 206 a
accusatores seu reprobatores qui quales 34 b c	Agar quid 161 a	anadiplosis seu reduplicatio qua quid sibi velit 206 a
acheron quid 161 a	ager quis qualis aut quid 177 c	andreas à Christo qui vocatus 20 c
acus foramen quid 177 c	Agar quid 161 a	andreas vnde dicitur 101 c
Ade & rationis collatio 44 b c	Agar quid 161 a	andreas vnde dicitur 101 c
adbasio viri & vxoris, qualis 173 a	agora quid 113 a	angelus qui quorum custodie deputatus 65 b c
admiratio qua qualis 256 a	agricole 113 a	angeli qui quorum custodie deputati 65 b c
admeti melos quid 113 a	Ageldama seu acheldemabentem cadat 87 d	angelicæ custodie qui fidendum 191 c
adolescens quis qualis, aut quorum typus 175 a 176 a	algeri de figura & signo corporis Christi, sententia 240 b c	angelicum ministerium qui quomodo assequantur 27 a
adolescens, sindone reiecta, fugiens, quis 245 d	allegatio que qualis 18 d 19 a	angustia seu arcta porta que qui imitanda 72 c d

SVPER MATTHAEVM, INDEX.

angustia Christi qua qualis, & vnde su perata 252 a b	archidiaconus seu porta que cur ita dicatur 73 a	arguentia quibus nil proficit 196 b
anima qd aut qualis 65 a 90 a 200 a	arguentia que cur ita dicatur 73 a	baptismus quid 16 a
anima qui vel inueniatur, vel perdatur 107 c 157 c	arguentia que cur ita dicatur 73 a	baptismi forma qui per quos licite mutata 243 c d
anima sedes quid 28 d	arguentia que cur ita dicatur 73 a	baptiste cibi qui 15 c
anima pro toto homine sumi 173 b	arguentia que cur ita dicatur 73 a	baptiste & Heliae collatio 112 c
animam qui suam Christus pro multis posuerit 184 b c	arguentia que cur ita dicatur 73 a	baptiste questio que qualis 107 b c
anima que quod deueniant 92 c	arguentia que cur ita dicatur 73 a	baptizari, per se satis non esse 16 a c
anima separata num circa monumentum corporum versentur 92 b	arguentia que cur ita dicatur 73 a	baptizatio Apostolorum ante mortem Christi, qualis 102 b
animarum dignitas vnde liquido intelligatur 167 d	arguentia que cur ita dicatur 73 a	barba mystice quid 73 a 141 c
animam potius quam ipsum opus dei spectare 62 d	arguentia que cur ita dicatur 73 a	bariona quid sonet 151 b
animas & Capphas qui 255 a	arguentia que cur ita dicatur 73 a	barrabas quis aut qualis 262 a
antelucane surrectionis quod praemium quibus ubi gerit 270 a	arguentia que cur ita dicatur 73 a	bat Jolozep quid 55 c
antichristus cur à Iudæis potissimum recipiendus 211 a	arguentia que cur ita dicatur 73 a	battus quis aut quid 55 c
antichristus Lutero quis 11 c	arguentia que cur ita dicatur 73 a	Beelphoor quid 105 a
antichristi aduentus qualis 212 b	arguentia que cur ita dicatur 73 a	beelzebub quid 104 d 105 a
antichristi satellites seu prodromi horum diei 236 d	arguentia que cur ita dicatur 73 a	bellum quid 29 d
antichristi tempus qui abbreviandum 212 a	arguentia que cur ita dicatur 73 a	bellorum frequentia quanta 208 b
antichristorum copia quanta 211 a	arguentia que cur ita dicatur 73 a	bellorum omnium grauisimum quod 208 c
antichristorum quid 43 d	arguentia que cur ita dicatur 73 a	belo & Nino qd mali debeatur 104 d
antichristus ecclesie idonei qui 140 d	arguentia que cur ita dicatur 73 a	benedicti à Deo qui 224 c
antichristi exemplo quid nobis faciendum 176 c	arguentia que cur ita dicatur 73 a	benedictionem mandare, quid 73 a
apertio oris Domini, quid praeseferat 24 a	arguentia que cur ita dicatur 73 a	beneficia que quibus conferenda, & qui conferantur 21 b 70 d
apoplexia quid 87 c d	arguentia que cur ita dicatur 73 a	beneficij negationem, aliquando & neficium esse 136 c
apostolorum nomina qua 101 b	arguentia que cur ita dicatur 73 a	bernardi laus & apophthegma 29 b
apostolorum temeritas qua qui prodita 252 c	arguentia que cur ita dicatur 73 a	bestia qua quam diu sentura 211 b
apostolorum vocatio qua qualis 20 c d	arguentia que cur ita dicatur 73 a	beth quid sonet 232 c
apostolus priuatum iniuncta, & omni Christianorum interesse 246 c	arguentia que cur ita dicatur 73 a	berthania quid 187 b 190 a 232 b c
apostolica decreta qua qui mutata aut non feruat 243 d	arguentia que cur ita dicatur 73 a	berthehem qui & paruula, & nequaquam minima sit 8 a b
apostolus & Elia cum Christo, autoritas qua qui vrenda 158 d	arguentia que cur ita dicatur 73 a	berthehem seu Berthehem quatuorplex 6 b 7 d
apostolus & Eua collatio 44 b	arguentia que cur ita dicatur 73 a	bethphage quid 187 a
apostolus quis qui fugiendus aut cur vitandus 87 b 90 b	arguentia que cur ita dicatur 73 a	bethsaida quid 113 b
Aqua qua quales aut quid 234 d	arguentia que cur ita dicatur 73 a	Bibere eodem ex poculo 183 c
Aquilari affectus quis quantus 206 b	arguentia que cur ita dicatur 73 a	bibere quid cur Christus noluerit 264 a
Arbitrij liberi assertio 206 b	arguentia que cur ita dicatur 73 a	bibite ex hoc omnes, ad quos tantum pertinet 244 c
Arbitrij libertas quanta 225 d	arguentia que cur ita dicatur 73 a	bibitio que qualis 244 c d
Arbores que quos fructus protulerint 76 d	arguentia que cur ita dicatur 73 a	binarij mysterium 22 a
archelais successus ac mors 9 c	arguentia que cur ita dicatur 73 a	binos emitti Apostolos, quid praeseferat 102 a
archelais quis quantus 247 a	arguentia que cur ita dicatur 73 a	Blanditia qua quales 175 b
	arguentia que cur ita dicatur 73 a	blasphemia qua qualis 122 c
	arguentia que cur ita dicatur 73 a	blasphemia poena que 256 d
	arguentia que cur ita dicatur 73 a	Bogenbagius quis, quantus poenitentiae hostis 12 d
	arguentia que cur ita dicatur 73 a	bona qui omnia, etiam venenata 145 a
	arguentia que cur ita dicatur 73 a	boni & mali quod quomodo admitti 194 d

boni

IN COMMENTARIA BREDEMBACHII

bonitas qua cui tribuenda 175 b lesta sit 89 b
bonorum operum assertio & utilitas 225 d caro quod ferè quenaq; inuinet ac sollicitet 226 a
bonorum operum hostes qui 224 a caro ubi pro toto homine ponatur 173 b
Brunopolitanus seu Brunsvicensis dux, carnis affectus & infirmitates qui tm quid à Lutero tulere 11 c curvabiles 89 d
Buccella Iudæ porrecta, quæ qualis aut carnem quæta pars hominū sequat 73 b quid 236 c carnalia Moysi præcepta, figuræ potius quam præcepta esse 145 b
Cadauer aqilas ad se attrahere, quæ præcepta esse 145 b quid 212 d carnalium ne an spiritualium vita sua cadauer contingere, quid 146 a nior 73 b
cadere in terrâ, in ignem, in aquâ, quid carnificem cuius se quæ Luternus pfeff 105 d 160 d 161 a sus 12 b
caci cur à turba increpati 185 a castellum 187 b c
cacorum duorum mysterium 98 a b castigationes q; quæ faciendæ 40 c d
calum & terra quò transitura 215 d castitati q; potissimū hodiè insens 76 c
celi & terræ mutatio quæ quændo su- castratio q; quæ fiat 174 b
tura 37 d catechista q; bus in nauî asimitetur 71 b
calum Dei thronum esse, quid 47 a catechizantū & catechizato quid ce- cali qui quales aut quid 32 a 56 c vandum 69 c
calibatus aut matrimonium quæ assu- cathebra inter Christianos summa qua mendum 174 c d 74 d
calibi aut celebri quid querendū 66 b cathedra cui quid Germani debeat 11 d
cementarius quis quid à Christo conse- cathedra quæ quorum sint 189 c
cutus 119 a catholica Ecclesie nomen quæ sit ce-
ceremonialia q; Christus implerit 36 b lebre 75 b
caesarea quæ quæ aut vnde philippi co- cato ubi cur à Cicerone repræbensus gnominata 150 a 138 a b
caesari quid dandum 197 c d Censuræ quæ sub didrachmo intelligen- caiphas quis aut qualis 230 c dus 163 d 164 a
calceamento excui, quid 198 d centuplū q; quò accepturū 178 d 179 a b
calcei Apostolorum cur vetiti, ac sanda- centurio mysticè quid 88 d
lia concessa 102 d cetero quis quæ Christi adierit 86 c d
calix quid 183 c 251 c centurius fides qualis aut quæta 87 c
calicem Domini bibere, quid 183 d 88 a
calicem ne semel an bis dederit Christo cephas quid 135 a c
discipulus 235 d 236 a cessante Iohanne, Christum incipere, qd atque à Luca describitur 19 c
calicem quæ Christus instituerit 244 d sibi velit 19 c
calumnie quæ quibus vnde struet 160 d Chalcidij Platonici mirū de stella Ma-
camelus quid ubi aut quò signet 177 c d gis apparente elogium 6 d 7 a
cameli per acūs foramen transitus, qd chananæ seu Cananæ quæ qualis, & quæ se gesserit 146 c d
178 a chananæ Iudæis q; fuerint infesti 146 d
camelum glutire, quid 205 a charritas quæ quid à nobis exigat 39 c
canem seu catellam appellari, quid aut charritas quò vel asperimalemiat 72 d
quale 147 b charritas quæ quæ fragilis 37 c
canes quid 70 c charritas quæ quid muri sit 43 a
canum cur hodiè tanta copia 71 a charritas quid muri sit 43 a
capharnaum seu Capernaum, quid & charritas vera quæ 176 b c
ubi 87 a 113 c charritatis excellentia quæ 196 b
capientiu Iesum turba, vñ cõflata 254 c charritatis laus 42 a 48 d 222 b
capillorum numeratio quid 105 d charritatis opera q; qualia 79 b c 224 c
capitū vñ in Ecclesia ratio quæ 152 d charritatem esse legis impletionem 39 a
caprarum vsus quis 224 b christus ad se quæ omnes inuinet 114 c
capti qui vnde q; excocetur 29 a christus animâ suâ cui obtulerit 184 c
caro & sanguis quid 151 b christus cur primū trigesimo anno
caro quæ sit infirma 252 d euangelicum munus aggressus 10 b
caro quæ & cur anima & spiritui mo- christus cur vel Elias, vel Ieremias pu-

SVPER MATTHAEVM, INDEX.

150 d
151 d
152 d
153 d
154 d
155 d
156 d
157 d
158 d
159 d
160 d
161 d
162 d
163 d
164 d
165 d
166 d
167 d
168 d
169 d
170 d
171 d
172 d
173 d
174 d
175 d
176 d
177 d
178 d
179 d
180 d
181 d
182 d
183 d
184 d
185 d
186 d
187 d
188 d
189 d
190 d
191 d
192 d
193 d
194 d
195 d
196 d
197 d
198 d
199 d
200 d
201 a
202 a
203 a
204 a
205 a
206 a
207 a
208 a
209 a
210 a
211 a
212 a
213 a
214 a
215 a
216 a
217 a
218 a
219 a
220 a
221 a
222 a
223 a
224 a
225 a
226 a
227 a
228 a
229 a
230 a
231 a
232 a
233 a
234 a
235 a
236 a
237 a
238 a
239 a
240 a
241 a
242 a
243 a
244 a
245 a
246 a
247 a
248 a
249 a
250 a
251 a
252 a
253 a
254 a
255 a
256 a
257 a
258 a
259 a
260 a
261 a
262 a
263 a
264 a
265 a
266 a
267 a
268 a
269 a
270 a
271 a
272 a
273 a
274 a
275 a
276 a
277 a
278 a
279 a
280 a
281 a
282 a
283 a
284 a
285 a
286 a
287 a
288 a
289 a
290 a
291 a
292 a
293 a
294 a
295 a
296 a
297 a
298 a
299 a
300 a
301 a
302 a
303 a
304 a
305 a
306 a
307 a
308 a
309 a
310 a
311 a
312 a
313 a
314 a
315 a
316 a
317 a
318 a
319 a
320 a
321 a
322 a
323 a
324 a
325 a
326 a
327 a
328 a
329 a
330 a
331 a
332 a
333 a
334 a
335 a
336 a
337 a
338 a
339 a
340 a
341 a
342 a
343 a
344 a
345 a
346 a
347 a
348 a
349 a
350 a
351 a
352 a
353 a
354 a
355 a
356 a
357 a
358 a
359 a
360 a
361 a
362 a
363 a
364 a
365 a
366 a
367 a
368 a
369 a
370 a
371 a
372 a
373 a
374 a
375 a
376 a
377 a
378 a
379 a
380 a
381 a
382 a
383 a
384 a
385 a
386 a
387 a
388 a
389 a
390 a
391 a
392 a
393 a
394 a
395 a
396 a
397 a
398 a
399 a
400 a
401 a
402 a
403 a
404 a
405 a
406 a
407 a
408 a
409 a
410 a
411 a
412 a
413 a
414 a
415 a
416 a
417 a
418 a
419 a
420 a
421 a
422 a
423 a
424 a
425 a
426 a
427 a
428 a
429 a
430 a
431 a
432 a
433 a
434 a
435 a
436 a
437 a
438 a
439 a
440 a
441 a
442 a
443 a
444 a
445 a
446 a
447 a
448 a
449 a
450 a
451 a
452 a
453 a
454 a
455 a
456 a
457 a
458 a
459 a
460 a
461 a
462 a
463 a
464 a
465 a
466 a
467 a
468 a
469 a
470 a
471 a
472 a
473 a
474 a
475 a
476 a
477 a
478 a
479 a
480 a
481 a
482 a
483 a
484 a
485 a
486 a
487 a
488 a
489 a
490 a
491 a
492 a
493 a
494 a
495 a
496 a
497 a
498 a
499 a
500 a
501 a
502 a
503 a
504 a
505 a
506 a
507 a
508 a
509 a
510 a
511 a
512 a
513 a
514 a
515 a
516 a
517 a
518 a
519 a
520 a
521 a
522 a
523 a
524 a
525 a
526 a
527 a
528 a
529 a
530 a
531 a
532 a
533 a
534 a
535 a
536 a
537 a
538 a
539 a
540 a
541 a
542 a
543 a
544 a
545 a
546 a
547 a
548 a
549 a
550 a
551 a
552 a
553 a
554 a
555 a
556 a
557 a
558 a
559 a
560 a
561 a
562 a
563 a
564 a
565 a
566 a
567 a
568 a
569 a
570 a
571 a
572 a
573 a
574 a
575 a
576 a
577 a
578 a
579 a
580 a
581 a
582 a
583 a
584 a
585 a
586 a
587 a
588 a
589 a
590 a
591 a
592 a
593 a
594 a
595 a
596 a
597 a
598 a
599 a
600 a
601 a
602 a
603 a
604 a
605 a
606 a
607 a
608 a
609 a
610 a
611 a
612 a
613 a
614 a
615 a
616 a
617 a
618 a
619 a
620 a
621 a
622 a
623 a
624 a
625 a
626 a
627 a
628 a
629 a
630 a
631 a
632 a
633 a
634 a
635 a
636 a
637 a
638 a
639 a
640 a
641 a
642 a
643 a
644 a
645 a
646 a
647 a
648 a
649 a
650 a
651 a
652 a
653 a
654 a
655 a
656 a
657 a
658 a
659 a
660 a
661 a
662 a
663 a
664 a
665 a
666 a
667 a
668 a
669 a
670 a
671 a
672 a
673 a
674 a
675 a
676 a
677 a
678 a
679 a
680 a
681 a
682 a
683 a
684 a
685 a
686 a
687 a
688 a
689 a
690 a
691 a
692 a
693 a
694 a
695 a
696 a
697 a
698 a
699 a
700 a
701 a
702 a
703 a
704 a
705 a
706 a
707 a
708 a
709 a
710 a
711 a
712 a
713 a
714 a
715 a
716 a
717 a
718 a
719 a
720 a
721 a
722 a
723 a
724 a
725 a
726 a
727 a
728 a
729 a
730 a
731 a
732 a
733 a
734 a
735 a
736 a
737 a
738 a
739 a
740 a
741 a
742 a
743 a
744 a
745 a
746 a
747 a
748 a
749 a
750 a
751 a
752 a
753 a
754 a
755 a
756 a
757 a
758 a
759 a
760 a
761 a
762 a
763 a
764 a
765 a
766 a
767 a
768 a
769 a
770 a
771 a
772 a
773 a
774 a
775 a
776 a
777 a
778 a
779 a
780 a
781 a
782 a
783 a
784 a
785 a
786 a
787 a
788 a
789 a
790 a
791 a
792 a
793 a
794 a
795 a
796 a
797 a
798 a
799 a
800 a
801 a
802 a
803 a
804 a
805 a
806 a
807 a
808 a
809 a
810 a
811 a
812 a
813 a
814 a
815 a
816 a
817 a
818 a
819 a
820 a
821 a
822 a
823 a
824 a
825 a
826 a
827 a
828 a
829 a
830 a
831 a
832 a
833 a
834 a
835 a
836 a
837 a
838 a
839 a
840 a
841 a
842 a
843 a
844 a
845 a
846 a
847 a
848 a
849 a
850 a
851 a
852 a
853 a
854 a
855 a
856 a
857 a
858 a
859 a
860 a
861 a
862 a
863 a
864 a
865 a
866 a
867 a
868 a
869 a
870 a
871 a
872 a
873 a
874 a
875 a
876 a
877 a
878 a
879 a
880 a
881 a
882 a
883 a
884 a
885 a
886 a
887 a
888 a
889 a
890 a
891 a
892 a
893 a
894 a
895 a
896 a
897 a
898 a
899 a
900 a
901 a
902 a
903 a
904 a
905 a
906 a
907 a
908 a
909 a
910 a
911 a
912 a
913 a
914 a
915 a
916 a
917 a
918 a
919 a
920 a
921 a
922 a
923 a
924 a
925 a
926 a
927 a
928 a
929 a
930 a
931 a
932 a
933 a
934 a
935 a
936 a
937 a
938 a
939 a
940 a
941 a
942 a
943 a
944 a
945 a
946 a
947 a
948 a
949 a
950 a
951 a
952 a
953 a
954 a
955 a
956 a
957 a
958 a
959 a
960 a
961 a
962 a
963 a
964 a
965 a
966 a
967 a
968 a
969 a
970 a
971 a
972 a
973 a
974 a
975 a
976 a
977 a
978 a
979 a
980 a
981 a
982 a
983 a
984 a
985 a
986 a
987 a
988 a
989 a
990 a
991 a
992 a
993 a
994 a
995 a
996 a
997 a
998 a
999 a
1000 a

IN COMMENTARIA BREDEMBACHII

Table with multiple columns listing terms and their references. Includes entries like 'desperatio venia qui repellatur 59 d', 'deus quis cuius sit 64 a', 'dilectio q qualis 175 c', 'disciplina patris, matrisq, lex qd 58 c d', 'discipulus Pontifici notus, quis 255 a', 'discipuli qui cur & vnde cum qua q- sione ad Christum missi 107 b c', 'discipuli qui & quot quibus mysterijs a Christo fere adhibiti 97 d', 'discipulus primatum inssu a Christo, nu 136 c'.

SVPER MATTHAEVM INDEX

Table with multiple columns listing terms and their references. Includes entries like 'expiratio qua qui facta 266 d', 'explorandus qui sibi quisq, prius quam fletus & stridor quis quibus cur fuerit 189 e', 'fides in Christo valida, que 226 b', 'fides que qui concilietur 83 d', 'fides que qui exercenda 147 b', 'fides quibus nil profite 196 b', 'fidei anima quid 37 a', 'fidei encomium 3 a', 'fidei necessitas qua 98 b', 'fidei socia proxima qua 13 a', 'fidei & charitatem quam oporteat mutuo sociari 97 a b', 'fidei sibi mutuo opere ferre 5 a', 'fidei solam non saluare 195 a', 'fidei sola neminem iustificari 78 c', 'figulus quis qualis 261 a', 'figura que quales 240 d', 'filius Dei quis qualis 96 d', 'filius Davidis dici, quid 98 a', 'filius duo quid 267 a', 'filius quomodo erga parentes se gerere de- beant 98 b', 'filius regni qui 190 d', 'filius regni quae apud Hebraeos habendoru sit ratio 203 a', 'fimbria q qualis aut qui pcepta 4 a', 'fimbria tactus quis qualis 203 a', 'fimbriam apprehendere, quid 141 c d', 'fimbriis qualibus qui quomodo & cur gallinaru affectus erga pullos suos qua- viantur 97 b', 'fimbriae quae quibus & quomodo imita- 202 d', 'fimbriae quae quibus & quomodo imita- 48 d', 'firmis quae quales 250 a', 'firmas quae quales 120 d', 'flagellatores Christi quales 262 c', 'flagellatus qui & cur Iesus 262 b'.

IN COMMENTARIA BREDEMBACHII

Table with multiple columns listing terms and their corresponding page numbers. Includes entries like 'gebenna filius quis', 'geminatio qua quid sibi velit', 'genalogiarum apud Iudeos texedari', etc.

SVPER MATTHAEVUM INDEX

Table with multiple columns listing terms and their corresponding page numbers. Includes entries like 'iactantia q qualis', 'iactatio q quibus q sit necessaria', 'iarius mystice quid', etc.

IN COMMENTARIA BREDEMBACHII

institia quatuorplex, & q̄ qualis 4 d 5 a leprosi tactio q̄ quid innuat 83 d
institia causa qua 135 a leprosum mundari, quid 84 d
institia nomine quid comprehendatur 72 b lex cordibus nostris inscripta q̄ 160 a
30 d 38 d lex & prophete q̄ unum facti 160 a
institia seu forma quid aut q̄ 226 b lex materna quid 58 c d
institia Christi quomodo Pilat & vxor lex quatuorplex sit, quatuorplex q̄, imple- luteri & Iudæ collatio 12 a
eius profecti 262 d atur 36 b luteri in Gregorium primum mediacia 123 d
institum bisarie quem dici 4 d Libellus repudiij quis qualis 45 c d
iuuenibus quid querendum 66 b liberi arbitrij assertio 225 d luteri vocatio que qualis 12 a
Abus quid 133 a liberum esse & matrimonium & cali- luterio etiam sub pane sanguinem acci-
uadit quid 147 a batum 174 c d pi 242 a
καταδυσία quid 257 d liberum esse hominis arbitrium, non fa- luterone pellenti, an pulsus ab ipso, ma-
uadit quid 65 c tale aut coactum 206 b gis legendum 27 c
καταδυσία quid 97 c libido que qualis sit febris, & vnde or- luterio vestis nuptialis quid 195 d
καταδυσία quid 98 c tum habeat 89 b 173 d Lycurgi patientia quanta 51 b
laborantes qui quales 114 d uendam 14 c M Achbar Hebraice quid 58 a
lactantes mystice que aut qui 211 c ligare & soluere quid operis sit 155 a magi Chaldeis quid 6 d
lactantes ad reconciliatiōem prouocare, ligatio q̄ quibus vbi futura 196 c magi Christum querentes, de Christo qd
perfecti esse 42 c lignum ab Isaac sua ipsius immolationi ferferint 7 a b
latus quis qui reconciliandus 43 a allatum, quid p̄signabit 3 c magorum autoritas apud quos quan-
lata que qui temperanda 163 b lilia ad quid consideranda 65 b ta 7 a b
lampades quid 220 d lingua Christo familiaris que 265 d magorū donis quid mystice p̄signati 8 b
lanfranci Archiepiscopi laus & autho linquenda que quibus 176 c magister noster quid 203 d
ritas 240 a linum quod qui ad huc fumiget 120 b magistrī nomen apud Hebraeos quom sit
langnor quid sit 22 a litera an inherendum, & quid inhe- varium 203 c
lapis quis quos confringat aut conerat reat 88 d magistratuum ditorum in Ecclesia vni-
192 b c lites qua quibus p̄nis digna 40 c tas, quale quid 89 b
lapidis reprobatio que qualis 192 a lithofrotos quid 265 a magdalena cuius typus seu figura 233 a
lapides à Iordane sumpti, mystice quid Loculus Christi, Iudam habuisse quid si- magdalena nim sola an comitata se-
20 c bivelit 67 c pulcrum Iesu adierit 269 a
lapides mystice qui quales 16 a locuste quibus vsus Baptista, quales 15 c magdalena encomiū ac defensio 233 d
laquei qui quomodo euadi tantum pos- log Hebraus quid 133 a magdalon seu Magedan, quid 147 d
sint 252 c lolium quod qui extirpandum 131 b mala cur nobis eueniant 66 c
largitas que qualis 176 b lotio & vntio quid 65 c mala que quibus nō timenda 209 a
latibula que quibus vitanda 212 d lotio que quid sibi velit 244 c malach quid 253 d
latro mystice quis 189 b lotionem Christi pedalem cur nemo ex- malchus quid sonet 253 d
latrones duo quid quō nos doceat 265 b igit 244 b maledicta quibus quāto sint dolori 32 a
laudari & laudem affectare quāam dif- lotiones Iudaica q̄ quales 143 a b malitia num sit necessaria 167 c
ferant 54 a Lucas cur ascendendo Iesu generatio- malitia que qualis 62 a
laudatores Luteri qui quales 11 c nem descripserit 4 b malitia causa que 135 a
laurētia sua quid craticula fuerit 115 c lucerna sub modio, aut super candela- malleus quis qui referendus 190 c
lazari quatridentum excitatio quid pre- brum qui ponatur 35 d malus seu malū vnde liberari optant,
ferat 44 d lucerna que quales 35 c quid 61 d
Legem qui Christus perfecit 37 a lucis natura que 34 d malo nō resistere, quid intelligendū 48 b c
legio quis cur ita dicitur 92 a luctandum quibus cur & quid sit 3 a mali quō sint aut dicant homines 72 a
legitimi & legalis filij discrimen quod luctus quis qualis 26 c d 27 b c d malos cur esse oporteat 131 a
quale 3 d luctus definitio 26 b malos pertinere ad Ecclesiam perimā 135 a
Leo X, quid Luterio intulerit, & ab eo ludouici Vius apophthegma de Christo & ac bonos 135 a
dem tulerit 12 b latronibus quod quale 265 b mammon seu mammona quid 64 d
leonis de Petro & petra sententia q̄ 152 b lugenda que quibus 26 c d madata omnia qui facta de deputent 37 c
lepra que qua grauior 84 a lugendi materia q̄ quibus esse debeat 27 c mandata que cui seruanda 175 c
lepra indicem constitui, quid 84 d lugere, quid sit 26 b mandata q̄ qualia 200 b c
leprosus mystice quid 88 d luna mystice quid 213 d mandata q̄ qui Christus seruauit 57 b
leprosus quis cuius typus 85 d luna inconstantia qualis aut qd 160 d manducatio q̄ quid sit aut innuat 244 c
leprosi cuius fides que 83 d lunatici curatio mystica q̄ qualis 163 a mania horribilissima q̄ 51 a
leprosi mudari, gestuum q̄, eius mystica lunatici quid, aut qui, aut vnde dicitur manipuli q̄ quō offerendi 11 b
110 86 b c 22 c 160 d ma

SVPER MATTHAEVM, INDEX.

manna qui quō cibati 18 c mercimonia q̄ qui in teplo fierēt 189 a b morbi qui qua cura curandi 13 b
manifestorum laus 26 a meretrices quos quō p̄cessura 191 b mores diuini qui 50 c
matus Moysi graues quid 36 c meritum & gratiam simul stare 225 b mori corpus, animam non mori 105 c
manuum imponendarum vs aut ra- mesores quid 99 a 117 b 130 d mors & umbra mortis q̄ differat 20 a
tio q̄ qualis 10 d mesores quid aut q̄ 99 a 131 a mors que quam vitam adferat 226 a
mare 164 c metempsychosis que qualis 160 b mortales qui quanta consecuti aut cō-
mare quod q̄ frequens ac celebre 20 c metenda q̄ quibus 226 c secuturi 159 a
maris tractatio quid 92 c methodij de iugis sacrificij ablacione p̄- mortem qui quō adierint 251 d 252 a
maria Salome qua, & quāam Christo p̄- dictio q̄ 210 d mortui à Christo suscitati, quid mystice
pinqua 183 a Militis generosi qd sit 61 d innuunt 44 c d
maria vnde potissimum laudada 126 c milite qui quales 76 c mortui qui quomodo, & cur tam varie
maria an censuro praeferatur 88 a militare quod quot stadys cōstet 140 a per Iesum suscitati 97 c
mariam Deiparam cur oportuerit esse 184 d mirabilia quae quibus 265 c mosaica lex quatenus intolerabilis 36 c
maritatum 3 d minima mandata que 38 a moyses & Helias qui unum facti 160 a
maritus quid querendum 66 b minor in regno celorum, quid 112 a moyses quanta vnde passus 159 a
martha cuius typus 232 d miraculum in Christi morte quod qua- moyses emulatio que qualis 99 a b
materiam Christi qua, quid ab ipso as- le 265 c moysen & Heliam cum Christo apparē-
sectari quid 183 a miraculum quantum sit, Christum nū- re, quid 158 d
maritimum cum celibatu liberū esse 144 a miri quiddam 97 b motus in anima qui quales 29 b
174 c d miscenda que quibus 163 b motus qui quō sedati aut sedadi 89 c
matheus cur descendendo Christi ge- misericordia qd nos doceat 30 c muliere odij quale 50 d
nalogiam describat 4 b misericordiae laus 95 a mulier profusio sanguinis laborans,
matheus quis fuerit, quōuo alio nomi- misericordiae opera que 28 c mulier que quibus imitanda 211 b
ne dicitur 94 c misericordiae quid sit 28 b c mulier quid III d
maxilla altera an & quō percutienti missa Hebraice quid 238 b mulieris cuius infelicitas quanta 211 c
prabenda 48 c missa & sacrificij Melchisedeciani cō- mulierem esse vnam & eandē q̄ Christi
maximus in regno celorum quis 166 b ueniencia 237 b bis vixerit 231 d
Media hora quid 213 a missi qui quō discernendi 75 c mulieres Christum in sepulcro vnture,
medicus quantus sit Christus 89 d missio Christi & Apostolorum qualis quot & q̄ 268 d
medic quos qualis 13 b 15 a 29 c 246 d 74 b mulieres que quales 138 a
medium tenere q̄ sit difficile 63 b missio heretica qui fiat, aut quorsum mulieres que quos circa suspicionem se-
melanchthōis blasphemie q̄ quales 12 c euadat 74 b qui solita 267 b
melanchthōni vestis nuptialis qd 195 d mites proprie qui 25 b c mulieribus cur velut Apostolis vsus
melchisedec quid sonet 146 b mitius quam vel etibnicis laudati 25 c Christus 270 b
melchisedec qd, quis aut quātus 237 b mittere quorum sit 74 b mundatio q̄ qualis 205 a b
melchisedecus sacrificium cuius sit ty- Mnemosynum suū quale cur Iesus reli- munditia cordis quāam necessaria &
pus 239 d quirit 238 d pu 238 d vtilis 28 d
melchisedec qui Christo imitatur 236 d Moabita quid 28 a mūditiā q̄ qui potissimum laudati 29 d
melch quid 253 d mobilitas que vbi cauenda 16 a mūditiē cui quid debeat 30 d
membra q̄ an & qui trūcanda 45 a b mola asinaria quid 166 d mundus cui Va à scādalis, quid aut qs
membrorum allegoria q̄ quid p̄sefe- molochitarum sacrificia que quāam hor- 167 a
rat 167 d renda 41 c munia que quibus committenda 71 c
memoria que, qualis sit custos 86 a monachi qui quales 174 d munus quid 41 d
mendacium merces que 31 d moneta que qualis aut quid 197 c munus quod qui offeratur 86 a
mendacium quod quale 270 c monumenta pia que qualia 203 a muneris nodum oblati apud altare re-
mens 200 a mōs mystice quis qualis aut quid 147 c lictio, quid velit 42 b
mensura que qui indigni 42 a mōs 162 d muneris oblatio quid 86 b
mensura aut mensularij qui 223 d mōs trāsfigurati Iesu quis & vbi 158 b muneris Magorum quem in vsu sum Chri-
mensura que qualis 205 c mōis ascesso que quid velit aut p̄- sto cefferint 8 b
mensura que quales aut quante 133 a ferat 24 a 83 b murmuratio que quō inter quos facta
mercatus in templo quis qua techna montes cur quibus petendi 211 a 231 c
adornatus 189 a b montium translatio qualis 162 c murmur quod quale 181 a b 182 a
merces operum bonorum quanta 5 a monumenta cur aperta 266 c mutatio quanta quibus in rebus Eccle-
merces que quos maneat, aut quō per- moralia legis p̄cepta que 37 a sialictia 243 c
datur 32 a 54 c mortuus quis qualis 99 c 247 a mutationes q̄ quales aut quātē 244 a b

IN COMMENTARIA BREDEMBACHII

muti lingua quid laxata 98 c nosse, nostrum, nostra, nostris, etc. quid ecclesia imitanda 243 c
mutuandum quid sit 50 a nobis suggerat 59 d 60 a opera fide, et fidem operibus inuariat 118 b
Myrrha Christo infanti oblata, quid nostrum cur patrem appellet quisq, no opera in sabbatis licita que 118 b
immerit 8 b meum 56 b opera in sabbatis licita que 226 b
mysteria quanta quibus et q paucis nouem ad summum virtutum cacumē opera q qualia 175 c
verbis comprehendantur 236 d gradus q 50 b operum bonorum laus et vsus 224 a
Nassa peccati quid 62 a nouilunium quid 265 d operum quorum vsus q 225 d
natalium dierum celebratio que nox in die vigiliis diuidi solita 140 a b operibus equē ac fidei iustitiam asserit 221 a
qualis 138 a nox media quid 250 a b
nationes que p quibus impietate potissimum auferunt 8 c Nubes quam Christo familiares 214 d opinioniones q quid pariant 261 a
natura quid cordibus nostris insculpta nubibus ad quid vsus Deus 159 c opinioniones que quibus preferenda 261 a
rit 72 b c numerus quis cui respondeat 101 a opprobria q quibus expectanda 11 d
natura quid sit 241 b numerus quis pro quo ponat 169 d opus bonum, eiusdemq, iactantia, q differat 256 b
nauis et Ecclesia collatio 71 b 179 b 231 c 265 a nūmularij qui 223 d Oradum quid sit 351 b
nauium duarum mysterium 22 a nūmulariorū de templo eiecchio q 189 d orari cur Deus velit, cum tamen qua 351 b
nauta quid aut qui 71 b nuptia quid 194 a petimus, ante sciat 351 b
nautologi q 71 b nuptialis vestis quid 195 a b c oratio Dominica quibus et quid dicitur 60 a b
nazaraeum vocatum iri Iesum, qui per vates praedictum intelligatur 9 d nūmularij quid 95 d da 60 a b
naxar quid 9 d O murmuracionibus obnoxij potissimum qui 233 a orationibus et ieiunacionibus ad quid 88 d
Necessaria post baptismum et confessionem quanta 16 a obmutescencia que vbi et quando fit 196 c Ecclesia vni solita 10 d
necessitas qua quid excuset 117 d 118 a obreccationibus expositi qui 233 a ordo gestorum Christi an ab Evangelicis 88 c
necessitas scandalorū q qualis aut qd Ociosum verbum quid 124 b stis obseruatiue 88 c
negationes q quales aut vbi facte 255 b oculum q quid 31 b ordo quis qualis 255 c 270 d
257 b c oculus quis qualis 182 c ordo quis quam habeat succedentem 11 a
negociatio in templum illata, q 189 b oculus quis qui eruentus 45 a ordinis a Deo instituti turbatores hodie 11 a
nemini, se solum relictum esse, putandum 66 d oculus quis qui mudec 29 b qui quales 11 a b
neminem erratum multitudinem offendere debere 66 c d oculi qui cur beati 129 c orientem versus quare ferē oremus 57 a
neminem, nisi a seipso ledi posse 9 a b odium foemineū quale 50 d 152 c oris qui 209 c
nequitia que qualis 197 b odiū quanta sit febris 89 b ornare lapides, quid 211 b
nescire quid quō Christus dicat 216 a c odium quantoperē vitadum 49 c ortus quis quid sibi velit 130 a b
nexus quis inter quos quantus 31 b odio num habendus quisquam 50 a b Osanna seu ofāna qd 188 c
Nicodemus laus et erga Chrm affectus quus 267 d Oecolampadiū esse pamiētiē hostē 12 d Ouis qd animalis sit 224 b
nimis quos quō cōdemnari 125 c œconomus ecclesia summus quis 74 c d ouium instar mitti, quid 101 d
Noctis diuisio q qualis 217 d œconomi cuius quid sit 99 a ouibus quibus qui missus Christus 147 a
noctū negare et scādalizari, qd 249 c Offendicula q quid sint necessaria 167 b ouibus prudentia vni licere 101 d
modus quis qui soluendus 231 b 234 b offensus, longius absens, qui reconciliatus 43 a male 76 c
nominatio Dei asidua, quid aut qualis offerendum quid nobis quotidiē 235 c
lis 46 c officium Deo nullum absq, charitate instituisse 300 a
nominū diuersitas seu pluralitas quid gratum 22 a pacis vtilitas quanta 74 c
vbi pariat 4 a officium qui suum cuiq, faciendū 71 b pax seu puer quid 159 d
nominum mutatio que quid sibi velis officia qua quibus non assumēda 10 b d palea quid 161 b
lis 101 b officia qua quibus propria 179 c pallij aut tunice vocabulo quid vbi 110 d
notibus sanctorū admisceri, quid 46 c Oleum mysticē quid 221 a zelligendum 48 d 49 a
non consummadas esse ciuitates Israel, donec veniat filij hoīs, quid sibi velis 104 c Omnem implere iustitiam, quid 16 d panis quis quibus et qui administrari 149 b
non esse discipulos supra magistrum, qd onerati qui seu quid 114 d panis quis quibus sit satis 149 b
p se ferat 104 c Oper a bona qui faciendā 25 b panis note quid intelligendū 57 d 72 a
non sufficere nobis et vobis, quid 221 b opera Christi non ad amūsum penitus panem a Deo non datum, non esse 149 b
nosse q quibus clari 129 b

SVPER MATTHAEVM, INDEX.

salutarem 58 b vint 3 a b perseverare in peccato, quantum quanta 123 b
panem ex multis granis conflare, quid patientia q quanta 257 a leve sit peccatum 123 b
sibi velit 42 a patientia qui nos Christus docuerit 48 c pertinacis animi indicium certissimum 241 a
pauca solo vivere hominem, qui intel- pauperes cur ad apostolatū a Christo quod 241 a
ligendum 18 c vocati 21 a perturbationes omnes vnde 161 a
panes propositionis quid 117 d pauperes in quibus Christus reficit, q 226 d peruentio q qui fiat 87 a
panormitanum ab hereticis etiam ci- pauperes qui 110 d peruentores dicti qui 86 d 87 a
sari 247 a pauperes non omnes esse beatos 24 d pesab quid 230 a
popam Lucerus qualibus conuictis ex- paupertas voluntaria qd martyrij sit 32 c petita q qui facile impetrent 169 b
ibidit 11 c pax Christi quid 106 d petitio q qui faciendā 71 c d
parabola q quales 129 b pax q qualis et quibus danda 30 b pettores an omnes exaudiendi 49 d
parabolam partes qui tractada 182 a b pax q quibus malis successura 216 b petra quid 81 a b 151 c et deim 266 c
parabola qui Christo vsus 135 a b pax, quam Christus non venerit mitte- re, quid 106 c
paractus quid 26 c pax quid sit 29 d petrus et Andreas mysticē qui 21 d
paradisus quid 265 a pax quid sit 29 d petrus et petra an qd differant 153 a
paralyticus quid 22 c 87 b pax qui Gracē aut Hebraicē amicos petrus cuius sit typus 250 a
94 a optet 103 a b petrus cur et qui a Christo rephesus 155 d
paralyticus et apoplexia cōparatio 87 c Peccans quis qui corripiendus 168 b petrus q verba inconsiderate locutus 159 c
parare via quid 15 c peccantes contra miuitatem, qui qua- petri domum ingredi Dīm, quid 88 d
parascens, qua Christus passus, qui quo- les aut quanti 25 c d petri et Andrea domum, cum Dño in- gredi Iacobum et Iohannē, qd 89 a
modo diuidant 125 b peccator quis qui recipiendus 85 b petri et Iuda exemplis quid doceamur 249 d
paries qui amandi 107 b peccatum in spiritum sanctū, quid aut quale 123 b c
paries qui honorandi 143 d peccatum irremissibile quod 122 c d
parium honor quantus 203 c peccatū quod qd, qui fiat grauius ac gra- petri peccatum quod qui exaggeratum 249 c d
paria hominum q qualia 217 a b peccatū quod qd, qui fiat grauius ac gra- petri vocatio prima q 20 d
parisensum de Erasmo sententia q qua- nius 40 b petro quid debeat Roma 74 d
lu 130 c peccati curatio cur vbi corporis cura- petrum et petram, idem penitus signi- ficare 153 c
paris quid 204 c peccati curatio cur vbi corporis cura- petrum et petram, idem penitus signi- ficare 153 c
paries penitentia quot 13 b peccata q qui corrigenda 184 b picturam seu picturam quid 203 a
paris cur et a qb Chro oblata 174 d peccatorum forma q sint varia 13 b pictura Luteranica q quales 12 b
paris qui cuius apud Deum sint pre- ca 166 b peccata aliqua post hanc vitam remitte- ti 123 d pilati vxor quomodo Christum iustum 262 d
paris qui quam sint apud Deum ho- morati 168 a pecunia q qui vtenda 270 b pistorum q Deo sit cura 106 a
paris seu paruulorum oblatores, cur pedū lautio quid quib' infinet 244 c piscatio q cuius rei typus 20 d
a discipulis increpantur 174 d peierare, quantum sit peccatum 46 d piscus 164 c
parulorum baptismi defensio 98 d pendenda q quibus 164 d pharisaei quid 198 a
parulos vnde baptizari 87 c per, quomodo aut quid signet 167 c pharisaeorum et Sadduceorum differ- siones q quales 149 a
pascba desideratum a Christo edi, quid 235 b pera quid sibi velit 102 c pharisaeica adimentione q qualis 202 d
pascba quid aut vñ dictū 229 d 230 a percussio qua qualis 218 c pharisaeica iustitia q 38 d
pascba qui Christus celebravit 234 b perdicionēs q quales et quot 192 b pheor Hebreus quid 105 a
pascba qui suū Christus antenerit 235 c d pereda Italicē quid 153 b philippus quis quam vrbcem vel condi- derit, vel cognominarit 150 a b
pascbali agno esto, Christum suam cenā perentes, sua culpa perire 206 c philofophia saluberrima q 257 b
pascbali agno esto, Christum suam cenā instituisse 235 a pericula cur quibus obuēiant 140 c philofophorum de ira dissidium quod quale 40 d
pascbali agno esto, Christum suam cenā instituisse 235 a pericula q qui vitanda 138 d phinees vnde iam laudatus 27 a
pascbali agno esto, Christum suam cenā instituisse 235 a periculus vltro se ingerere, quorum sit 104 b phlegeton quid 161 a
pascbali agno esto, Christum suam cenā instituisse 235 a periuurium quantoperē vitandum 47 a phyl seu qd Germanus et Grecus quid 41 b
pascbali agno esto, Christum suam cenā instituisse 235 a perse et Iudaei quomodo se mutuo do- cuerint 7 d phylacterys qualibus qui q sibi place- ant 202 d
paterfamilias quis qualis 218 a persecuciones q quales 31 c 138 c Placatio qua qua durior 42 c
pater et filij coniunctio q 114 b persecuciones quibus patiendā 30 d planctus quid 113 a
pater nomen quid vbi velit 65 d persecutos non omnes manere regnum calorum 31 c plangere quid sit 214 c
pater vocabulo quid innuat 56 b persequens non omnes manere regnum calorum 31 c plantatio qua qualis 145 c
pater conscripti Romani qui 203 d persequens non omnes manere regnum calorum 31 c plantatio qua qualis 145 c
pater Iesu q 135 c persequens non omnes manere regnum calorum 31 c plata quid 54 d
patriarche qui quid mysticē pfigurā- cessaria 104 b platu-

IN COMMENTARIA BREDEMBACHII

planiores qui quales 85 a preces que quales 204 b purgatorij assertio ac demonstratio 123 d
patru quid 64 d preces qui faciunde 55 d 124 a
Pena que qua durior 78 a presbyteri evangelici & sacerdotis le 167 d
paua qua quis terrendus 218 c galus collatio 14 b c Pythagore litera qd sibi mystice vi-
paua que quibus luenda 14 d presbyteri in nauis Ecclesie quid aut q 173 b
pauas quas qui Christi depederit 37 b 71 b
pauas quas qui quod datur 123 a 194 d presbyteri seu prelati qui quomodo co- 146 b
pauas quorunda hic incipere duratu- 11 a b
ras in eternum 123 a principes qui quid ab heresi archa mo- 118 b
pauentia assertio, vis, usus, fomentum dermo passi 11 c
& c. 13 a b 80 d 122 d 170 b c
pauentia que quales esse debeat 79 c procurator mystice quis 257 c
pauentia quid sit 12 d proditio que quales 182 a
pauentia exempli illustrissima qd b profectio patrisfamilias quid 236 b
pauentia oppugnatores qui quales 12 d profectio que quid exigit 191 d
pauentiam, & Christi & Baptiste p- progenies q quales 90 b c
pauentiam in initium esse 20 b promissa que qualia 124 b
pauentiam quibus quantus, quid dicitur promissiones Euangelice quanto lega- 218 c
rit 238 c libus maiores 39 a
pauentiam que qui institui solitus 230 b promptitudo q quales 252 d
pauentiam que quales 230 b propheta & pseudopropheta qd 74 a
pauentiam que qui in Concilio depositi 247 d prophete christiani qui quales 205 c
pauentiam que qui a Lutero perpe- prophete quid ferre passi 32 b
sus 12 b prophete qui quibus hodie potissimum quam sit nulla de Christo diffidant aut 172 d
polyadriam quid 105 d accepti 77 ab
populus beatus quis 147 d propheta qui vbi honorati 135 d
populus quis per quem designetur 3 b prophetarum esse vsq ad Iohannem, quid 9 ab
porta qua quibus intrandum 72 c 112 b
porta inferi quales aut quid 154 c d prophetas an Centurio pferendus 88 a
portentum in Christi passione quod quid- propinquus qui quod habedi 179 a
rum 265 c proleta quis aut quid 71 b
possessio terra que quibus pmissa 25 d profelytus quid 204 b c
possessores magis possessi, quam posside- prouocor quid 73 d
tes, qui 26 a protei fabula quid poetę adumbrarint 65 d
potestas que qui exercenda 13 b 29 a
potestas que qui usurpanda 85 c
potestas que quod aut quibus data 155 a proximus quisq, cui 204 c
247 a Pseudoapostoli qui 73 d
potestates que quales 197 d pseudopphetę qui aut qd 73 d
potestates quid 183 c pseudopphetę qui quid sibi ferre com- 209 c
Præcedere in Galilæam, quid 249 c parent 32 b
precepta Christi que qui implenda 48 d pseudopphetarum hodiernorum depi- 32 b
precepta legis quotuplicia 36 b Eio 11 c
predicatores qui cur velut pestis fugi- Publicani qui quales 94 b
endi 39 b publicani quos qui in regno Dei pcef- 191 b
pregnantes mystice que 211 c suri 191 b
pregnantibus cur vax quatum 211 b pudor quis quibus abhiciendus 13 b
prelati qui quales 99 b c pueri duo cum asino expectantes, my- 13 b
prelati qui quomodo ferendi 70 a stice quid 3 c
premium quod quale 218 c pueri qui quales 175 a
premia que quos maneant 218 c puerorum clamor quis vnde aut qua- 175 a
premia que quibus propofita 31 a lus 189 d
prestiti qui quomodo 224 c puerilis ira quid 39 d
prestigia q quales 212 c puerilis Christi quibus miraculis in- 39 d
presumptio que qualis 250 a b clauerit 7 d
pratextus quis qualis 90 d pullus asine quid 187 d
precandum qui sit 253 a puluere excutere de pedibus, qd 103 b

SVPER MATTHAËVM, INDEX.

recipere quid sit 112 c
recipi in Ecclesiam quibus ritibus co- 84 d
tingat 84 d
recompensatio que quibus futuram 179 c
reconciliatio repudiata qui fieri debeat 233 b
sachar quid 237 c
sacerdos quid aut quis 237 c
sacerdotes q quales 70 d 71 a 174 b
sacerdotes quales esse, quodve audiri de- 34 a
beant 34 a
sacerdotij officium principale quod 33 c
sacerdotum principes q quales 230 b
sacerdotibus an de potestate sua intu- 14 d 15 a
mescendum 14 c
sacerdotalis habitus quis 26 d
sacerdotalis potestas quanta 13 b
sacerdotes quibus conferenda, & qui 21 b 70 d
conferantur 21 b 70 d
sacramenta per malos aque ac per bo- 80 b
nos administrari 80 b
sacriticium pro defunctis quod quale 239 b c
sacriticium quid 237 c d
sacriticium quod qui per Prophetas pre- 239 a
dicatum 239 a
sacriticium quod quousque duraturum 237 d 238 a
sacriticium summum quod, & quibus 42 a
constet 42 a
sacriticij iugis ablatio q quales aut qu 210 d
sacriticij iugis assertio 236 d 239
sacriticio quid prebet 95 a
sadducei quid 198 a
sadducei quos tantum libros recipere 199 b c d
sagina quid 134 d
sal bonus qui quomodo esse possit 34 a
sal quis quado & quomodo maxime in- 34 b
fatuetur 34 b
sal terra qui sint 33 d
salus utilitas ac vis quanta, honor item 32 d 33 ab
quantus 32 d 33 ab
salem qd sonet 237 b
saliri que cur oporteat 33 c
saltatio quid rei sit 138 ab
saltus quis qualis 138 b
samson qui a suis occisioe excusetur 39 c
samuelis mira q qualia 124 d
sanctificari nomen Dei, quid 57 b
sanctum canibus dari, quid 70 b c
sandalis concessus, cur calcei Apostolus 102 d
prohibiti 102 d
sanguis qs sup quos qui veterus 205 d
sanguinis fluxu laborare, quid 97 a
sanguine quid quod confirmati 249 a
sara quid sonet 3 b
sarceny commentum quod quale 224 d
sarceny de iustitia Iosephi sententię ad 78

IN COMMENTARIA BREDEMBACHII

seditionum affectus quomodo veluti sinistra Domini qui quomodo applicetur 140 a 184 d
febris curetur 89 c
semenis que quid mensis adferat 226 c
seminator & semen, quid 129 a
seneca apophibegma quod quale 40 c d
senibus quid querendum 66 a
seniores populi qui 230 c
senectia que qui in quos pferenda 131 b
sepelitus quid officij sit 91 a
sepes quid 191 c d
septem fratres qui 199 a
septuagenarij septimi mysterium 4 c
sepulcri munitio q quod cotulerit 267 d
sepulcrorum adificatio q qualis 205 b c
sequaces aut secutores Christi proprie qui 157 a
sequela que qua reliquie melior 178 a
sequela que qualis 90 c d
serapionis & presbyteri cuiusda ex-emplum quod quale 242 d
sermo Domini in monte, quam sit copiosus 24 a
serpens astutia que 103 d
serpens & suggestio comparatio 44 b
serpentine prudentie quid sit 103 c
seruus quis qualis 218 a
serui patrumfamilias qui 131 a
serui qui quomodo tractati 191 c d
seruire, quid 64 c
sessio Domini que, quid sibi velit 24 a
sessio que qualis & quibus parata 183 d
Sic, ubi quomodo capiendum 38 b
fictus quid 164 a
sidera que lumen suum amissura 213 b
sidon quid 146 b
signa que quem diem processura 213 a
signum filij hominis, quid 214 a b
signum propheta & pseudopropheta discernendi certissimum quod 74 b
signa que qualia 240 d
signa que qui cur a Christo petierint 124 c d
similitudo qui debeat consistere 217 d
simon ille Luca 7. & Matt. 26. an vnus & idem 231 a
simo seu simo quid sit aut sonet 232 c d
simonis domus quid 232 d
simonis Magi descriptio 12 a
simonem quem quomodo Luterus imitatus 12 b
simonem duorum Apostolorum discernimen quod 101 b c
simulatores qui qualis 63 a
sinapis & Euangelij collatio 132 b
sinapis vis quanta 162 a
sinapi que cur assimilata 162 a b
sinistra quid 54 d

SVPER MATTHAEVM; INDEX.

tormentum quid sit 22 a
torrores scripturę hodie q quales 237 a
trabs quid 70 b
traiectio maris quid 92 c
transanimatio seu transpositio animarum que qualis 160 b
transitus qs cui festo nomē dederit 230 a
translatio montium an alicubi facta 162 c
translatio rhetoribus quid 223 c
transfiguratio Christi vbi & quid facta 158 b
trapezia quid 223 d
tria in boie quolibet singularia q 89 b
tria qdam paria, quę vel assumēda, vel relinquenda 216 d
trium virtutum Specimine qui tres patriarcha clari 3 a
tribulationes cur Deus obuivire sinat 18 a
trigesimo primū anno Christum negotio Evangelico manus admouisse, quid sibi velit 10 b
trinitatis imago in boie q qualis 199 d
tristitia que qualis 13 c
tuba que quando cantura 215 a
tubarum in elemosinis faciendis usus 54 c
tunicarum duarum vetatio quid praferat 102 c
tessimonis que qualia 255 d
tessimonis que quibus habenda 11 d
turbis quid 191 c d
Tympanus qui sacrifici cur quando vit soliti 41 c d
Tyris & Sidon quid 133 b
Vae quibus cur & quando futurum 211 b c
vas quale quis sit 200 c
Vbiq; Deus qui adsit 57 a
Velum quod quid scissum 266 c
vendere oleum, quid 221 c
vendi cū uxore & familia, quid 170 b
venerea concupiscentia qualis 44 b
venia spes qui concipiatur 13 a
venire post Christū velles, cuius aut quid sit 156 b
venire quorum sit 74 a
ventilabrum quid 16 c
venturus ille in mundam, quis 109 b c
vepruū & cornu crucis comparatio 3 c
verbum quod quale 124 b c
verbi diuini virtus seu efficacia qua virtutes calorū qui comouende 213 c d
verbo Dei viuere hominem, qui intelli-

IN COMMENTARIA BREMBACHII SVPER MATTHAEVM, INDEX.

virtutibus quibus quos peccatos oporteat	88 c	vocatio qua quis facta aut facienda	180 d	fessa	262 d
visio qua qualis aut qui fiat	29 d	194 b	196 d	uxoris dimissio qui tantum licita	173 d
visus quis qui corrigendus	15 d	vocationi cui quid vel debeat, vel tri-	81 d	uxorum officia qua	179 c
vita per an impu securior	226 a	buatur	7 c	uxorum vitia omnia, excepto tantum uno,	45 d
vita qua quam mortem adferat	226 a	vocationi qui sua cuiq; insistendum	34 c	virus ferenda	45 d
vita qua quid exigit	90 b c	vocem in Rhama audiri, quid	9 b	X Alpeis, quid	270 a
vita qua quid exigitur	195 a	vocentur cur multi, eligantur vero pau-	182 c	X Xenophon quid quomodo de Her-	73 b
vitia qua quot quam sint vitatu dis-	52 a	ci	182 c	culi scripserit	158 d
scilia	52 a	volatilia cali ad quid nobis respicienda	65 a b	X Xenophon quid	43 d
vitia qua qualem reddant hominis ani-	161 b	volucres cali quid	132 b	X Xenophon quid	54 c
imum	77 d	volucres ad cadauera congregari, quid	212 d	Z Abulonis terra qui releuata di-	19 d
vitus	47 d	sibi velit	212 d	catur	19 d
Vltio qui querenda	44 c	voluntas Dei qua qualis aut quid	57 c d	Zacharias ille inter altare & templum	205 d
vltrius socij quid nos mystice doceat	20 a	72 b	136 c	occisus, quis	206 a
Vmbra mortis quid aut quorum sit	231 c	voraces aut vorores qui quales	174 b	Zacharias quotus Petri apud Antiochia	74 d
Vnctio qua qui Christo facta	233 c	vorum quod cuiq; habendu	67 a	successor	27 a
Vnctio qua quibus q; familiaris	233 c	Vtres qui quales aut qui innouati	96 c	Zambri quam qua de impudentia mer-	27 a
Vnctioes Christi plures an vna	63 c	utrinq; speciei in Bohemia adiuuentor-	247 c	cedem assecutus	183 a
Vngenda num facies ieiunantis	3 d	quis	135 c	Zebedaei vxor qui fuerit Christo propinqua	27 ab
Vnus aliquis qui duorum patrum esse so-	153 d	leat filius	15 d	zelus quis qualis	130 c d
leat filius	153 d	Vulgi stultitia qua qualis	15 d	Zizania qua qui tollenda	131 b
Vnius in ecclesia pontificis necessitas	95 b	vulnerato qui medendum	198 a b	Zizania quid	134 a
quanta	195 b	Vxor mortui fr atris qui aut cui ducen-	247 c	Zizania quid	234 a
Vocatio qui qualis aut quid doceat	195 b	da	198 a b	Zizania quid	234 a
195 b		Vxor Pilati quid quomodo de Christo p-		Zizania quid	234 a

AD LECTOREM.

Miraberis fortasse, Christiane Lector, priora quatuor capita compendiosius explicata. Sed hic scrupulus minus te mouebit, si causam cognoueris. Nam dum author haec commentaria inciperet conscribere, & iuuentuti suae praelegere, non fuit eius sententiae ut vellet ea typis diuulgari, sed putauit succinctam & rudem explanationem iuuenilibus ingenijs fore accommodatorem. Caeterum cum iam legendo peruenisset ad caput quintu, adhibito maiori studio & labore, coepit tandem meditari de eorundem suorum commentariorum editione. Et statuerat quidem haec aliquando ad limam reuocata supplere, sed morte praeventus non perfecit. Hoc quia in ipso autographo annotatum depraeaedimus, nolimus te celare. Interea nobis de tua, amice Lector, humanitate promittimus, te haec commentaria eo animo suscepturum, quo ab ipso authore sunt elucubrata, hoc est, beneuolo, candido & sincero. Vale.

HIERONYMVVS IN CATALOGO SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM.

Matthaeus, qui & Levi, ex publicano Apostolus, primus in Iudaea propter eos qui ex circumcisione crediderant, Euangelium CHRISTI Hebraicis literis verbisq; composuit. Quod quis postea in Graecum translulerit, non satis certum est. Porro ipsum Hebraicum habetur usque hodie in Caesariensi bibliotheca, qua Pamphilus martyr studiosissime confecit. Mihi quoque a Nazareus, qui in Berea vrbe Syria hoc volumine vtuntur, describendi facultas fuit. In quo animaduertendum, quod ubi unquam Euangelista, siue ex persona sua, siue ex persona Domini Saluatoris veteris Scripturae testimonijs vtitur, non sequatur Septuaginta Translatorum auctoritatem, sed Hebraicam, e quibus illa duo sunt. Ex Aegypto vocauit filium meum, & Quoniam Nazareus vocabitur.



SANCTVM
IESV CHRISTI
EVANGELIUM
SECUNDVM MATTHAEVM.

CAPVT I.



Iber generationis IESV CHRISTI filij Dauid, filij Abraham. Abraham genuit Isaac. Isaac autem genuit Iacob. Iacob autem genuit Iudam & fratres eius. Iudas autem genuit Phares & Zaram de Thamar. Phares autem genuit Esrom. Esrom autem genuit Aram. Aram autem genuit Aminadab. Aminadab autem genuit Naasson. Naasson autem genuit Salmon. Salmon autem genuit Booz de Rahab. Booz autem genuit Obed ex Ruth. Obed autem genuit Iesse.

Iesse autem genuit Dauid regem. Dauid autem rex genuit Salomonem ex ea qua fuit Vriax. Salomon autem genuit Roboam. Roboam autem genuit Abiam. Abia autem genuit Afa. Afa autem genuit Iosaphat. Iosaphat autem genuit Ioram. Ioram autem genuit Oziam. Ozias autem genuit Ioatham. Ioatham autem genuit Achaz. Achaz autem genuit Ezechiam. Ezechias autem genuit Manaffen. Manasses autem genuit Amon. Amon autem genuit Iosiam. Iosias autem genuit Iechoniam & fratres eius, in transmigratione Babylonis. Et post transmigrationem Babylonis, Iechonias genuit Salathiel. Salathiel autem genuit Zorobabel. Zorobabel autem genuit Abiud. Abiud autem genuit Eliakim. Eliakim autem genuit Azor. Azor autem genuit Sadoch. Sadoch autem genuit Achim. Achim autem genuit Eliud. Eliud autem genuit Eleazar. Eleazar autem genuit Mathan. Mathan autem genuit Iacob. Iacob autem genuit Ioseph, virum Mariae: de qua natus est Iesus, qui vocatur Christus. ¶ Omnes itaq; generationes ab Abraham vsq; ad Dauid, generationes quatuordecim: & a Dauid vsq; ad transmigrationem Babylonis, generationes quatuordecim: & a transmigratione Babylonis vsq; ad Christum, generationes quatuordecim. Christi autem generatio sic erat. ¶ Cum esset desponsata mater IESV Maria, Ioseph, antequam conuenirent, inuenta est in vtero habens de spiritu sancto. Ioseph autem vir eius, cum esset iustus, & nollet eam traducere, voluit occulte dimittere eam. Haec autem eo cogitante, ecce angelus dñi apparuit in somnis Ioseph, dicens: Ioseph fili Dauid, noli timere accipere Mariam coniugem tuam: quod enim in ea natu est, de spiritu sancto est: pariet autem filium, & vocabis nomen eius Iesum: ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum. Hoc autem totum factum est, ut adimpleretur quod dictum est a Domino per prophetam, dicentem: Ecce vir-

go in vtero habebit, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emanuel: quod est, interpretatum, Nobiscum Deus. Exurgens autem Ioseph a somno, fecit sicut praecepit ei angelus domini: & accepit coniugem suam. Et non cognoscebat eam, donec peperit filium suum primogenitum: & vocavit nomen eius Iesum.

IN CAPVT I.



Iber generationis] Nominatiuus abso- lute positus, ceu vice tituli est: quod Prophetis est fami- liare, & secutus est Euangelista Mosen ceneleos 5, vbi ait: Hic est liber gene- rationis Adã. Ex-

tant etiam similes tituli nonnulli apud Ethni- cos Græcos. Hoc tamen notandum est, quod Matthæus hoc titulo non complectitur sum- mam historię Euangelicę, quęadmodum cęteri suis titulis librorum argumęta complexi sunt: sed fontem dütaxat siue initium, ex quo reliqua historia nascitur. Satis porrò in hoc ipso exordio innuit ac declarat Euangelista, quod de humanitate Christi sit tractaturus, cum à carnali incipiat generatione. Nam diui- nam eius genealogiam quis enarrabit? Ani- maduertendum est autē hęc, summoperè cum veteri nouum testamentum congruere. Illud enim inchoatum est à generatione primi ho- minis & mundi creatione: hoc ad eundem- dum à natiuitate secundi hominis & orbis res- tauratione. Illud processit à Mose, præcipiente Deo: hoc à Christo, iubente itidem neo Pa- tre: Illud continet præcepta viuendi, sed im- perfecta: hoc perfectam institutionem. Illud de sacerdotio agit & hostijs typicis: hoc de vero illo ac æterno sacerdote atq; Pontifice, perfecta; & pura & immaculata hostia, figu- ratiuas istas complente. Illud, de liberatione ex Aegypto, tractat: hoc, de redemptione à morte æterna. Illud agit de introductione in terram promissionis: hoc de immigratione ex hisce mirandis ac miserandis ærumnis in cę- lestem illam ac veram patriam nostrã. Postre- mō autem considerandum hęc est, longè di- uersam atq; adedò contrariam esse generatio- nem hanc noui testamenti, illi veteris instru- menti, cum ea ducat in damnationem, hęc ve- rō ad salutem.

Elia. 73.

Iesu Christi.] Cū dicit, Iesu Christi filij Da- uid, discrimen adijcit inter hunc Iesum, & illū qui fuit filius Nun, quem vulgò Iosue nomi- nant: qui populum Israeliticum, mortuo Mo- se, introduxit in Palæstinam. Ille enim neque

Christus fuit: neq; filius Dauid, sed tantum fi- gura huius. quemadmodum enim Moses non potuit introducere populum in Palæstinam, sed introduxit Iesus filius Nun: ita lex per Mo- sen lata, non potuit nos introducere in regnū Dei, sed Iesus Christus eò nos introduxit. Vo- culę porrò hęc, Iesus & Christus, notiores sunt, quàm vt explicatione indigeant. Sonat enim Iesus Hebræis id, quod nobis saluator: Chri- stus autem Græcis est, quod nobis vnctus.

Filij Dauid, filij Abraham.] Sermo anceps est. potest enim hic esse sensus, vt vtrunq; filij, ad Christum referatur. Potest etiam sic accipi, vt quemadmodum prius filij, necessariò ad Chri- stum referatur: ita posterior filij, ad Dauidem referatur: tametsi prior sensus videatur aptior, cum perindè Abraham à Dauidi, imò pri- us Abraham quàm Dauidi, Christus promissus sit. quod autem ad Dauid & Abraham ge- neris seriem refert, facit in gratiam Iudæorū, quibus Euangelium scripsit. Nā apud hos sa- crosancta erat horum duorum memoria. Lu- cas autem vsq; ad Adam, generationem Chri- sti deduxit, quia gentibus scripsit.

Abraham autem.] Ideò saluatoris nostri ge- nationem ab Abraham potissimum incipit, quia huic primò est promissus Christus, dū vaticinatum est ei, In semine tuo benedicen- tur &c.

Genuit Isaac.] Discutiendum hęc videtur, quare cū Abraham plures habuerit filios, solū hęc Isaac interseruerit. Cumq; idē Isaac genuerit Iacob & Esau, cur solius Iacob men- tionem fecerit. Ratio hęc assignatur, quod Ismael ac Esau non permāserint in cultu vni- us veri Dei: Fratres autem Iudæi circò ascri- pti sunt, quia illi in populo dei cōputati sunt, & spectabant ad promissionem diuinam. Cę- terum cū ex historia notum sit, Abraham ge- nuisse Isaac, & ex eo Iacob, & sic deinceps, (tria autem potissimum spectantur in sacris literis, historia scilicet, moralitas & allegoria) mora- lem nunc atq; allegoricam huius loci exposi- tionem subijciamus. Abraham designat no- bis virtutē fidei, cuius ipse nobis insigne ex- titit exemplum. Vndè legitur de eo: Abraham Gen. 15. credidit Deo, & reputatum est illi ad iustiti- am. Is quandò tres vidit & vnum adorauit, sa- cramentum trinitatis & vnitatis nobis: indi- cavit. Genuit autem Abraham, id est, fides: Isa- ac,

Gen. 24. Gal. 3.

Gen. 15. Gal. 3.

ac, id est, spem. Nam Isaac interpretatur risus, siue gaudium parentum: & fuit spes patris, dū is fidem promissioni à Deo sibi factę adhibē- do, filium se habiturū sperauit, per quē mirifi- cę orbis ampliaretur. Ad hunc etiam modum spes nostra gaudiū est, dum ad pollicita nobis cęlestia bona lætāter anhelamus. Genuit itaq; Abraham Isaac, hoc est, fides generat spē, iuxta illud apostoli: In eis est substantia, id est, funda- mentum, rerum sperandarum: Frustrā enim sperat, qui non credit. Nascitur autē Iacob ex his duobus parētibus, hoc est, Charitas è fide & spe gignitur, quod enim credimus & quod speramus, diligimus. quia verò charitas du- plex est, dei nimirum & proximi, duo etiā no- mina habuit Iacob. Prius enim vocatus est Ia- cob: Deindè post luctationē cū angelo, quia in eo Dominū viderat, dictus est Israel, quod ex Hebræo sonat, vir videns DEVM. Sic nos homines prius contra vitia & circa amorem proximi luctari ac laborare debemus, vt post- eā nomen Israel fortiamur, hoc est, dilectionē Dei consequamur, & per dilectionem Deum videamus, in presenti quidem per fidem, in futuro autem re ipsa. Exposito itaq; nūc, quid moraliter hi tres Patres doceant nos: subijci- endum nunc erit, quid allegoricè aut mysticè de Christo nobis præfigurent. Abraham multis in locis typū Christi gerit, atq; ipso id nomi- ne. Ex Hebræo enim idē sonat Abraham, quod Pater multarum gentiū, sicuti Christus pater est multorum fidelium. Relinquens itaq; patrios fines Abraham, & in alienam terram, Cha- naan scilicet, commigrās, præcepto diuino ad- monitus: præfigurauit nobis Christū, qui de- sero Iudaico populo, ad gentes per Euangelij sui præcones diuertit. In hoc deindè rursus personā Christi gessit Abraham, quod duos ge- nuit filios: alterum ex ancilla, alterū ex libera- tiva per naturam, alium per repromissionē. Nām & duos populos Christus regenerauit, Iudaicum videlicet (qui per Ismaelē designa- tur, & ex Agar, hoc est, veteri lege genitus est: Hebræis etenim Ismael dicitur, quod Latinis auditio: & Iudæi, auditores legis diuine, nō fa- ctiores, fuerunt. Agar autē interpretatur alie- natio: Lex nimirum secundum carnem & oc- cidentem literam intellecta, eos alienauit à Deo) & gentilem, qui per Isaac denotatur: & natus est ex Sara, hoc est, nouo testamēto. Isa- ac enim sonat idem quod risus: quia cōuersio gentium ad Deum, gaudium fuit angelorum & omnium fidelium. Sara autem interpreta- tur princeps, quod noua lex per Christum la- ta, principatū obtineat. Iudaicus populus per naturam generatus est, quia illecebris mundi huius in cultu Dei aliquantisper retentus est,

Hebr.

Gentilis verò populus per repromissionem, quia nō pro fluxis hisce temporalibus bonis, sed ob futurorum inextimabilium bonorum repromissionem, Deo seruiuit. Isaac præterea multis in locis Christum etiam præfigurauit, quod nec in nomine fallit. Christus enim est risus noster, de quo dictum: Gaudium vestrū nemo tollet à vobis. Isaac à patre Abraham ductus est ad immolandum, comitātibus pue- ris duobus & asino, quos ante montem ad re- ditum suum præstolari iussit Abraham. Tum verò Isaac ligna, instar Christi, lignum crucis baiulantis, portauit: Abraham verò gladiū & ignem: nec tamen immolatus est Isaac, sed aries, cornibus inter vepres hærens. Abraham De- um Patrē significauit, in cuius manu erat gla- dius mortis & ignis persecutionum, qui fili- um suum passioi tradidit: qui adedò instar Isa- ac non renuit, vt obediens fuerit vsq; ad mor- tem, mortem autem crucis. Duo pueri, Iudai- cum populum designarunt, in duo videlicet diuisum, regnum scilicet Iuda & Israel. Asinus stultitiam Iudæorum representauit, Iudæi em̄ cum asino expectant in hodiernum vsque di- em. Aries, non Isaac, immolatus est: quia caro Christi adhærescit cornibus crucis inter ve- pres dolorum ac tribulationis, non ipsa dei- tas per Isaac significata.

Iohan. 16.

Gen. 22.

Matth. 27.

Iohan. 19.

Phil. 2.

Iacob genuit Ioseph.] Dubitauerit hęc fortasē quispiam, cur Euangelista noster Iacob patrē Ioseph esse dicat, cū Lucas filium Heli eum esse referat. Sed sciēdum, Iacob & Heli fratres fuisse vterinos. Heli verò ducta vxore, sinē li- beris est mortuus. Iacob itaq; suscitauit semē fratris, (iuxta veteris legis præceptum) & ge- nuit ex eadem vxore Ioseph, vndè hęc secun- dum legem dicitur filius Heli, secundum natu- ram filius Iacob.

Deut. 25.

Virum Marię.] Quod autem generationis ca- talogum ad Ioseph deducit, & non ad virgi- nem matrem: facit, nē recedat à consuetudi- ne Iudæorum, qui non solebant maternum genus recensere, sed paternum tantum. Deindè ex genere Ioseph facile erat assequi genus virginis, cū oporteret coninges de eadē esse tribu, vt monet Euseb. & Chrysost. Postremò videbat Euangelista nondum expedire, vt Iu- dęis aperiretur miraculū eius natiuitatis: ni- mirum, nē homines barbari, tantarum rerum minime capaces, contumelijs afficerent virgi- nem, lapidantes prægnantem Mariam, quasi adulteram. Nam & ipse Ioseph, quanquā ob eximiam iustitiam DEO insigniter char- rūs, tamen tantum mysterium non nisi ab Angelo edoctus, intellexit. Impium autem fu- erit, negare Christum ex semine Dauid esse, cū Euangelista hęc eum filium Dauid ex-

presens nominet. Et Paulus Rom. 1. Et David Psal. 137. Porro quod non eodem modo generalitatem Iesu Christi recesserint Matthaeus & Lucas, multae sunt rationes, quas longum esset hic recensere. Facile te expedies, si memineris, duplices apud Iudaeos fuisse filios: Naturales, & Legales: Naturales, qui ex parentibus suis legitime nascerentur: Legales, qui non ex ipsius quorum filij dicebantur, sed ex fratribus eorum essent nati, cum frater aut cognatus proximus superstes, excitare semen fratri siue cognato, qui relicta sine liberis vxore defuncto esset, lege iuberetur. Sciendum porro, quosdam eorum, qui hic recensentur, esse cognomines, id est, commune habere nomen: nonnullos binomines vel trinomines, ut August. lib. ij. de consensu Euangelist. & Chrysost. in 3. homilia in mat. tradunt. Nobis hoc certum indubitatumque est, utrunque Euangelistam verissima scripsisse. In humanis scripturis stultum & iniquum, ideo aliquid rejicere aut condemnare, quia non intelligas: In diuinis vero idem facere, sacrilegium est & blasphemia. Illud suo more doctè monet Augustinus, mattheum, qui regiam in Christo instituerat insinuare personam, excepto ipso Christo, quadraginta homines in generationum serie nominasse: qui numerus illud tempus significat, quo & in hoc seculo & in hac terra regni nos oporteat à Christo, secundum disciplinam laboriosam, qua flagellat deus omnem filium quem recipit.

De qua natus est Iesus. Non dicit, de quibus, ut de sola virgine natum Messiam comprobet. *Omnnes itaque generationes &c.* Ter quatuordecim, constitunt quadraginta duas, cum homines praeter Christum quadraginta tantum numerentur: cuius rationem reddit August. lib. ij. de cons. Euang. cap. 4. quod Iechonias in medio duarum generationum constitutus, utranque ita connectit, ut utriusque numerum compleat typus Christi: qui lapis angularis, ex Iudaeis & gentibus unam consummauit Ecclesiam. Porro quod Matthaeus ab initio Euangelij sui, generationem Christi descendendo per naturalem lineam recenset, significat illum descendisse in carnem nostram, ut mortalitatis nostrae particeps fieret. Contra vero Lucas non statim ab initio Euangelij, sed à baptismo Christi, generationem eius enumerat ascendendo, id est, per lineam adoptionis, significans Christum sacerdotem expiisse peccata nostra, nosque reconciliasse Deo Patri, ad quem generationis seriem perducit, cuius per adoptionem filij facti sumus. Matthaeus itaque significat Christum in se recepisse peccata nostra, cum ipse extra omne peccatum esset: Lucas vero, aboleuisse eadem. Et quemadmodum numerus quadragenarius,

qui est apud Mattheum, mysterium habet laborum & afflictionum in hac vita: ita numerus septuagenarius septimus, qui est apud Lucam, significat plenam remissionem omnium peccatorum.

Christi autem generatio sic erat. Hic Mattheus transiit, quae copiose scripsit Lucas de conceptu Domini Iesu. Quae vero Lucas praeterijt, persequitur Mattheus.

Antequam conuenirent. Non significat Euangelista eos postea esse congressos, sed quemadmodum dicimus iudices pronunciasse de causa priusquam causam cognoscerent, non significantes eos postea cognouisse causam: ita hic dicit, antequam conuenirent, id est, ante conuentionem, seu sine conuentione, non autem quasi postea conuenissent.

Ioseph autem vir eius. Propter imperitos, qui miserè hac aetate seducuntur ab haereticis, cogor hic ascribere absurdam expositionem Erasmi Sarcerij in hunc locum. Verba eius ita habent: quoniam erat iustus tam coram Deo, quam coram hominibus. Sic etiam de Zacharia & Elizabetha legitur Luc. 1. Et erant ambo iusti coram Deo, versantes in omnibus preceptis & iustificationibus Domini irreprehensibiliter. Iustus erat Ioseph coram Deo imputatoriè, non meritoriè: Haec tenet Sarcerius. Iam te obsecro Christiane lector, expendere mihi, quam illa expositio principiò nihil faciat ad id, quod hic agit Euangelista. Deinde, quam iugulet ipsa semetipsam. Euangelista propositum fuit, ostendere rationem, quare Ioseph à puella, quam cum sciret à se quidem prorsus non contactam, & tamen grauidam, mallet clanculum diuertere, quam diffamare quasi adulteram, vel ante coniugium ab alio aliquo stupratam. Quenam igitur huius rei fuit ratio? quia erat iustus. Quomodo iustus? Si Sarcerium audias, imputatoriè, hoc est, non quia nihil peccaret, sed quod Deus illi peccata non imputaret, iuxta illud Psal. 31. Beatus vir cui non imputabit Dominus peccatum. Sed oportuit tantum euangelij professorem, adeoque populi illius euangelici episcopum, non ignorare, bisarie hominem dici iustum: Principiò, per remissionem peccatorum, quomodo oes iusti sumus à baptismo: & quomodo iustus erat ille, quem absoluit dominus, & cui es alienum remisit Matth. 18. Atque haec quidem iustitia, qua iustus quis operatur. Vnde. 1. Ioann. 3. Filio-li, nemo vos seducat, qui exercet iustitiam, iustus est. Atque haec iustitia non tantum illi prodest, qui eam habet, verum etiam proximo. Quare quod hanc haberet Ioseph, noluit sponsam suam diffamare. Atque haec tanti momenti est, ut priorilla accipi quidem sine hac posse vi-

deatur, quod accidit illi, cui decem millia talentorum condonata sunt: retineri autem non possit. Quare? quod ille non exercebat eandem iustitiam in fratrem, quam in se erat expertus à Domino, repetitus est ad solutionem vniuersi debiti. Hac iustitia iusti erant Zacharias & Elizabetha, iuxta Lucam. Quare si horum exemplo iustus fuit Ioseph, quod libenter concedimus Sarcerio: falsum est quod subiicit, Iustus erat Ioseph coram Deo imputatoriè, non meritoriè. Imò utroque modo iustus erat: Imputatoriè, quod praeterita peccata illi non imputarentur, sed fides in venturum Messiam reputaretur ad iustitiam, quantum de hac non loquitur hoc loco Euangelista. Hac autem iustitia nos vitam aeternam mereri, innumeris locis nos docent literae diuinae, etiam in ipso euangelio. Illa per fidem accipitur, quae iuxta diuini Iacobi doctrinam, factis est adiumento: Haec per facta, ex quibus fides perfecta est. Vnde & Abrahamus ex operibus iustificatum esse dicit, quum obtulisset filium suum super altare, & concludens, ait: Videtis igitur quod ex factis iustificatur homo, & non ex fide tantum? Porro quanta sit merces bonorum operum, cum ex alijs innumeris locis, tum ex 25. cap. Matthaei, luce clarius discere poterimus. Tu lege & diuini Augustini, cum in multis locis, tum in de fide & operibus, tum in praefatione in Psal. 31. Vbi pulcherrimè ostendit, quam per omnia conueniat diuino Iacobo cum Paulo, contra impudentissimam impietatem illorum, qui nostra aetate se iactant euangelij titulo: quos non puduit blasphemo ore asserere, & scriptis in vulgus spargere, Iacobum in eo loco Paulo esse contrarium.

Hoc autem eorum factum est. Haec verba prima quidem fronte videntur ita accipienda esse, quasi ab euangelista dicta. Ceterum Chrysostomus accipit ita quàm ab angelo dicta: quod persuadeat Ioseph, non esse vanum quod dixerat, virginem de spiritu sancto concepisse,

cum videret id adeo per prophetam esse praedictum.

Eccè virgo concipiet &c. Verba prophetae sic habent:

הנה תעלמה הנה ויראה בן וקראתו שמו עמנואל

Hoc est, ecce virgo concipiet & pariet filium, & vocabit nomen eius Emanuel. Nonnulli hic scrupulos mouent, quod verbum fortassis vnum aut alterum aliter sonat ex propheta, quam hic Euangelista. Sed non est operae precium his immorari, cum sensus utrobique sit perspicuus. Praeterea semper tenendum est, quod vbi Euangelista & apostoli citant veteris testamenti testimonia, nunquam superstitiosi sunt in literis & syllabis, contenti, sententia eius quod scriptum est, fideliter proferri.

Vocabitur nomen eius Emanuel. Nolo hic immorari confutandis Iudaeorum partium stultis, partim etiam blasphemis argutijs, in dictione Alma: quod contendunt id non castitatis vocabulum esse, sed aetatis. Satis enim illos redarguit propheta ipse, cum dicit hoc illis fore signum. Nam quid signi esset, aut quid miraculi, puellam concipere, & parere, nisi virgo permaneret, seruatam integritate pudicitiae ac virginitatis? Deinde, in nomine Emanuel, vbi dignius notatu est, quod Chrysostomus admonet, nomen pro re sine euentu accipiendum esse, ut significet propheta, per hunc filium, Deum fore cum hominibus, etiam si non sit necessè, illum vulgo appellari Emanuel.

Donec peperit filium &c. Illud donec, non excludit tempus postea: quasi tunc cognouerit eam, cum iam peperisset primogenitum: sed significat, virginem à viro prorsus intactam peperisse. Sic Gen. 8. legimus de coruo emissio, qui egrediebatur & non reuertebatur, donec siccarentur aquae super terram. Vide quae dictauimus in Psal. 109.

CAPVT II.

Cum ergo natus esset Iesus in Bethleem Iudae, in diebus Herodis regis: ecce Magi ab Oriente venerunt Hierosolymam, dicentes: Vbi est, qui natus est rex Iudaeorum? vidimus enim stellam eius in Oriente, & venimus adorare eum. Audiens autem Herodes rex, turbatus est, & omnis Hierosolyma cum illo. Et congregans omnes principes sacerdotum & scribas populi, sciscitabatur ab eis vbi Christus nasceretur. At illi dixerunt: In Bethleem Iudae: sic enim scriptum est per prophetam: Et tu Bethleem terra Iuda, nequaquam minima es in principibus Iuda: ex te enim exiet dux, qui regat populum meum Israel. Tunc Herodes clam vocatis Magis, diligenter didicit ab eis tempus stellae quae apparuit eis: & mit-

tens illos in Bethleem, dixit: Ite, & interrogate diligenter de puero: & cum inueneritis, renunciate mihi, vt & ego veniens, adorē eum. Qui cum au-
 dissent regem, abiērunt. Et ecce stella, quam viderant in Oriente, antecede-
 bat eos, vsquedum veniens staret supra, vbi erat puer. Videntes autem
 stellam, gauisi sunt gaudio magno valde. Et intrantes domum, inuene-
 runt puerum cum Maria matre eius: & procidentes, adorauerunt eum: &
 aperitis thesauris suis, obtulerunt ei munera, aurum, thus, & myrrham.
 Et responso accepto in somnis, nē redirent ad Herodem, per aliam viam
 reuersi sunt in regionem suam. ¶ Qui cum recessissent, ecce angelus do-
 mini apparuit in somnis Ioseph, dicens: Surge, & accipe puerum & ma-
 trem eius, & fuge in Aegyptum, & esto ibi vsquedum dicam tibi. Futurum
 est enim, vt Herodes quærat puerum ad perdendum eum. Qui confur-
 gens, accepit puerum & matrem eius nocte, & secessit in Aegyptum. Et
 erat ibi vsq; ad obitum Herodis, vt adimpleretur quod dictū est a do-
 mino per prophetam, dicentem: Ex Aegypto vocaui filium meum. ¶ Tunc
 Herodes videns quoniam illusus esset a Magis, iratus est valde: & mittēs,
 occidit omnes pueros, qui erāt in Bethleem, & in omnibus finibus eius,
 à bimatu & infra, secundum tempus quod exquisierat a Magis. Tunc ad-
 impletum est, quod dictum est per Hieremiam prophetam, dicentem:
 Vox in Rhama audita est, ploratus & ululatus multus, Rachel plorans fi-
 lios suos, & noluit consolari, quia non sunt. ¶ Defuncto autem Herode,
 ecce angelus domini apparuit in somnis Ioseph in Aegypto, dicens: Sur-
 ge, & accipe puerum & matrem eius, & vade in terrā Israel: defuncti sunt
 enim qui quærebant animam pueri. Qui confurgens, accepit puerum &
 matrem eius, & venit in terram Israel. Audiens autem quod Archelaus re-
 gnaret in Iudæa pro Herode patre suo, timuit illō ire: & admonitus in so-
 mnis, secessit in partes Galilææ. Et veniens, habitauit in ciuitate, quæ vo-
 catur Nazareth, vt adimpleretur quod dictum est per prophetas, Quoniā
 Nazaræus vocabitur.

IN CAPVT II.

¶ Vm ergo &c.] Hanc historiā Lucas omi-
 sit, qui tamen copiose narrat cætera &
 ante natiuitatem pueri, & in ipsa natiuitate, &
 post natiuitatem facta, à Matthæo præterita,
 quæ quo ordine his, quæ habet Matthæus, co-
 hæreant: luculentissimè ostendit diuus Au-
 gustinus, de consensu euangelistarum lib. 2.
 cap. 5.

Bethleem Iudæ.] quod cum obscurum esset
 oppidulum, rectè adiectum est, Iudæ: vt regi-
 onis aut stématis vocabulo adiecto, illustra-
 retur. Quamquam & discernendi gratia adie-
 ctum videri potest. Siquidem & in Galilæa
 Bethleem est in tribu Zabulon.

Herodis regis.] Illius Idumæi, vt vel ex tem-
 pore quis cognosceret, hunc esse Messiam pa-

tribus promissum: quod olim prædixerat Ia-
 cob: Non auferetur sceptrum de Iuda, & dux
 de femore eius, donec veniat qui mittendus
 est. Præterea prophetia Danielis per hebdo-
 modarū mysteriū, exactè hoc tēpus indicat.

Ecce magi ab.] Chaldæi magos appellant,
 quos Græci σοφῆς & philosophos, hoc est, sa-
 pientiæ professores, vt testatur diuus Hiero-
 nymus in Danielē. Itē Chalcidius Platonicus
 philosophus, in Commentarijs in Timæum
 Platonis, vbi ita scribit: Est quoquē alia san-
 ctior & venerabilior historia, quæ perhibet,
 ortū stellæ cuiusdam non morbos, mortēsq;
 denunciatas: sed descensum Dei venerabilis,
 ad humanæ conseruationis rerumq; morta-
 lium gratiam. Quam stellam cum nocturno
 itinere suspexissent Chaldæorum perfectè sa-
 pient-

sapientes viri, & consideratione rerum cele-
 stium satis exercitati, quæfisse dicuntur recen-
 tem ortum Dei: repertaq; illa maiestate pue-
 rili, venerati esse, & vota Deo tanto conueniē-
 tia nuncupasse. Plura videbis apud Basilium
 Magnum in sermone de humana CHRISTI
 generatione. Solent & alia quædam hīc quæri,
 nempe an magi tantum fuerint, & non etiam
 reges. Veteres ferē omnes, magos tantum vo-
 cant, de ipso nomine tacent, nisi quod Iohan-
 nes Chrysofomus homilia 6. in Matthæum,
 reges eos fuisse significare videtur, cum ita
 scribit: Oportuerat nanq; eos (subaudi Iudæ-
 os) continuò sentire, quantum sibi esset addi-
 tum dignitatis, de laude scilicet nati regis, qui
 Persarum ad se regem ortu suo triumphante
 traxisset. Hieronymus in Danielis caput se-
 cundum ait, reges & principes ad magorum
 scientiam omnia facere. quod autem hī reges
 fuerint, non dicit expressè quidem. Ecclesia
 eos vulgò reges nominat. Non puto de hac re
 contentiosè esse digladiandum, cum non per-
 tineat ad summam fidei aut salutis nostræ,
 vtrum reges fuerint, an non. Quæri præterea &
 hoc solet, qua ratione magi visa hac stella, in-
 tellexerint nouum regem Iudæis natum esse.
 Deindè, num intellexerint illum plus quàm
 hominem esse, & regem non mundanum, sed
 cælestem. quod ad posterius attinet, Diuus
 Hieronymus commentariorum in Esaiam li-
 bro 7. in cap. 19. expressè dicit eos intellexisse
 natum esse filium Dei. Et diuus Cyprianus in
 sermone de stella & Magis, regem & Deum
 esse professos. Idem Iohannes Chrysofomus
 non solum dicit, verum etiam multis argumē-
 tis probat. De priori dubitat Hieronymus,
 an ex prophetia Balaam, quæ extat Numerorū
 24. Hoc plausibilius est, & à multis egregijs
 doctoribus receptum. Inter quos est Orige-
 nes, qui in Numeros homilia 13. dicit, magos
 omnes prophetias Balaam diligentissimè cu-
 stodiuisse: quæ cum maxima ex parte essent à
 dæmonibus profectæ, hæc tamen quæ ex Nu-
 meris citatur, ex Spiritu sancto profecta est,
 ipso etiam Balaam inuito. Chrysofomus pu-
 tat eos præterea etiam singulari Dei instinctu
 intellexisse, hunc regem non tantum hominē
 esse, verum etiam Deum. Solet etiā quæri de
 stella, quæ qualisve fuerit. Hic Chrysofomus
 respondet, nō fuisse reuera stellam, sed virtu-
 tem aliquam plenam rationis in forma stellæ:
 Neq; in celo apparuisse, sed in inferiori aëris
 parte. Alioquin enim non potuisset monstrare
 casam pueri.

Herodes rex turbatus est.] Nimirum regni
 amissionem & sibi & liberis suis metuens.

Et omnis Hierosolyma &c.] Admonet Chry-
 sofomus, non esse mirum, Herodem ethnicū
 tyrannum turbatū fuisse, nimirum quod me-
 tueret amissionem regni: Iudæos verò turba-
 tos esse, nullam habere rationem, nisi prauita-
 tem sententiæ ex animis enormitate sceleris
 profectam, qua & olim prætulerant impij Pha-
 raonis tyrannidem miti placidoque impe-
 rio Moſis, imò verò ipsius DEI per Moſen.
 quidam tamen suspicantur ideò turbatos fu-
 isse Iudæos, quod nouos tumultus nouamque
 sequitiam ab Herode metuerent ob nouū re-
 gem. Quamquam & Euangelista nō dicit pro-
 pter Herodē, sed cum Herode turbatos esse.

Et scribas populi.] Scribæ apud Iudæos erāt,
 penes quos fuit authoritas tractandi interpre-
 tandiq; scripturas.

In Bethleem.] Mirum videri potest, in homi-
 nibus tam flagitiosis refedisse spiritum illum
 tam expedite interpretandi scripturas. vnde
 discimus, quantum Deus tribui voluit ordini
 & legitime vocatiōi. Id quod & in Caipha ma-
 nifestè apparuit, qui cum esset impius ponti-
 fex, tamen prophetauit, eò quod pontifex es-
 set. Id quod expressè testatur Iohannes Euā-
 gelista.

Iudæ.] Alij Iudææ vertunt ex Græco. quan-
 quam dubitari potest, an Græci codices hīc
 sint emendati, cum diuus Hieronymus con-
 tendat, non Iudææ, sed Iudæ, legendum esse: ad
 distinguendum hanc Bethleem, quæ in tribu
 Iudæa sita est, ab altera etiam in Iudæa quidem
 sita, sed in alia tribu, nempe Zabulon. Illud
 proprius ad re pertinet, quod Chrysofomus
 admonet, mira Dei prouidentia factum esse,
 vt mutuo se docuerint Persæ atq; Iudæi: dum
 hi ab illis discunt stellæ indicium de nato Mes-
 sia, illi verò ab his vaticinium prophetæ, stellæ
 indicio respondēs. Itā apud neutros relinqui-
 tur excusatio incredulitatis. Huc accedit,
 quod per quadraginta dies, hoc est, toto pu-
 erperij tempore, moratus est in Bethleem: ni-
 mirum, vt omnibus liceret inquirere de eo,
 quem ea ipsa hora, qua natus fuerat, angelus
 annūciarat pastoribus, pastores eadem nocte
 quæsitum & inuētum, omnibus ad quos per-
 uenerunt. Post hæc accedunt magi: docent Iu-
 dæos per apparitionem stellæ, dicunt à Iudæis
 per prophetiam Michææ, peracto tandem pu-
 erperij tempore, in templo publicè eū agno-
 scit, laudat, prædicat Simeon. Similiter Anna
 prophetissa filia Phantuel, confitetur illi, & lo-
 quitur de illo omnibus qui expectabant re-
 demptionē Israel. Taceo hīc de fuga in Aegy-
 ptum, & reditu iuxta vaticinia prophetarum.
 Item quod luculentissimum de se specimē de-
 dit ipse in templo inter doctores, duodecim
 iam.

Osce 11.

Hic. 3. 31.

Basilus
Magus.

Chrysof.

Hieron.

Hieron.

Cyprian.

Chrysof.

Hieron.

Origenes.

Chrysof.

Gen. 49.

Chalcidius.

Chrysof.

Exod. 16.
Num. 16.

Iohan. 18.

Chrysof.

Luc. 2.

iam.

iam annos natus. Eo verò testimonio quid potest esse clarius, quo spiritus sanctus visibili specie illum indicauit, Patris vox cælitus prædicauit, commendauitq; Iohannes, & totam Iudæam prædicatione eius impleuit? Huc accedunt innumera atque stupenda miracula. Vnde meritò apud alium Euangelistam dicitur: qui non credit, iam iudicatus est, quia nõ credidit in nomine vnigeniti filij Dei.

Johan. 3.

Et tu Bethleem terra Iuda, nequaquam. Verba hæc apud prophetam paulò aliter sonant, quàm recitantur apud Euangelistam: quod eruditos quosdam torfit. Nos & aliàs monuimus, Euangelistas & Apostolos facillè negligere literas & syllabas in citandis prophetis, modò fideliter ea adducât, quæ pertinent ad genuinam sententiam. Prophetæ verba sic sonant: *Et tu Bethleem Effrata, paruula nõ sis in millibus Iuda: ex te mihi egredietur, qui sit dominator in Israel.* Est qui suspicetur prophetiam hanc in medio sermone commutatam esse, atque prophetæ verba sic recitari, vt Euangelista de suo non nihil admisceat, quod tamen non aduerfetur sensui prophetæ. q. d. quod olim prædictũ est à vate, fore vt omniũ minima, fieres omnium maxima, id iam contigit. Sed quorsum opus est hinc se torquere? Propheta paruulam dicit, quantitate murorum & turrium & spatij. Euangelista nequaquam minimam dicit, maximam significans, quantitate famæ & celebritatis. Idem significatur per prophetam, cum dicit: *Ex te mihi egredietur qui sit dominator &c.* Illud magis ad rem pertinere videtur, quod apud prophetam adijcitur: *Et egressus eius ab initio, à diebus æternitatis.* quo significatur deitas Christi, quam particulam Chrysofomus suspicatur, in gratiam tyranni, à scribis dissimulatam esse.

Chrysol.

Populum meum Israel. Nõ illum carnalem, sed spiritualem, quanquam Iudæi hoc nõ intellexerunt.

Obtulerunt ei munera. Hic admonet docti, principidò exemplo hoc nos doceri, quàm nõquam desint rationes deo, quibus suos in paupertate & periculis alat, sustentet atq; conseruet. Diuina enim prouidentia factum esse, vt Magi hæc munera obtulerint, nõ videlicet vitaticum deesset statim cũ Maria & Ioseph fugituro in Aegyptũ. Sed lateret hinc etiam altius mysterium. His enim muneribus veluti per ænigma trinitatem illam ineffabilem proficitur patris & filij & spiritus sancti. simulque in vno homine mortalitatem, sacerdotium & regnum agnoscunt. Siquidem aurum regi conuenit, thus sacerdoti, myrrha morituro. Natus est mortalis: sacrificauit in cruce: vicit re-

surgens: regnat in cælis. *Qui cum recessissent &c.* Chrysof. admonet, hoc ab angelo ipsi Ioseph non visquædò statim dictum esse, postquam digressi erant magi, sed post finitum puerperium, & celebratos ritus purificationis: De quibus copiosè Lucas. Nam cum completi essent dies purificationis, profecti sunt iuxta legem Hierosolymam. indè redierunt Nazareth. Ibi Ioseph tandem admonitus est ab angelo, vt fugeret. Vide Augustinum libro secundo de consensu Euangelistarum.

Et matrem eius. Confirmato iam Ioseph & fati edocto de diuina origine pueri ac deitate, liberè & apertè loquitur angelus: neq; filium Ioseph appellans puerum, neq; Mariam coniugem, sed matrem pueri. Notatu dignum est, quòd à Persis siue Babylonijs adorari voluit puer, Aegyptios autem inuisere. Huius causam fuisse indicat Chrysofomus, quòd Babylon & Aegyptus præ omnibus terris flamma impietatis ardebat. & ab ipsis statim principijs ostendit, quòd vtrancq; emendaturus, & igne potiùs fidei succensurus esset: ex his vtique persuadens, etiam de alijs mundi partibus speranda esse meliora. Præterèa fuga hæc in Aegyptum, nos docet, ab ipsis vitæ huius initijs oportere nos præparari ad infidias & tentationes. Vide Chrysofomum.

Ex Aegypto vocauit filium. Hoc Iudei calumniantes, de se interpretantur, quorum maiores Dominus per Moysen ex Aegypto eduxerat. sed non animaduertunt, illum illorum in Aegyptum descensum & reditum ex eadem, fuisse figurã huius nostri seruatoris Iesu Christi: adeoq; de illo populo posse quidem intelligi prophetam tanquam de figura, verum de Christo principaliter, vt significato per illam figuram. Vide Chrysofomum homilia octaua. Item Clarium Isidorum Brixianum in hunc locum. Item diuum Hieronymum, tum in hunc locum, tum in Osee caput 2. Item ad Pammachium de optimo genere interpretandi. Item Hieronymus scripsit proprium super hac quæstione tractatũ. Potest & ad illud referri, quòd Numerorum 23. ait Balaam: Deus ex Aegypto vocauit eum.

Exo. 14.

Chrysol. Isidorus. Hieronym.

Occidit omnes pueros. Iohannes Chrysofomus pulcherrimam hinc mouet disputatione, an æquum fuerit, Deum permittere, vt innocentes hi pueri propter Christum interficerentur. Concludit autem, adeò hæc in re nihil lætos esse pueros illos, vt ingentibus etiam bonis cumulos. Probatq; insignem illam sententiam, Multos quidem esse, qui lædere cupiãt: neminem autem lædi posse, nisi à semetipso. Et quæcunq; in hac vita patimur, ea nobis cedere

Eusebius.

dere vel in remissionem peccatorum, vel in occasionem maioris præmij & gloriæ. Porro quas pœnas huius sceleris dederit Herodes, post Iosephum scribit Eusebius libro 1. historiarũ Ecclesiasticæ, capite octauo & nono.

DE PVERIS AB HERODE INTERFECTIS.

Admonet Chrysof. non desuisse, qui id calumniarentur, quasi non decuerit illum, qui salutis omnium, adeoque peccatorũ, causa se venisse profiteretur, ferret innocentes pueri propter se interficerentur. Quorum stultitiam ita confutat, non Christum in causa fuisse quòd interfecit sint pueri: sed sæuitiam Herodis, qui quum partim ex Magis, partim ex p̄tificibus & scribis didicisset hæc diuinitus geri, non cogitasset de opponendo se Deo, nisi palàm infanuisset. Sed dicit: His quid inexcusabilem ostendis Herodem: nõ tamen ostendis, qua æquitate Deus permiserit hæc euenire innocentibus. Hic respondet, nihil mali crudelitatem illã Herodis attulisse pueris illis, boni verò plurimũ. Cuius rei occasione pulcherrima disputatione ostendit, plurimos quidem esse malos, qui cupiant lædere: neminem verò esse qui ab alio lædi possit, quàm à semetipso. quicquid enim, inquit, illud à quolibet hominum passi fuerimus iniustè: aut remissione peccatorum Deus, aut amplioris mercedis retributione compesat: haud secus ac si clemens aliquis paterfamilias, seruo sibi multa debenti, sed à prædonibus ita spoliato, vt nihil retinuerit: nõ tantum remittat misero quod debebat, etiam si illud multo fuit maius, quàm quod ereptum est: verum etiam muneribus præterea iuuat, adeoque dicit: quis non dicat præclarè actum esse cum illo seruo? quippe nõ solum ab are alieno, cui alioquin nunquam erat soluendò, liberato: verum etiam ampla ac libera possessione ditato. Non læduntur, qui nobis lædi videntur: si modò viriliter illata patiantur. Vide exemplum Dauid 2. Reg. 16.

Vox in Rhama &c. Admonet Chrysof. Christum regnum suum semper ab afflictionibus auspiciari: sed quibus mox requies succedat. quanquam ne hæc quidem, quàm diũ in terra hac mortale corpus circumferimus, diuturna est.

Rachel plorans filios. Diuus Hieronymus admonet, Rachel hinc positum non pro muliere, sed pro loco ipso: quòd Rachel enixa Benjamin, sepulta fuerit iuxta Bethleem. Itaq; pro-

Gen. 35.

pter corpusculi hospitium, locus nomen accepit sepultæ. Præterèa, Rhama non esse vocabulum loci, quæadmodum videtur: sed Rhama Hebræis excelsum sonat, vt claram ac lógè lateq; sonantem plorantis vocem intelligas. Proindè mirum est, interpretem Græcum reliquisse vocem Hebraicam, Rhama: nisi fortè pro loci vocabulo transtulit. Nam est omnind huius nominis locus in tribu Aser iuxta Gabbaa. Chrysofomus putat, nomen loci esse in tribu Benjamin, quæ tribui Iudæ erat vicina, vt significet propheta, ploratum hunc & eulatum propter pueros interfectos, non tantum fore in tribu Iuda, verum etiam in vicinis tribubus. Vnde & Euangelista inquit: Occidit omnes pueros qui erant in Bethleem, & in omnibus finibus eius.

Chrysol.

Desuncto autem Herode. Turpissima nimirum morte, referente Iosepho. Cui in regno successit Archelaus, qui toti præfuit Iudææ & Galilææ. Postea verò damnato eo à Romanis, nec lógò post interuallo mortuo, diuisum est regnum, & Galilæa concessa Herodi filio impij illius Herodis, & fratri Archelai.

Habitauit in ciuitate quæ vocatur Nazareth. Admonet Chrysof. Ioseph non inuitum eam admonitionem recepisse. Nam illic ante natũ puerum habitarat. Bethleem verò ne tantum quidem habuerat, vt locũ in diuerforio. Vnde Chrysof. & August. ita coniungunt Euangelistas Lucam & Matthæum, vt iuxta Lucam Ioseph cum grauida matre profectus sit Bethleem, ibiq; manserit vsq; ad finem puerperij, id est, diem purificationis: Interea venisse Magos: quibus digressis, ac puerperij tẽpore cõpleto, venisse Hierosolymam, ad celebrandũ ritus purificationis. Vtrum iam indè fugerint in Aegyptum, an priùs redierint Nazareth, fortassis non est adeò luculenter expressum: credibile tamen est priùs rediisse Nazareth.

Per prophetas. Solitus citare nominatim authorem prophetiæ, nunc in genere dixit, per prophetas: quòd Nazir Hebræis sanctus siue consecratus dicitur, iuxta septuaginta. Et non vno in loco, sed passim Christus sanctus dicitur, quando de illo scriptum est: Cũ venerit sanctus sanctorũ, cessabit vnctio vestra. Chrysofomus admonet, non esse quærendum, ex quo propheta hoc testimonium sit sumptum: cũ sumptum esse possit ex libro aliquo prophetico, qui vel Iudæorum ignauia, vel temporũ iniuria periẽrit: quomodò multa perijisse constat.

Dan. 9. iuxta aliam translationem.

CAPVT III.

IN diebus autem illis venit Iohannes Baptista, prædicans in deserto Iudææ, & dicens: Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cælorum.

Esai. 21.
31.40-45.

lorum. Hic est enim de quo dictum est per Esaiam prophetam, dicentem: Vox clamantis in deserto, parate viam domini, rectas facite semitas eius. Ipse autem Iohannes habebat vestimentum de pilis camelorum, & zonā pelliceam circa lumbos suos, esca autem eius erat locuste & mel sylvestre. Tunc exibat ad eum Hierosolyma, & omnis Iudæa, & omnis regio circa Iordanem: & baptizabantur ab eo in Iordane, confitētes peccata sua. Videntem autem multos Phariseorum & Sadduceorum venientes ad baptismum suum, dixit eis: Progenies viperarum, quis demonstravit vobis fugere à ventura ira? Facite ergo fructum dignum poenitentiae. Et nē velitis dicere intra vos, Patrem habemus Abraham. Dico enim vobis, quoniam potens est deus de lapidibus istis suscitare filios Abraham. Iam enim securis ad radicem arborum posita est. Omnis ergo arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Ego quidē baptizo vos in aqua in poenitentiam: qui autē post me vēturus est, fortior me est, cuius nō sum dignus calcamenta portare: ipse vos baptizabit in spiritu sancto & igni. Cuius ventilabrum in manu sua, & permundabit aream suam, & congregabit triticum in horreum suū, paleas autē comburet igni inextinguibili. ¶ Tunc venit Iesus à Galilæa in Iordanem, ad Iohannem, vt baptizaretur ab eo. Iohannes autē prohibebat eum, dicens: Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me? Respondens autē Iesus, dixit ei: Sine modò: sic enim decet nos implere omnem iustitiam. Tunc dimisit eum. Baptizatus autē Iesus, confestim ascendit de aqua: & ecce aperti sunt ei cæli, & vidit spiritū Dei descendentem sicut columbam, & venientem super ipsum. Et ecce vos de cælo, dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui.

IN CAPVT III.

In diebus autē illis &c.] Prudenter hīc admonet Chrysostomus, pronomen illis, non demonstrare tempus pueritiæ Christi, de quo iam dictum est: sed tempus sequens, quo decretum erat æterno consilio patris, vt totus orbis per CHRISTI doctrinam innouaretur: ostenditque hanc loquendi formam v̄sitatam esse, adeoque celebrē in scriptura diuina. Est præterea notatu dignum, quod non statim ab infantia aut pueritia aggressus sit euangelicū officium aut negocium Christus, sed expectauerit annum ætatis trigessimū: Nimirum vt haberet temporis spatium, quod sufficeret toti legi implendæ: nē in p̄ij haberent, quod calumniaretur illum idē legem abrogasse, quod eam implere vel nollet, vel nō posset. Iam verò cū implēset totam, vt ne in minimo factus quidem sit reprehensibilis, illi calumnie nulla est relicta occasio. Hæc monet Chrysostomus. Sed multa præterea hinc discimus: nempe, neque pueris imponendum esse tantum onus, neque quenquam debere semetipsum per impudentiam ad illud ingerere,

cū CHRISTVS expectauerit non modò iustam ætatem, verum etiam præcursoris de se testimonium, deniquē institutionem ipsius patris: & quemadmodum ipse erat institutus à patre, ita & suos apostolos instituit, dicens: Sicut misit me Pater, ita & ego mitto vos. Iohannis 29. Ex quibus, iam abiturus ad patrem, elegit Petrum, atque primarium pastorem ouibus suis præfecit, Iohannis 21. quemadmodum pollicitus erat Matthæi 16. Atque hī non tantum instituti sunt, vt ipsi pascerent gregem: verum etiam vt alios instituendi potestatem haberent, qui & secum, & post se pascerent. Itā Actorum 6. per impositionem manuum ordinant diaconos. Paulus per Ananiæ ministerium ac manuum impositionem liberatus à cæcitate, CHRISTVM incipit annunciare, Actorum 9. Idem cū Barnaba mittitur ad gentes à spiritu sancto, per impositionem manuum prophetarum & doctorum, qui erant Antiochiæ, Actor. decimo tertio: & sequenti capite decimo quarto Paulus & Barnabas constituunt per singulas Ecclesias presbyteros, per orationes & ieiunationes

com-

IN MATTHÆI CAPVT III.

11

commendates eos Domino. Idem ad Titum scribens, ait: Huius rei gratia reliqui te Crete, vt ea quæ defunt, corrigas, & constituas per ciuitates presbyteros, sicut & ego disposui tibi. ad Titum 1. & Timotheo sic scribit: Noli negligere gratiam quæ in te est, quæ data est tibi per prophetiam cum impositione manuum mearum. Hæc gratia atque hic ordo suam habet continuam successionem vsq; ad consummationem seculi, & est Ecclesiæ Dei sacramentum, habens signum, manuum impositionem: rem verò, gratiam Dei: Ordo, inquam, à Deo factus, quem qui quis violat, semetipsum intrudens atq; ingersens: nō pastor est, sed lupus & hostis Ecclesiæ Dei, quātunvis externis fucis & euangelij prætextu sese venditet. Tales sunt, qui nostra ætate sibi potestatem sumunt scripturas diuinas pro sua libidine interpretandi, detorquendi; ad sua dogmata: hoc est, impia feditio: fægmenta, reiectis omnibus illis veteribus, sanctissimis eruditissimisque interpretibus, quos ob singularem tū vitæ, tum doctrinæ sanctimoniam, recepit & probauit Ecclesia catholica. Reiecto præterea principis apostolorū Petri præcepto, quo nos admonet, vt nouerimus, quod omnis prophetica scriptura nō sit priuata interpretationis. 1. Pet. 1. Idē verò tales inter nos fore, capite sequenti luculentissimè docet his verbis: Fuerūt autē & pseudoprophete in populo, quæadmodum & inter vos erūt falsi doctores, qui clam inducent sectas perniciosas, etiam Dñm qui illos mercatus est, abnegates, accersentes sibi ipsis celerē interitū, quæ abnegatio nō tam verbis fit, quàm factis, iuxta Pauli doctrinā ad Tit. 1. Deum, inquit, profitentur se scire, cæterum factis negant, cū sint abominabiles & immorigeri, & ad omne opus bonū reprobi. quō autē magis ab illis nobis cauere possumus, Petrus eos nobis veluti in tabula depictos, ob oculos ponit, his verbis: qui carnē sequentes, in cōcupiscētia pollutionis ambulāt, ac dominationē contemnunt, audaces, præfracti, qui eos, qui gloria præcellunt, non veretur conuicij incescere, &c. Vide reliqua secundæ Petri 2. Deinde confer ad eam doctrinā Petri eos, qui nostra ætate se iactant euangelij titulo: qui contra vota Deo & Ecclesiæ facta, ducūt ac nubunt: qui Principes nullos audiunt, neque Ecclesiasticos, neque ciuiles, præter eos, quos insana sua doctrina dementarūt, atq; ad sacrilegia induxerunt, qui exturbatis monachis, ac sacerdotibus, monasteriorū & Ecclesiarū opes raptas, sibi ac doctoribus suis dispartiti sunt: quanquàm ne hos quidē aliter audiunt, quàm ipsi videtur. Cæteros nihil verentur intolere bilibus incescere conuicij. An mentiar, scijs

illi, qui viderunt Luteri libros contra regem Angliæ, eosq; tū scriptos, cū ille adhuc nihil designasset, quod non deceret moderatū, cordatum & Christianum principem: Cōtra laudatissimum principem G E O R G I V M Saxonie ducem, contra ducem Brunsvicensē, contra multos egregios episcopos: Supra omnia verò contra summum Ecclesiæ Christiane in terris pastorem, vicariū Christi, pontificē Romanū. Non credo vllum Sannionem aut scurrā posse scurrilius, petulantius & spurcius loqui, etiā inter scorta in lupanari, quàm illud portētum, ausum est scribere in summum illum sacerdotem Ecclesiæ. Nam ex Papa Antichristū facit. Idq; cū vulgò imperitis persuadet, laudatur etiam, quasi pius atq; facetus, qui sic gloriam Christi & euangelij defendit. Sed redeamus ad euangelium, & videamus, quàm huic illa conueniat. Christus & exemplo suo & verbis palam docuit, neminem posse euangelizare, nisi qui euides habeat testimonium, quod sit missus. Ipse Christus præter multa alia habuit testimonium Iohannis, habuit testimonium spiritūs sancti etiam visibile: habuit testimonium vitam vocem patris, tum ad Iordanem, tum in monte Tabor. habuit testimonio miracula quæ ecebat: habuit innumera prophetarum testimonia, & item figurarum veteris testamenti. Hæc autem omnia testabantur ipsum à patre missum. Sicut autem ipse erat missus à patre, ita misit suos apostolos. Apostoli eadem auctoritate tum in omnes fines terræ, tum in omnem insequentem ætatem. Ad hos citra omnem controuersiam, nulli vnquam vengerunt Episcopi, qui non sint missi, à sede Romana, tanquam cathedra Petri, primarij successoris Christi. Iam si ea sedes est sedes Antichristi, vt contendit Luterus: quæro, vnde missus sit ille Episcopus, qui Luterum ordinauit sacerdotem, dans potestatem annunciandi euangelium. Si aliunde, quàm à sede Romana: ostendat nobis quæ sit ea sedes, & qua successione potestatem habeat à Christo & apostolis. Quam si nullam aliam potestatem ostendere, fateturque se ordinatum à potestate, quæ profecta sit à sede Romana, eaque est sedes Antichristi: nonne seipsam condemnat Luterus, quod non aliunde veniat missus, quàm ab Antichristo? Sed absit, vt ea Sedes sit Antichristi sedes. Miserimi enim essemus omnium hominum, qui perdidimus illud, per quod certo scire possumus, quod per legitimam successionem & vera sacramenta sumus initiati Christo. Nam, & ipsi in sua confessione, quam anno 1530. exhibuerunt Cæsari Augustæ: aperte fatetur, quod nemo debeat in ecclesia publicè docere, aut sacramenta

b z admi-

administrare, nisi rite vocatus. Iam quæro, quomodo quis possit rite vocari, nisi per eum qui ex legitima successione & institutione habeat potestatem legitimam vocandi & ordinandi? Sed ut Lutero suam vocationem ostendamus, erat quidem ille auctoritate Sedis Romanæ rite vocatus & admissus ad euangelizandam: sed quem admodum Iudas legitime quidem erat vocatus à Christo ad apostolatam, excusatus vero avaritia, factus est proditor Domini & præceptoris sui: ita Luterus non tantum avaritia, verum etiam libidine & intolerabili superbia, ambitione & contumacia induratus, factus est capitalis hostis pontificis sui & ecclesie dei, imitatus hoc ipso & Simonem illum Magum Samaritanum. Qui cum simulata fide baptismum fuisset à Philippo consecutus, tandem à Petro depræhensus est, quod non haberet cor rectum coram deo, sed in felle amaritudinis & obligatione iniquitatis esset, repudiatum est & reiectus: admonitus tamen, ut poenitentiam ageret de sua nequitia, si forte remitteretur ei scelerata cogitatio cordis, Act. 8. & apud Eusebium libro 2. ca. 7. Sed ille adeo non respicit, ut etiam capitalis hostis apostolorum, & præcipue Petri factus, Romæ, ubi Deus voluit Petri sedem esse ad gubernandum Ecclesiam, populum eodem demerente induxerit, ut se quidem pro deo venerarentur, Petrum autem crucifigerent. Vide Euseb. lib. 2. ca. 13. & sequentibus in historia Ecclesiastica, & confer ea que de Lutero vidit Germania, ut primum pestilens eius doctrina innotuerit Leoni decimo, ut monitus sit, conuictus, ac ut pertinax & præfractus condemnatus: ut interea saeuierit virulentia styli & linguæ in vniuersum ordinem pontificium, & omnem disciplinam Ecclesiasticam euerterit: ut non tantum imperita plebem, verum etiam principes aliquot & regna demerentur. Ut nuper emissis foedissimis picturis, quæ vel vomitum stomacho mitioribus assueto mouere queat, inter cetera flagitia hortatus sit ad suspendendum pontificem vna cum vniuerso clero, se interim ad id carnificem promittens, imò faciens. Conferamus hæc adeo non obscura, ut totum mundo innotuerint libris & chartis editis, cum illis que Iudas Iscariotes & Simon Samaritanus gesserunt: & comperimus hunc discipulum, Lutero dico, adeo nihil cedere illis suis magistris, ut longè etiam superare videatur. Rectè de illis dixit Ioannes capit. 2. epistolæ 1. E nobis profecti sunt, sed non erant ex nobis. Nam si fuissent ex nobis, permansissent utique nobiscum. quid molirentur, statim ab initio viderunt multi viri cordati, neque tacerunt. quid effecerint deplorato hoc tempore, quo iuxta verbum Pauli populus non sustinet sanam doctrinam, sed iuxta concupiscen-

tias suas coaceruant sibi doctores hi, quibus prurrit aures: experitur pro dolor tota Germania. quid adhuc moliantur, non est obscurum, si quis cordatus obseruet, quæ tum concionibus, tum scriptis, tum factis docent.

Philip. Mel. in hoc ipsum Euangelij caput, quum inter alias multas blasphemias hæc impudentissimam extulisset, Sed longè fuit illustrior gloria populi Israel, quam huius vltimæ ætatis mundi: post paucula subiungit, Fortassis nunc, quia fit maior dispersio per Turcas, accendit Deus lucem Euangelij, hanc ipsam ob causam, ut in hac dispersione pij certæ doctrinam & consolationem habeat, & quocumque dispergentur, sua voce propagare possint, etiam si non habeant ordinarios Episcopos aut Doctores, ut antea. Hæc pro ratione horum temporum, visum est necessarium ut moneremus, ne imperita iuuentus patiatur se ab Ecclesia catholica abduci: à qua quicumque recedunt, circumferuntur omni vento doctrinæ, ac fluctuant tanquam nauis sine clauo. Nam cum sectæ plures alia ex alijs oriuntur, quarum tamen nulla non sibi vendicat Christum & euangelium: qui sciat, quem debeat sequi? Rursus quò potest errare, qui manet in ea Ecclesia, quæ tam manifestam habet successione à Christo & apostolis eius, ut ne hostes quidem nostri, quæ tunc aliis qui impudentes, id possint negare? ut merito verbis apostoli possimus ea dicere columnam & firmamentum veritatis.

Poenitentiam agite, &c. Ex huius verbi occasione Iohannes Oecolampadius cum quibusdam alijs, verbosissimè autem Iohannes Bogehagus Pomeranus, inuehant in doctrinam Ecclesie de poenitentia, quam ipsi crudeliter proscindunt ac lacerant, rem imprimis ad salutem necessariam. Neque verò illi hoc faciunt ex iusta occasione, cum Iohannes hic apud Euangelistam de ea loquatur poenitentia, que præparat hominem ad recipiendum Christum per fidem & baptismum: Doctores autem Ecclesie ubi ea docent, quæ ab his hostibus reprehenduntur: loquuntur de poenitentia, qua resurgimus lapsi post baptismum. Hæc Augustinus ad Solertianam, epistola centesima octaua, definit his verbis: Poenitentia est bonorum & humilium fidelium poena quotidiana, in qua peccata tundimus, dicentes: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Citatur ex eodem alijs verbis definitio: Poenitentia, inquit, est quædam dolentis vindicta, puniens in se, quod dolet commisisse. Hanc in nobis excitat spiritus sanctus, ut elegantissimè sanctissimèque docet diuus Bernardus, sermone primo de pentecoste. Excitat autem per fidem, qua credimus verbo Dei, comminanti peccatoribus

bus gehennam, iustis autem promittenti vitam eternam, sicut Ezech. 33. legimus: Si me dicente ad impium, Impie, morte morieris: non fueris locutus, ut se custodiat impius à via sua: ipse impius in iniquitate sua morte morietur, sanguinem autem eius de manu tua requiram. Si autem annunciat te ad impium, ut à vijs suis conuertatur, non fuerit conuersus à via sua: ipse in iniquitate sua morietur, porro tu animam tuam liberasti. Fidei autem in eo negocio sociæ proxima est spes, quæ peccatoris animam ad conuertendum ad bonitatis ac misericordiam diuinam tribunal, cum fiducia veniæ impetranda: formata nimirum & ipsa atque excitata verbo dei, iuxta illud eiusdem prophetae eodè cap. Tu ergo fili hominis, dic ad domum Israel: sic locuti estis, dicentes: Iniquitates nostræ & peccata nostra super nos sunt, & in ipsis nos tabescimus: quò ergo viuere poterimus? Dic ad eos: viuio ego, dicit Dominus Deus: Nolo mortem impij, sed ut conuertatur impius à via sua, & viuat. Huiusmodi concionibus quæ ad credit peccator, spem veniæ concipit, & ad poenitentiam, se se conuertit. Hæc autem planè frigida fuerit & infirma, si non accesserit igneus ille vigor charitatis. Hæc enim diffusa in cordibus nostris per spiritum sanctum, iuxta verbum apostoli: efficit, ut non pudefaciat nos spes illa de remissione peccatorum concepta: sed abiecto omni illo inutili & præpostero pudore, fortiter grassemur ad omnia ea, quæ verè & ingenuè poenitentem decet, exèplo Dauidis, Mariæ Magdalene, & cæterorum, quos nobis scripturæ commemorat. Porro quæ admodum Dauid in peccatum prolapsus, erexit Dominus per Nathan prophetam, Mariam Magdalenam per semetipsum: ita nos erigit per ministros suos sacerdotes, quibus in hoc ipsum dedit spiritum sanctum, Io. 20. Iam verò cum infinitæ sint peccatorum formæ, quibus tanquam morbis curandis dati sūt à deo ceu medici episcopi & sacerdotes, oportet eos nequaquam supinos esse in tantis malis curandis, alioqui audituros horrendam illam increpationem Domini, Ezechiel. 34. quod infirmum fuit, non consolidastis: quod ægrotum, non sanastis. Et cum non solum remittendi, verum etiam retinendi peccata potestatem acceperint, imò verò mandatū, non ut tyrannidè per hæc exercent, sed ut cum iudicio morbos curent: quæ admodum sacerdotibus Leuitici generis ordinatum fuit, Leu. 13. & seuerissimè Deut. 17. prudentissimè fecerunt patres, qui in certas partes seu capita. distribuerint ea, quæ à poenitente requirere debet sacerdos. Hæc sunt tres illæ partes poenitentiae, contritio, confessio & satisfactio. Contritio est tristitia secundum Deum, qua quis se peccasse grauiter dolet, cum voto vitæ in melius commutanda. Secundum Deum dico, qua quis non tam dolet,

quod flagella & poenæ gehennæ metuat, quam quod optimū patre neci, ut filius parum frugis, offenderit. Nam si quis Saulis & Iudæ exemplo duntaxat metu supplicij doleat, huius contritio non salutem, sed mortem parit. De hac contritione clarè ac luculenter scripsit Apostolus Paulus 2. Cor. 7. his verbis: Nunc gaudeo, non quia contristati estis, sed quia contristati estis ad poenitentiam. Contristati enim estis secundum Deum, ut in nullo detrimentum patiamini ex nobis, quæ enim secundum Deum tristitia est, poenitentiam in salutem stabilem operatur. Seculi autem tristitia mortem operatur, &c. quod aduersarij nostri hæc ingerunt, non posse prius nos diligere Deum, quam reconciliatio per fidem & remissionem peccatorum sit perfecta: falsum est, & tam scripturæ quam rationi contrarium. Rationi, quis enim non videt, quam sit omni humanitati consentaneum, ut eum amemus, quem nostra iniustitia grauiter offensum, tamen sciamus paratum esse ad veniam, ad recipiendum nos in gratiam? quis, inquam, tam inhumanus, ut talem non amet, etiam ante reconciliationem factam? Scripturæ, quæ expressè testatur, Mariam Magdalenam dilexisse multum, antequam audiret, Remittuntur tibi peccata, Lucæ 7. Secunda poenitentia, quam peccator respiciens agit, pars est confessio. Ea est amara & lachrymosa agnitio & enarratio peccatorum, quæ conscientiam grauant coram Deo & (qui Dei legatio & ecclesie ministerio fungitur) sacerdote, salubris consilij, spiritualisque remedij, & absolutionis in verbo Domini obtinenda gratia. quid porro insolentius est, quam medicinam ab eo petere, cui nolis aperire morbum? quis iudicabit illum veniam dignum, qui non dignabitur peccata confiteri legato & vicario Christi, cui tam expressè verbo Dei data est potestas remittendi & retinendi peccata? Possent ego multa fortissimaque testimonia adducere ad comprobandum, quam sit poenitenti necessaria hæc, quæ sacerdoti sit, confessio, si non tam cogere hæc infertire breuitati. Vnum duntaxat adducam ex Augustino, De visitatione infirmorum lib. 2. cap. 4. Sunt quidam, inquit, qui sufficere sibi ad salutem aurumant, si soli deo, cui nihil occultum est, quem nullius latet conscientia, sua confiteantur crimina. Nolunt enim, aut erubescunt, siue dedignatur ostendere se sacerdotibus, quos tamen inter lepram & lepram discernere per legillatorem constituit dominus. Sed nolo ut ipsa decipiaris opinio, quatenus confundaris confiteri coram deo vicario, tabescas præ ruborem, vel ceruicofus præ indignationem ipsius humiliter subeundum est iudicium, quæ Dominus sibi non dedignatur vicarium. Ergo ad te venire roges sacerdotem, & fac ipsum con-

Rom. 5.

1. Tim. 3.

1. Reg. 12.

1. Cor. 10.

ne poenitentia dist. 3. ca. poenitentia.

1. Cor. 10.

Confessio

b 3 sciens

scientiarum tuarum penitus participem. Non seducat te somniantium illa superstitio, quae in visitando confirmat, quia saluat sacerdote inconfulto ad Deum peccatorum confessio. Nos autem non abnegamus, quin sit ad Deum frequenter referenda confessio peccatorum. Beatus etenim qui tenebit & allidet paruulos vel maximos suos ad petram, Petra autem Christus est. Sed testamur, & testatur illud sana doctrina, ne tibi applaudenti faueas auribus: quonia prius eges sacerdotis, qui mediator sit ad Deum tuum salubri iudicio: alioquin & sub lege & sub gratia, Ite & ostendite vos sacerdotibus, responsum diuinum, quomodo consummaretur? Confitemini alterutrum peccata vestra, quomodo compleretur? Ergo cicatricum tuarum arbiter, Dei viccedominus, adhibeatur presbyter, & reuela ei vias tuas, & ipse tibi exhibebit antidotum reconciliationis. Vide multa praeterea ca. sequenti. Ambrosius in fine lib. 2. de poenitentia. Non solum post poenitentiam ab istis intus homo, obseruare se debet, sed & ante poenitentiam, dum sanus est, quia nescit si possit ipsam poenitentiam accipere, & cōfiteri Deo & sacerdoti peccata sua. Quid multis? Nihil est pestilentius eorum doctrina, qui persuadent populo, generalē illā confessionem sufficere, qua dicat homo sacerdoti se peccatorem esse, & absolutionem petere. Quae si pronunciet sacerdos, & peccator credat se absolutum esse: nihil requirit amplius, nisi ut cetera opera faciat, quae alij homines faciunt non prolapsi. quemadmodum enim sacerdotibus Leuitici generis grauitur mandatum est, ut summa diligentia hominem inspiciant, antequam mundum aut immundum pronuncient, ut scriptum est copiose Leuitici 13. Ita in primis necessē est, sacerdotem Christi perfectā habere cognitionem peccati, vel peccatorum poenitentiam acturi, antequam peccatorem absoluat. Deut. 17. ita legimus: Si difficile & ambiguum apud te iudicium esse perspexeris inter sanguinem & sanguinem, causam & causam, lepram & non lepram, & iudicium intra portas tuas videris verba variari: surge, & ascende ad locum, quem elegerit Dominus deus tuus: veniesque ad sacerdotem Leuitici generis, & ad iudicem qui fuerit illo tempore: quaresque ab eis, qui iudicabunt tibi iudicium veritatis, & facies quaecumque dixerint qui praesunt loco, quem elegerit Dominus, & docue- runt te iuxta legem eius: sequerisque sententiam eorum, nec declinabis ad dexteram neque ad sinistram. qui autem superbiuerit, nolens obedire sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat domino Deo tuo, ex decreto iudicis morietur homo ille, & auferes malum de Israel. Hec dicit Hieronymus in Mat. ca. 16. breuiter, explicat his verbis: quomodo ergo ibi lapsus sacer-

Luc. 17.

Iac. 5.

Hieron.

dos mundum aut immundum facit, sic & hic alligat vel soluit episcopus & presbyter, non eos qui infomes sunt vel noxii, sed pro officio suo, cum peccatorum audierit varietates, scit qui ligatus sit, qui uel soluedus. Eodem loco grauitur admonet Hieronymus episcopos & presbyteros, ne sibi ex verbis Domini male intellectis, plus sumat quam oportet: & pharisaico supercilio vel infomes dantent, vel innocios absoluant. Neque enim id ratum habiturum esse neum. Vides irrefragabile scripturam cum expositione doctissimi sanctissimique viri: qua luce clarius ostenditur, oportere sacerdotem penitus intelligere poenitentiam peccata, antequam vel debeat vel possit reu absoluerit. Quomodo vero potest intelligere, nisi per manifestam confessionem peccatoris? Possent id plurimis praeterea testimonijs probare: sed haec pijs & modestis sufficit, impijs vero & superbis atque praefractus, nemo satisfecerit unquam. Ita ad tertia parte, quae est satisfactio: Satisfactio propitiatoria pro nostris & totius mundi peccatis Christi est. Satisfactio vero, qua ecclesia ab his, qui post baptismum in crimen relapsi sunt, postulat: vindicta est, qua de nobis sumamus, commissis peccatis aduersa facientes, qua Deum Christo mediantia placamus, causas & reliquias peccatorum excindimus: poenas peccatis nostris debitas aut redimimus, aut mitigamus, & ecclesie nostrae malo exemplo satisfacimus. Haec cum innumeris scripturae diuinae tu exepis, tu testimonijs comprobetur, atque adeo ipsa reru experientia, cum in hoc exilio tot afflictiōibus, quae tamdem ipsa morte cogamur deponere, quod primus ille noster parēs Adā peccauit, quaequam culpa ei peccati deleta sit per Christum, remittaturque: aobis in baptismo: mirum est, nihil horum animaduerti ab aduersarijs nostris. Praeterea omnia illa exempla, Moysen & Aaronem, & horum sororem Mariam, & infinitos alios, qui oēs dederunt poenas peccatorum suorum, cum tamē audiuisset sibi remissa esse peccata. Possumus aut nos ipsi de nobis per opera poenitentiae has poenas redimere, vnde Apostolus priore ad Corin. 11. Si nos ipsi diiudicemus, haudquaquam iudicaremur: At cum iudicamur, a Domino corripimur, ne cum mundo dane-mur. Multi de hac re scripserunt. Plurima citantur in decretis canonicis de poenitentia, multos egregios doctores adducit Albertus Pigijs cōtrouersia 9. quae est de poenitentia. Ego contra eos, qui nostra aetate nobis tam facile faciunt & expedita poenitentiae viam, pro ceteris omnibus vel vni Cyprianum adducam, anti quissimum, gra Cyprianus uissimum, doctissimumque: episcopum, & inuictum Christi martyrem. ex quo cum multa possemus, vni dētaxat proferemus ex sermone de lapsis. Nec

Alb. Pig.

Cyprianus

Nec hoc dico, inquit, ut fratrum causas onerem: sed magis ut fratres ad preceam satisfactiois infligem. nam cum scriptum sit, qui vos felices dicunt, in errorem vos mittunt, & semitas pedum vestrorum turbant: qui peccantē blandimentis adulantibus palpat, peccatū fomitem subministrat: nec comprimit delicta ille, sed nutrit. At qui consilijs fortioribus redarguit simul atque instruit fratrem, promouet ad salutem. Quos diligo, inquit Dominus, redarguo & castigo. Sic oportet Dei sacerdotem non obsequijs decipiētibus fallere, sed remedijs salutaribus prouidere. Imperit est medicus, qui tumētes vulnerū sinus manu parcente contrēctat, & in alris recessibus viscerū virus inclusum, dum seruat, exaggerat. Aperiendū vulnus est & secandum: & putredinibus amputatis, medela fortiore curandū. vociferetur & clamet licet, & in quaerant eger impatiens per dolorem. gratias agat postmodum, cum senserit sanitatem. Emergit enim, fratres dilectissimi, nouū genus cladis: & quasi parūm persecutiois procella saeuierit, accessit ad cumulū sub misericordie titulo malū fallens, & blanda pernicies: contra euangelij vigorem, contra Deum ac Dei legem, temeritate quorundam laxatur incautis comunicatio. Irrita & falsa pax, periculosa dantibus, & nihil accipiētibus profutura. Non quaerunt sanitatis patientiam, nec verā de satisfactioe medicinā, poenitentia de peccatoribus exclusa est. grauisissimi extremique delicti memoria sublata est, operiuntur mortentū vulnera, & plaga lethalis altis & profundis visceribus infixata, dissimulata dolore, cōtegitur. Hec ibi Cyprianus. Non minus grauias leges apud Diuum Ambrosium in libello ad virginē lapsam, ca. 8. ite cap. 9. eiusdem libelli ad virginis corruptorē. Porro 10. capite praescribit virgini preces ad deū pro remissione peccati fundēdas, egregiū planē exemplum, quod vtinam dextre imitarentur omnes presbyteri confessionarij. quanquam hic sanctus egregiū librū de poenitentia cōscripsit, praeter hūc, quē nūc citauimus. Breuiter, ut potuimus, cōplexi sumus summā doctrinē Ecclesie catholicae de poenitentia: in qua oēs, quotquot fuerit ab apostolorū temporibus, orthodoxos patres videbis consentire, si diligēter legeris. Nos speramus atque cōfidimus, his satis armata fore nostrā iuuetūte aduersus assaultus hostiū ecclesie, satellitū diaboli: qui conātur oēm sanā doctrinā, vniuersam ecclesie catholicā disciplinā, atque ipsā ecclesiam funditus tollere. nos vero minimē cedemus illis: sed potius cōtinēbimus nos intra castra ipsius ecclesiae, aduersus quā nihil poterūt ipse etiā inferorum portē. Vox clamantis in deserto. Prodiit quidē ex deserto Iohānes ad praedicandū & baptizandū. Nos tamen verbis prophetae admonemur, desertū

esse per quod proficiscamur, donec perueniamus in patriā caelestem, idque praefiguratum est etiam illo deserto, per quod iter fecit populus Israeliticus ex Aegypto in Palaestinam.

Parate viam. Id est, renouate ea quae offendere poterūt deum aduenientem, qualia sunt peccata, & affectus carnales atque mundani.

Vestimentū de pilis camelorum. Missus enim erat, ut testimonium ferret de Christo, ut Iohānes euangelij ista testatur. Non est aut idoneus testis, nisi cuius probata sit vita. habet praeterea non nihil mysterij haec: vestis de pilis camelorum, cōueniebat illi, qui eū annūciabat, qui asperitatem & sordes nostras erat induturus, ut nos ab his liberaret ac purificaret. Locustae autem & mel syluestre, quod eiusmodi cibus cōueniret ei, qui vita austera conuerteret homines per poenitentiae praedicationem ad Christum. De locustis lege Plinius lib. 11. cap. 29. Errant enim, qui putant Euangelistam de alijs locustis esse locutum.

Progenies viperarū, etc. Ipe cōceptu & partu vipersae, memorabile scribit Plinius lib. 10. ca. 62. ostēdēs, vtriusque parētis morte eā nasci. Iohānes Chrysostomus in hūc locū: Bene, inquit, illos etiam progenie viperarū vocauit. Si quidē id serpentium genus ita in parētis festinat exitū, ut alioqua portatur exesa, in vitam prodeat morte gignētis. Quod isti quoque faciebant, patrū sanguine & matrum madētes, & sceleratis manibus eos, a quibus ad veritatis lumen ducebantur, interficientes magistrōs.

Facite fructus. Ipe his fructibus ita docet Chrysostomus: Poenitentia, inquit, dico non solum, ut a malis prioribus desistamus, verum etiam ut bonorum operum fructibus impleamur. quo autem modo fructificare poterimus? Si utique peccatis aduersa faciamus, aliena rapuisti? Incipe donare iam propria. Logo es tempore fornicatus? a legitimo quoque visu suspēdere coniugij, ac perpetuā cōtinentiā sepius paucorum dierū castitate meditare. Iniuriā vel opere cuiquam, vel sermōe fecisti? refer benedictiois verba cōuicij, & percutiētes te, nūc officijs, nūc etiā beneficijs placare cōtende. Neque enim vulnerato sufficit ad salutē, tantummodo spicula de corpore euellere, sed etiā remedia adhibere vulneribus. nelicij ante & temulentia diffuebas? Ieiunio & aquae potu vtrūque cōpensa, ut famē superes imminētem. Vidisti impudicis alienū decorē oculis? sceminā iam omnino non videas, maiore tactus cautione post vulnera, iuxta illud prophetae: Declina a malo, & fac bonum, Psal. 36. & 33. Prohibe linguam tuam a malo, & labia tua non loquantur dolum. Diuerte a malo, & fac bonum &c. quo verbo nos propheta monet, ut fortiter persistamus ac perseueremus in operibus poenitentiae. Vnde in sequenti Homilia inquit

inquit Chrysoſtomus: Non hinc uſitata illa etiam opus mobilitate, ut ad tempus quoddam compunctiōe depreſſi, rurfus ad malitiæ veſtrae familiare redeatis.

Nè velius dicere, &c. Ille, cuius eſt opus, vulgò Chryſoſtomo aſcriptum, in hunc Euāgeliftam: monet, Phariſæos & Saducæos malè intellecta Iohānis doctrina, ſibi perſuaſiſſe, facile eſſe, ſemel erubere & conſiteri peccata, baptizarique: idque ſatis eſſe ad conſequendam iuſtitiam coram Deo. Multos etiā pseudo Chriſtianos imitari illos, putantes ſatis eſſe baptizari, etiā ſi non adſit voluntas & propositum bene operādi. Horum peruerſam errorem conſutat his verbis. Insuper Iohānem medicū eſſe: verbum autem ipſius, quaſi ferrum medicinale, quo repleta peccatis conſcientiæ præciduntur: conſeſſionem eſſe montis digeſtionem impuritatē & ſpurcitiam, quæ intus erat incluſa: Baptiſmum eſſe ablutionem fordidum egreſſarum. Nunquid facta digeſtione impuritatē, ſtatim ſanus factus eſt? Nunquid iā non habes vulnus? Nunquid non eſt tibi neceſſaria ſuperpoſitio medicinæ? Sic multa diligentia neceſſaria eſt homini poſt cōfeſſionem & baptiſmum & vulnus peccatorum. per hanc enim conſeſſionis eius apertura fouetur.

De lapidibus iſtis &c. His verbis ſignificat Baptiſta, cognationem & poſteritatē, quæ promiſſa erat Abraham, non carnalem eſſe, ſed ſpiritualem ex fide, hoc eſt, illos demum ingenuos eſſe poſteros Abraham, qui fidem Abraham & iuſtitiam imitarētur. Nam & Iſaac (ſi quis animaduertat) non ſecundum carnem natus eſt Abraham, cum conſtet eum ex ſterili Sara natū eſſe: quod ſecundum carnem erat impoſſibile. Hæc itaq; cognatio cōſtat virtute Dei per ſpiritum ſanctum. Adde quod & Iacob ex ſterili Rebecca natus ſit.

Iam enim ſecurus ad radicem &c. Quum audis ſecurim appoſitam, intelligis primam ad eſſe vindictam: quum ad radicem, intelligis irrecuperabile exitum. Neque enim ad fructus aut ramos dicit, ſed ad radicem. Poſitam autē dicit, non infixam: ut oſtendat adhuc ſuper eſſe ſpem vitæ, ſi modò reſipſcant.

Exciditur, & in ignē. Exciditur, inquit, præſenti, pro futuro, uſus: quod facit ad emphatiſim periculi proximè imminētis, velut admota radicibus ſecuri, iamiam futurum, ut funditus excidatur arbor.

Ego quidem bapti. Oſtendit diſcrimen inter ſuum baptiſma, & baptiſma quo baptizaturus erat Chriſtus. Ad pœnitentiā, inquit, q. d. nō per meū baptiſmū percipietis ablutionē peccatorum, ſed præparabimini duntaxat, ut per pœnitentiā efficiamini idonei ad percipiendū

dum remiſſionem peccatorum, quæ dabitur per baptiſma Chriſti, virtute crucis & ſanguinis Chriſti pro nobis fundendi.

Per mundabit aream ſuā. Hic Chryſoſtomus & Theophylactus diligenter monent nos, nè ſtultè nobis blādiamur, quaſi ſatis ſit eſſe baptizatos, cum iudicium maneat omnes homines: quo, qui piè vixerunt, deſtinabuntur vitæ æternæ: qui verò impiè, æternis ſupplicijs. *Lo-* *Iohan. 4* quitur autem de vita, quæ eſt poſt baptiſmū. Præterea taxauit Origenem, qui putauit etiā impios aliquandò habituros ſuppliciorum finem. nā cōtra hoc dicit hic Baptiſta: paleas autem exuret igni inextinguibili.

Et igni. Ignē adiecit, ut admoneret baptiſma illud quo Chriſtus erat baptizaturus, etiā olim præfiguratum eſſe multis modis, ut in rubo quem Moſes viderat ardentem in monte Sina, ubi etiam vniuerſus populus vidit flammam ignis. Qui ignea quoque columna præceſſerat eos ex Aegypto egredientes. Vnde in die pentecoſtes in ſpecie ignis ſpiritus ſanctus in diſcipulos eſt lapſus. Hilarius hoc loco ignem iudicij intelligit. Sic enim ait: quia baptizatis in ſpiritu ſancto, reliquum eſt cōſumari igni iudicij.

Ventilabrum. Instrumentum eſt, quo frumenta repurgantur à paleis. ſignificatur hic per ventilabrum iudicium, quo Dominus ſegregaturus eſt bonos à malis.

Arēam ſuam. Id eſt, Eccleſiam ſuam, quæ quàm diū hic in terris militat, velut triturationem patitur, dū varijs modis affligitur. habetq; commixtas adhuc paleas frumento, hoc eſt, malos homines mixtos bonis, vſq; ad iudicij diem, quo ventilabro ſuo, hoc eſt, diſtincto iudicio nimio ſeparabit.

Mibi opus eſt ut a. His verbis ſignificat Iohannes, quod contemplatus faciem Domini, animaduertit hunc eſſe Chriſtum, quem alioqui (iuxta doctorem quorundam ſententiā) de facie nōdum nouerat, eò quod à puertia in eremo vixerat Iohannes.

Sine modo &c. Chryſoſtomus in Pſal. 49. verba hæc Domini ad Iohan. Baptiſtam, interpretatur hoc modo: Tace nunc. neq; enim tempus eſt, ut reueletur arcanum carnis ſuſceptæ conſilium. Volo adhuc latere diabolum. Tace ergò. Itā enim nos decet.

Omnem implere iuſtitiam. Chryſoſtomus & Theophylactus complementum omnis iuſtitie, abſolutionem intelligunt ſiue perfectiōnem omnium mādatorum. verba Theophylacti ſunt: Legem vocat iuſtitiam. maledicta eſt, inquit, nunc humana natura, quia legem non potuit perficere. Ego igitur cum impleuerim alia quæ in lege ſunt, & deſit hoc vnū,

vt

vt baptizer: eapropter cum hoc fecero, libero naturam à maledictō.

In Iordanem. Sic & filij Iſrael egreſſi mare rubrum, in deſertum peruenerūt, priuſquam in Palæſtinā, ubi per quadraginta annos peregrinati ſunt.

Complacitum eſt. Nota ritū, quo inſtitutus eſt noſter pontifex Chriſtus, ut nemo poſt hæc dubitare debeat, hunc eſſe verum illum pontificem, qui ſuo ſacrificio ſemèl ingreſſus templum huius mundi, reconciliauerit nos Deo patri ſuo.

CAPVT IIII.

TVnc Ieſus ductus eſt in deſertum à ſpiritu, ut tentaretur à diabolo. Et cum ieiunāſſet quadraginta diebus & quadraginta noctibus, poſteà eſuriit. Et accedens tentator, dixit ei: Si filius Dei es, dic ut lapides iſti panes fiant. Qui reſpondens, dixit: Scriptum eſt: Non in ſolo pane viuunt homines, ſed in omni verbo quod procedit de ore Dei. Tunc aſumpſit eum diabolus in ſanctam ciuitatem, & ſtatuit eum ſuper pinnaculum templi, & dicit ei: Si filius Dei es, mitte te deorſum. Scriptum eſt enim: Quia angelis ſuis mandauit de te, & in manibus tollent te, nè forte offendas ad lapidem pedem tuum. Ait illi Ieſus rurfum: Scriptum eſt, Nō tentabis Dominum Deum tuum. Iterum aſumpſit eum diabolus in montem excelſum valdè, & oſtendit ei omnia regna mundi & gloriam eorum, & dixit ei: Hæc omnia tibi dabo, ſi cadens adoraueris me. Tunc dicit ei Ieſus: Vade Satana. Scriptum eſt enim: Dominum Deū tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies. Tunc reliquit eum diabolus, & ecce angeli acceſſerunt, & miniſtrabant ei. ¶ Cum autem audiſſet Ieſus, quod Iohannes traditus eſſet, ſeceſſit in Galilæam: & relicta ciuitate Nazareth, venit & habitauit in ciuitate Capharnaum maritima, in finibus Zabulon & Nephtalim, ut adimpleretur quod dictum eſt per Eſaiam prophetam: Terra Zabulon, & terra Nephtalim, via maris trans Iordanem Galilææ gentium: Populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnā: & ſedentibus in regione umbræ mortis, lux orta eſt eis. Exindè cœpit Ieſus prædicare & dicere: Pœnitentiā agite, appropinquabit enim regnum cælorum. ¶ Ambulans autem Ieſus iuxta mare Galilææ, vidit duos fratres, Simonem qui vocatur Petrus, & Andream fratrem eius, mittentes rete in mare, (erāt enim piſcatores) & ait illis: Venite poſt me, & faciam vos fieri piſcatores hominum. At illi continuo relictiſ retibus, ſecuti ſunt eum. Et procedens indè, vidit alios duos fratres, Iacobum Zebedæi, & Iohānem fratrem eius in nauī, cum Zebedæo patre eorum, reſicientes retia ſua, & vocauit eos. Illi autem ſtatim relictiſ retibus & patre, ſecuti ſunt eum. ¶ Et circumibat Ieſus totam Galilæam, docens in ſynagogis eorum, & prædicās euāgelium regni, & ſanans omnem languorem & omnem infirmitatem in populo. Et abiit opinio eius in totam Syriam, & obtulerūt ei omnes male habentes, varijs languoribus & tormentis compræheſos, & qui dæmonia habebant, & lunaticos, & paralyticos, & curauit eos. Et ſecutæ ſunt eum turbe multæ de Galilæa & Decapoli, & de Hieroſolymis & de Iudæa, & de trans Iordanem.

IN CAPVT IIII.

Tunc Iesus ductus est in desertum.] Discamus hic Domini nostri exemplo, quàm non sit delicata nostra professio, neq; turbemur, si multæ statim in nos per baptismum Christo initiatos, irruant tentationum procellæ. Idcirco enim, inquit Chrysoström, accepisti arma, non ut ocieris, sed ut pugnes. Propter eam Deus in te tribulationes irruere permittit: Primò quidem ut discas, quòd Christi baptismum multò te fecerit fortiorem. Deindè, ut in egregia illa animi mediocritate permanes, neque donorum scilicet magnitudine elatus, neque tentationum mole depressus. Ad hæc verò, ut malignus ille dæmon, quum de tua à se discessione dubitat, ex ipsa tribulationum tolerantia discat, quòd perfecta ab illo abrenunciacione discesseris. quartò, ut fortior, & ipso prorsus ferro valentior tentationum exercitacione reddaris. quinto, ut capias græde documentum thesaurorum tibi à Domino creditorum. Neque enim superueniret tibi, neque aduersus te diabolus irrueret, nisi in maiore te positum honore conficeret.

A spiritu.] Non vltro iuit in eremum, sed à Spiritu sancto ductus est, iuxta dispensacionis profectò rationem: quo docemur, non oportere nos ipsos in tentationes infilire: sed si pertracti fuerimus, viriliter repugnare. Chrysoström.

Et cum ieiunasset.] Ieiunauit, ut doceret, quàm fortis armatura sit ieiunium aduersus tentationes diaboli: ut è contrario principium omnis peccati, delicæ. Theophylactus & Chrysoström.

Dies quadraginta.] Quadragenarius ille numerus, multis sacræ scripturæ locis, significat nobis tempus huius vite: qua in terra laboramus, affligimur à Domino ad salutem, & à diabolo tentamur.

Postea esuriit.] Occasionem diabolo tentandi præbès, inquit Chrysoström, ut prius ipse cõgressus, quomodò etiam ab alijs vinci posset, ostenderet. Porro quum esuriit Dominus, non inedia subrepsit operatio, ut Hilarius admonet: sed virtus illa, quadraginta dierum non mota ieiunio, naturæ suæ hominem dereliquit. Non enim erat à Deo diabolus, sed à carne vincendus.

Si filius Dei es.] Audita patris voce, Hic est filius meus dilectus; atque tot tam insignibus testimonijs Iohannis, diuinitatem quandam in eo suspicabatur. Rursus, quum videret esurientem, animaduertit infirmitatē humanam. Inter hæc itaque suspensus, discere conatur, quid eum credere debeat. In hanc sententiam Theophylactus. Cui consonant quæ habet Cyprianus. Chrysoström verò putat,

quòd ad incredulitatem sollicitauerit Dominum, putà, nè crederet voci diuinæ, qua dictum fuit, Hic est filius meus &c. quemadmodum Adæ & Eue persuaserat, imposturam esse quod dixerat Deus, morituros esse, si de arbore vetita ederent. Quid. Dixit Deus te sum esse filium. Id si verum est, dic ut lapides hi panes fiant, ut experiaris an verè in te sit virtus diuina.

Non in solo pane &c.] Deutero. 8. sic legimus, Affixit te penuria, & dedit tibi cibum manna, quod ignorabas tu & patres tui: ut ostenderet tibi, quòd non in solo pane viuunt homo, sed in omni verbo, quod egreditur de ore Domini. Scimus quidem corpore & anima consistere hominem: & hanc quidem verbo Dei viuere, illud verò pane. De hoc tamē non hic locus, neque Euangelij, neque Deuteronomij est intelligendus: sed quòd potens sit Deus etiam corpora humana virtute verbi sui sustentare & alere. Nam & Hebræi cibati sunt Manna, inquit Theophylactus, quod non erat panis, sed per verbum Dei implebat omnem illorum indigentiam, & fiebat omnia quæcunque comedere cupiebant: siue piscem, siue ouum, siue caseum concupiscebat Iudæus, illius gustum manna, ei præbebat. Porro verbum Dei, non est necessè hoc loco sermonem doctrinæ intelligere: sed quamcunque rem aut rationem, qua DEO visum est vitam hominis sustentare, idque iuxta consuetudinem sermonis Hebræi. Exclusit autem Dominus Iesus hoc responso ita insidiatorem, ut nec nomē filij Dei recusaret, nec se fame vinci posse, ut hominem quemlibet, demonstraret: docens suo exemplo Dominus, dandam esse operam nobis, ut aduersus omnes hostes nostri assaultus, armati simus Dei verbo.

Tunc assumpsit &c.] Arguta est hoc loco disputatio Cypriani de Ieiunio & tentatione, quomodò assumpsit Dominum diabolus. Indignum enim visum est sancto viro, quòd permiserit se Dominus diabolo vehendum per aëra, quemadmodum angelus olim vexerat Abacuc prophetam ex Iudæa in Babyloniam, vbi erat Daniel in lacu leonum. Quapropter credibile est, assumere, hoc loco idem esse, quod comitem abducere. Quamquam aliòquì mirandum non est, si à diabolo se vehi fuerit, qui se diaboli membris crucifigendum permittit.

Angelus sus mandauit &c.] Quum videret diabolus scripturis secum agi, cœpit & ipse citare scripturas, sed prorsus suo more, hoc est, in sensum peruersum. Neque enim ob

id

id mandat angelis suis Deus tutelam nostram, ut nos ea ad ostentationem & vanam gloriam abutramur, temerè nos in pericula conijciedo: sed ut necessitatibus ingruentibus benè speremus, auxilio diuino freti. Præterea sic citauit, quasi peculiariter dicta sint de Christo, quum testibus D. Hieronymo, Iohanne Chrysoström, multisq; alijs egregijs doctoribus, dicta sint de quouis pio homine, spem suam & fiduciam in DEO collocante. Vnde peruersum illud & impium consiliū, diaboli, ad quod sacram detorsit scripturam, Dominus alio scripturæ loco confutat, quo tãquam generali edicto interdictum ostenditur, inquit Cyprianus, nè dum patet in quibuslibet angustijs quilibet exitus, Deus vlla præsumptione tentetur.

Non tentabis Dominum &c.] Sic Deuteronomij sexto legimus: Nè tentetis Dominum Deum vestrum, secundum quod têtastis in loco tentationis.

Ieremum assumpsit eum diabolus in montem.] Diuus Cyprianus suspicatur, neque in pinaculo templi, neque in monte Dominum Iesum corporaliter, id est, in corpore fuisse cum diabolo: sed tantum in spiritu: quomodò Ezechiel, cum super fluuium Chobar federet, Hierosolymam raptus in spiritu, ciuitatem ædificat & metitur, & muros & templum instaurat, Ezechiel. 43. Hoc modo, inquit Cyprianus, super culmen templi Christus erat in spiritu, sciens quid antè spiritus affectaret, & hosti se de vana gloria pulsaturu oportunitatem parabat. Eodem modo accipienda sunt, quæ hic in monte sunt gesta.

Hæc omnia tibi dabo, si pro.] Lege in hunc locum præter cæteros diuum Cyprianum, qui graphicè depingit, qualis sit tentatio & quàm grauis, vbi quis erigitur in spem dominationis. Tunc] scilicet, cum iam audiret malum illum affectare gloriam & cultum soli Deo debitum: *dic it ei Iesus: Vade Satana.* Hebræa vox producitur vel corripitur. Omittit eum, nimirum bis iam antè sua spe frustratum. Primùm, quòd sensisset insuperabilem: deindè, quòd cum expiscatum venisset, num esset filius Dei: aliquantò incertior dimitteretur, quàm venerat.

Et ecce angeli accesserunt.] Quo docemur idem & nobis euenturum, si superauerimus tentatorem illum. Nam solet aliòquì etiam dona sua augere Dominus in illis quos videt industrios, iuxta illud: qui habet, illi dabitur; qui autem non habet, etiam illud quod videtur habere, auferetur ab illo. Est quidem & astutissimus & pertinacissimus aduersarius noster diabolus in tentando: sed fidelis Deus,

qui neminè patitur tentari vltra id quod ferre potest, teste Apostolo. Sed hoc à nobis requiritur, ut gratiam Dei agnoscamus, neque finamus eam esse ociosam in nobis. Nam hac ratione victores euadēmus: eamque consequemur gloriam, ut etiã ipsi angeli nobis ministrent.

Cum autem audisset Iesus, quòd Iohannes traditus esset.] Quàm diu docuit Iohannes, Dominus IESVS à publico docendi munere abstinuit, nè quid vel dissidij, vel emulacionis oriretur, quod tum publicam, tum priuatam pacem discinderet. Præterea fuit vtile, Christi autoritatem prius Iohannis testimonio commendari, quàm tantum munus aggrederetur. Subest & hoc mysterij, quòd Iohannes qui erat confinium legis & Euangelij, obscurandus erat squalore carceris, oriente splendore Euangelij. Nam omnes prophetae & ipsa lex vsque ad Iohannem prophetauerunt, Matth. 11. Hæc tamen interim priuatim discipulos aliquot, coram quibus & miracula cœpit edere, ut patet Iohann. 2. & 3. Sed publicè nondum docuerat. Porro quòd fecerit, docuit nos, nè vltro nos in pericula conijciamus. Neque enim crimen est, inquit Chrysoström, non semetipsum in pericula spontè proijcere, sed non fortiter, cum incideris, permanere, quin Lucas cap. 4. manifestè scribit, quòd in synagoga offensus, voluerunt eum de monte præcipitare: Ipsum autem per medium illorum abiisse, deicèdissèq; Capharnaum, ibique docuisse sabbatis.

Galileam &c.] quæ scilicet dicitur gentium. In qua Salomon olim viginti ciuitates donauerat Hiram regi Tyriorum, uti habetur 3. Reg. 9. In quo & præfuisse videtur Dominus ad id, quod postea factum est: nempe ut regnum Dei Iudæis ereptum, transferretur ad gentes.

Terra Zabulon & terra Neptalim &c.] Testimonium hoc ex nono cap. Esaiæ sumptum est, non iuxta lxx. translationem, sed iuxta Hebræos; id quod Diuus Hieronymus monuit in comment. in Esaiam: qui verba propheta sic transtulit ex Hebræo, Primo tempore alleuiata est terra Zabulon, & terra Neptalim: & nouissimo aggrauata est via maris trans Iordanem Galilææ gentium: Populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam, habitantibus in regione vmbrae mortis, lux orta est eis. Hæc idem in commentarijs ita exponit: Primo tempore releuata esse dicitur onere peccatorum: quia in regionibus duarum tribuum primùm saluator Euangelium prædicauit. vnde & in sexagesimo septimo Psalmo dicitur, Benedicite

Ab. 9.
2 Cor. 5.

te Dominum de fonte Israel. Ibi Benjamin adolescentior, Paulus Apostolus, in mentis excessu, qui & alibi loquebatur, siue mente excidimus, Deo. Principes Zabulon, principes Nephtalim duces eorum: quia in his tribubus fuerunt viculi, de quibus duces nostri Apostoli crediderunt. Et crediderunt iuxta Symmachum velociter, ut audientes, Venite, & faciam vos piscatores hominum: statim & patrem relinquerent, & nauiculam. Nouissimo autem tempore aggravata est fides eorum, plurimis Iudæorum in erroribus permanentibus. Mare autem hic lacum appellat Genesareth, qui Iordane influente efficitur, in cuius littore Capharnaum, & Tiberias, & Bethsaida, & Chorozaim sitæ sunt: In qua vel maximè regione Dominus commoratus est: ita ut populus, qui vel sedebat, vel ambulabat in tenebris, lucem videret, nequaquam paruum, ut aliorum prophetarum: sed magnam, ut eius qui in Evangelio loquitur: Ego sum lux mundi. Et qui habitabat in regione umbræ mortis, lux orta est eis. Inter mortem & umbram mortis hoc esse puto, quod mors eorum est, qui cum operibus mortis ad inferos perrexerunt: Anima enim quæ peccauerit, ipsa morietur. Umbra autem mortis eorum est, qui quum peccet, necdum de vita ista egressi sunt. Possunt enim, si voluerint, agere poenitentiam. Hæc ibi Hieronymus. Iam si quem urgeat scrupulus, quare Euangelista non integrum adduxerit testimonium prophetæ, sed quod de terra alienata, ac denud graua dixerat, omiserit: sciat non hoc agere Euangelistam, ut hic omnia commemoret, quæ erant post hæc ætatura in illo populo: sed ut ostendat ex ijs quæ iam facta erant, Dominum Iesum vere esse illum de quo locutus erat propheta. Neque erat voluntas Dei, ut illustrata miraculis Iudæa, tandem assumpti in cælum Evangelium reijceret: quanquam non latuit eum, illam sua ipsius malitia excæcatam, hoc esse facturam: de quo vide Rupertum Abbatem. Diuus Hieronymus in comment. duas præterea alias expositiones huius loci recenset, quarum vna est Iudæorum in Christum credentium: altera Nazæeorum. Eas qui volet, ibi legat, neque enim lectu sunt indignæ: sed ego, quantum licet, cauebo, ne non necessarijs grauem tyrunculos huius doctrinæ. *Poenitentiam agite, &c.* Ut ostenderet summum inter se & Iohannem esse consensum, ab eodem doctrinæ argumenta orditur, à quo ille, euecturus tamen discipulos paulatim ad magis ardua: lactans interim in-

firmos, donec firmiores, solidiora cibi sunt capaces.

Ambulans autem Iesus iuxta mare Galilæe. Erat iuxta illud mare, propter amenitatem commoditatemque loci perpetuò magna hominum multitudo, ideoque copiosa Domino materia fungendi munere à patre mandato. Puto autem diligenter scrutantibus scripturam, facile apparitura magna mysteria eius rei, quod dominus delectatus est eo mari, quod efficit Iordanis. Multa enim de utroque leguntur: de flumine, inquam hoc, & mari: sed non vacat nobis iam omnia persequi: quum tamen liberet de hac re copiosè philosophari. Omnia autem huc tendunt, quod Dominus velit versari apud eos, qui per baptismum renati, confluunt in Ecclesiam illorum, quos ad salutem elegit Deus.

Vidit duos fratres &c. Hic incipit vocare Apostolos, significatos per duodecim lapides, quos ex Iordane sumptos, in loco castrorum statuerunt. Iosue 4. Porro quod ad vocationem horum duorum attinet, meminerunt omnes Euangelistæ, sed nos omnes vnus vocationis. Ex i. cap. Iohannis patet, quod Andreas quidem admonitus à Iohanne Baptista, ceperit sequi Dominum: & in via repertum fratrem suum Petrum, ad eundem adduxerit. Verum inde reuersi sunt in ædes suas, ac tandem ad ipsum Iohannem, quo capto, redierunt ad piscationem, ut sentit Chrysostomus. Postea quum Dominus Iesus descendisset in nauiculam Petri, atque ex ea esset concionatus ad populum, qui in littore stabat, edito miraculo commouit Petrum, ut se sequeretur, ut scribit Lucas cap. 5. Verum hæc, de qua nunc Matthæus & Marcus cap. 1. scribunt, tertia fuit vocatio, quæ iam serò sunt vocati ad munus Apostolatûs. Non quod hic eos constituerit Apostolos, sed quod hoc se facturum promiserit. De institutione verò Apostolorum audimus cap. 10. Hæc manifestè ex ipsis Euangelistis apparent, & obseruata sunt à diuo Augustino, de consensu Euang. & multis alijs doctoribus.

Mittentes rete in mare. Piscatio illa, nouæ piscationis typus erat: non quæ lineis textis captaret pisces in cibum ventris: sed quæ reti sermonis Euangelici captaret homines, immersos terrenis curis, ad desiderium vitæ cælestis. Hoc nimirum est, quod per Ieremiam promiserat Dominus: Ecce, inquit, ego mittam piscatores multos, & pisca-

2 Cor. 5.

piscabuntur eos. Porro quod rudes & pauperes vocauit, id innuit ut omnes intelligere possent, rem geri non potètia aut sapientia huius mundi, sed solius Dei virtute. quia quod stultum est Dei, (inquit Apostolus) sapientius est hominibus: & quod infirmum est DEI, fortius est hominibus. Videte enim (inquit) vocationem vestram fratres, quia non multi sapietes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles: sed quæ stulta sunt mundi, elegit Deus, ut confundat sapientes: & infirma mundi elegit Deus, ut confundat fortia: & ignobilia mundi & contemptibilia elegit Deus, & ea quæ non sunt, ut ea quæ sunt, destrueret: ut non gloriatur omnis caro in conspectu eius. Multis præterea locis nos docet Euangelium, quàm non sunt apti ad functionem Euangelicam diuites. Cura enim huius seculi, deceptioque diuitiarum, inquit Dominus Matth. 13. suffocat sermonem, & infruiger redditur. Multa de hoc ipso, capit. 19. Item cap. 22. Item Lucæ 14. Sed quis fuerit finis omnibus congerendis, quæ in hanc sententiam leguntur? Discat itaque hinc studiosa iuuentus præfigere scopum studijs suis, nequaquam diuitias huius mundi, aut ignauiam vitæ, sed regnum Dei & iustitiam eius. Alioqui enim non poterunt sequi Dñm Iesum. quod si fecerint, non est dubium, quin Dominus facillè adiecturus sit tatum diuitiarum, quantum satis sit ad vitam commodè, piè, honesteque transigendam: idque multo maiore cum tranquillitate & voluptate animi, quàm viuant illi, qui vel Cræsum diuitijs æquant. Discant & illi, penes quos est potestas conferendi beneficia ecclesiastica, id est, sacerdotia, in quos ea conferre debeant: vtrum in diuites & ignauos, an potius in studiosos, industrios, religione ac pietate commendatos. Discant, inquam, exemplo Domini, non respicere personas, sed in quavis gente, qui timent Deum & operantur iustitiam, eos ornare & honorare beneficijs ac dignitatibus in Ecclesia. Sic enim & Iethro docuit generum suum Moysen Exodi decimo octauo: Prouide, inquit, de omni plebe viros sapientes, & timentes Deum, in quibus sit veritas, & qui oderint auaritiam, & constitue ex eis tribunos, centuriones, quinquagenarios & decanos. Illud verò admonendi sunt indocti & sordidi, ne sibi stultè blandiantur; seditiosisque obmurmurationibus obstrepant doctis, vitæque cultoris & fortunatoris viris, si hos viderint ad dignitates ecclesiasticas euectos: quasi sibi illæ debeantur dignitates ac functiones, eò quod piscatores elegerit Dominus. Hic enim lon-

Ab. 10.

gè alia est ratio eligendi in Deo, atque hominibus. Deus enim potest erudire & iustificare, atque ad omnia formare idoneum quem elegerit: id quod fecit in Apostolis, ad illustrandum gloriam potentia sua. Homo autem id non potest. Is itaque, ut neminem debet propter opes, potètia, nobilitatem, propinquitatem, aut amicitiam eligere: ita neq; propter ea, quæ sunt his contraria. Sed in quibus viderit veram sapientiam, quæ secundum Deum est, ingenuum timorem Dei, veritatis amorè, auaritiæ verò, & quicquid est vitiorum, serià detestationem: hos studebit euehere, siue diuites sint, siue pauperes: siue nobiles, siue ignobiles: siue propinqui, siue non propinqui: siue amici, siue non amici. hoc est enim nõ respicere personam hominis.

Cum Zebedeo patre &c. quem non delectet fratrum inter se & cum patre in tenui ad eò fortuna concordia? quanquam ego quidem auguror aliud fuisse in causa, quod Euangelista has circumstantias tam diligenter expressit. Petrus quidem & Andreas sine patre integrum iecerunt rete, hi cum patre sarciebant. Quid hoc sibi vult? Nihil equidem apud eos, quos hucusquè legi, super hac re inuenio. Meas autem coniecturas, ut nemini pro veris commendare volo, ita studiosis aperire non detrectabo, ut saltem ansam porrigam super tanto mysterio philosophandi. Per Petrum & Andream eos significari puto, qui rete Euangelicæ doctrinæ nouum & integrum acceperunt à Domino Iesu: Per Iohannem & Iacobum, eos qui tritum, & hæreticorum infestationibus lacerum. Hos oportet patrem secum habere in nauis, hoc est, à veterum & orthodoxorum patrum doctrina non recedere. Retia autè pro diuturnitate ac varietate temporum trita, & hæreticorum malitia lacerata, sarcire. Rumpitur enim rete multitudine eorum, qui in Ecclesiam in terris adhuc militantem recipiuntur, Lucæ quinto. Hoc enim rete malos pisces habet bonis admixtos. Olim autem, quando in dextram nauis patrem eijciatur rete, iuxta id, quod scriptum est Iohannis vigesimo primo, rete saluum & integrum pertrahetur in littus. De hoc quidem videre est Augustinū in epistola centesima decimanona, quæ est ad Ianuariū, capite decimo septimo. Item in Psal. quadragésimum nonum.

Duarum nauium mysterium explicat Guilielmus Postellus in libro de natiuitate mediatoris vltima, paginà centesima octogésima.

Porro quod bini fuerunt, videtur significare duplicem in Ecclesia potestatem, quemadmodum duo gladij. Nam quod duæ sint nœniculae, Diuus Ambrosius in Lucam interpretatur duos populos, Iudaicum & gentilem.

Galilæam. Nimirum significans, futurum esse vt doctrina euangelij spargeretur per totum terrarum orbem, quale quiddam latet in significatione vocabuli Galilæa: quod ab orbe seu rotunditate ortum est.

Sans omnem languorem, &c. quo significauit, se esse medicum illum caelestem, qui curaturus esset omnia peccatorum hulcera & vulneta: Languor, leuis est ac lentus morbus: qui non affigit quidem lecto, sed tamen facit, quô minus firma simus valetudine.

Tormentis. Hoc est, qui cruciatibus siue torminibus coarctabantur. Porro tormenta, apud medicos intestinorum morbus est, quæ Græci dysenteriam vocant, quo intus intestina exulcerantur: ex his cruor manat, frequens deijciendi cupiditas, dolorq; in ano est. Apparet tamen, idem vocabulum hoc loco ex-

tendi latius, vt omnes cruciatus comprehendat, quibus humanum corpus contrahitur.

Lunaticos. Diuus Hieronymus negat hos verè affectos fuisse vi sideris lune, cum essent demoniaci: sed arte demonum factum, quod creaturam Dei infamaret. Est qui arbitretur lunaticos dictos esse, quod furor nõ esset perpetuus, sed certis recurreret interuallis.

Paralyticos. Paralysis morbus est, quo vires artuum dissoluuntur, vnde & nomen habet. nam παραλύω, dissoluo est.

Curauit eos &c. Apertè videmus ipsum verè esse illum caelestem medicum, qui venerit ad sanandum omnes morbos nostros, modò nos ipsi curandos tradamus.

Secuta sunt eum turbæ, &c. Nimirum commota tantis miraculis, beneficijsque affecta: quanquam credibile est, pleròq; inter illos fuisse, quos auditas nouarum reru excitauit: nonnullos etiam, qui captarent quod calumniarentur.

Decapolis. Regiuncula erat decem vrbibus insignis: vnde & nomen habuit.

CAPVT V.

Luc. 6.

Videns autem Iesus turbas, ascendit in montem: Et cum sedisset, accesserunt ad eum discipuli eius: & aperiens os suum, docebat eos, dicens: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnũ cælorum. Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram. Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur. Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Beati pacifici, quoniam filij dei vocabuntur. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cælorum. Beati estis, cum maledixerint vobis homines, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduersum vos, mentientes, propter me: gaudete & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cælis. Sic enim persecuti sunt prophetae qui fuerunt ante vos. Vos estis sal terræ. Quod si sal euauerit, in quo salietur? Ad nihilum valet vltra, nisi vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus. Vos estis lux mundi. Non potest ciuitas abscondi supra montem posita: neq; accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio, sed supra candelabrum, vt luceat omnibus qui in domo sunt. Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum qui in cælis est. Nolite putare quoniam veni soluere legem aut prophetas: Non veni soluere, sed adimplere. Amen quippe dico vobis, donec transeat cælum & terra, iota vnum aut apex vnus non præteribit à legè, donec omnia fiant. Qui ergo soluerit vnũ de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno cælorum: qui autem fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cælorum. Dico autem vobis,

vobis, quia nisi abundauerit iustitia vestra plus quam scribarum & pharisæorum, non intrabitis in regnum cælorum. Audistis quia dictum est antiquis, Non occides: qui autem occiderit, reus erit iudicio. Ego autem dico vobis, quia omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio: qui autem dixerit fratri suo, racha, reus erit concilio: qui autem dixerit, fatue, reus erit gehennæ ignis. Si ergo offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo, & tunc venies offeres munus tuum. Esto consentiens aduersario tuo citò, dum es cum eo in via, nè forte tradat te aduersarius iudici, & iudex tradat te ministro, & in carcerem mittaris. Amen dico tibi, non exies inde, donec reddas nouissimum quadrantem. Audistis quia dictum est antiquis: Non mœchaberis. Ego autem dico vobis, quia omnis qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est eam in corde suo. Quod si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum, & projice abs te: expedit enim tibi, vt pereat vnum membrorum tuorum, quam totum corpus tuum mittatur in gehennam. Et si dextera manus tua scandalizat te, abscinde eam, & projice abs te: expedit enim tibi, vt pereat vnum membrorum tuorum, quam totum corpus tuum erat in gehennam. Dicitum est autem: Quicumque dimiserit vxorem suam, det ei libellum repudij. Ego autem dico vobis, quia omnis qui dimiserit vxorem suam, excepta fornicationis causa, facit eam mœchari: & qui dimissam duxerit, adulterat. Iterum audistis, quia dictum est antiquis: Non periurabis, reddes autem domino iuramenta tua. Ego autem dico vobis, non iurare omninò, neque per cælum, quia thronus Dei est: neque per terram, quia scabellum est pedum eius: neq; per Hierosolymã, quia ciuitas est magni regis: neque per caput tuum iuraueris, quia non potes vnum capillum album facere aut nigrum. Sit autem sermo vester, est est, non non: quod autem his abundantius est, à malo est. Audistis quia dictum est, Oculum pro oculo, & dentem pro dente. Ego autem dico vobis, non resistere malo: sed si quis te percusserit in dexteram maxillam tuam, prebe illi & alteram: & ei qui vult tecum in iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei et pallium: et quicumque te angariauerit mille passus, vade cum illo et alia duo. Qui autem petit à te, da ei: et volenti mutuari à te, nè auertaris. Audistis quia dictum est, Diliges proximum tuum, et odio habebis inimicum tuum. Ego autem dico vobis: diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos, et orate pro persequentibus et calumniantibus vos, vt sitis filij patris vestri qui in cælis est, qui solem suum oriri facit super bonos et malos, et pluit super iustos et iniustos. Si enim diligitis eos qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? non nè et publicani hoc faciunt? Et si salutaueritis fratres vestros tantum, quid amplius facitis? non nè et ethnici hoc faciunt? Estote ergo vos perfecti, sicut et pater vester caelestis perfectus est.

IN

Diuus Aug. in ea est sententia, quod hoc sermone, quem Dominus in monte habuit, continetur perfectus modus vite Christianae, quod ad mores optimos pertinet: hoc est, omnia praecepta comprehendit, quae ad formandam vitam pertinent. Hoc enim in fine sermonis satis indicasse Dominum, quum diceret: Omnis ergo qui audit verba mea haec, & facit ea, assimilabitur viro sapienti, &c.

Quod in montem ascendit, ipso loco declarauit se nihil humile docturum: deditque exemplum praconibus verbi Dei, quo admonentur, desiderijs animi & conuersatione sancta ad sublimia tendere, & virtutum conscendere montem, inquit Bernardus. Praeterea respondit figuram, quae praecessit in Mose, qui legem proditurus, ascendisse montem legitur. Et vaticinio Esa. ca. 40. Super montem excelsum ascendit tu qui euangelizas Sion, qui euangelizas Ierusalem.

Et cum sedisset. Quod sedens docet, pertinet ad dignitatem magisterij, inquit August. vel, vt Bernardus, demisit se ad captum discipulorum.

Et aperiens os suum. Fortassis ipsa mora, qua aperire os dicitur, inquit Augustinus, indicat aliquanto longiorem futurum esse sermonem. Nisi forte emphasim habet, quod nunc dicitur aperire os suum, qui in lege veteri aperuerat ora prophetarum.

I. *Pauperes spiritu.* Recte hic intelliguntur, inquit August. humiles & timentes Deum, id est, non habentes infantem spiritum. quem admodum autem initium ruinae, superbia est: ita primus ad salutem gradus, humiliter ac demissa de se sentire. Idem in lib. de sancta virginitate ait: Pauperes spiritu, sine vlla cotrouersia humiles intelligendos esse. Praeterea tunc pauperes spiritu intelliguntur a quibusdam, non qui nihil possident, sed qui nihil appetunt opum terrenarum: neque fidunt in incerto diuitiarum, sed in Domino, de quo pulcherrime differunt August. in Psal. 93. In quam sententiam & Basilus habet in Regula monachorum cap. 65. Pauperes spiritu sunt, qui non alia causa pauperes sunt, nisi propter doctrinam nominis. Et D. Ambrosius in Luc. cap. 6. qui contempserit, inquit, secularia, ipse merebitur sempiterna: nec potest quisquam meritum regni caelestis adipisci, qui mundi cupiditate possessus, emergendi non habet facultatem. Sed omnium & luculentissimè, & suauissimè D. Bernardus in sermone I. de festo omnium Sanctorum. Vbi hoc admonet notatu memoratumque dignissimum, quod quemadmodum Lucifer per affectum celsitudinis a caelo corruit,

ita nobis per spontaneam demissionem animi, in paupertatis humilitatem, in caeli fastigium esse subuolandum. Est autem in his omnibus genus doctrinae, mundo ante hunc doctorem profusus inauditum, adeoque inexpectatum, quo beatos docet, quos hominum vulgus putat omnium esse miserimos & calamitosissimos. Et tamen re vera beati sunt, non tantum spe futurorum bonorum, (quanquam hac quidem parte maximè) verum etiam quod in terris adhuc mortalia corpora circulerent, incredibili tranquillitate animi fruuntur. Quid quod crebro experiuntur ac sentiunt non tantum angelorum circa se excubias, verum etiam ipsum Deum in penetralibus pectoris sui, o quam dulcibus colloquijs sibi conuersantem? quum avari interim & ambitiosi infelix anima in misero illo & insatiabili pectore, tanquam in carnificina, crudelibus & perpetuis tormentis excrucietur. Pauperes spiritu erant etiam in amplis possessionibus, sancti illi patriarchae, Abraham, Isaac & Iacob, quia non sustinuerunt diuitiarum vel amore vel cura irretiri, quod minus expediti sequerentur quocumque vocaret Deus, confessi se hospites atque aduenas esse in terra: quo declararunt se patriam caelestem inquirere, quam & inueniunt, vbi nunc experiuntur, quam sit verus hic Domini sermo, talium pauperum esse regnum caelorum, fuit & Lazarus tum re, tum spiritu pauper. Ideo nunc suauiter habet in sinu Abraham. Contra vero infelix ille diues, qui tunc paupere Lazaro contempto, epulabatur quotidie splendide, nunc inextinguibili gehennae incendio torretur. Apud eundem Euangelistam cap. 12. quidam ita sibi blanditur: Anima, habes multa bona reposita in annos plurimos: requiesce, comede, bibe, epulare. Sed quid dixit illi deus? Stulte, hac nocte animam tuam repetunt a te: quae autem paraesti, cuius erunt? sic inquit ibidem Dominus) est qui thesaurizat sibi, & non est in Deum diues. Iudas professione quidem erat pauperis magistri pauper discipulus & Apostolus: sed quia non erat pauper spiritu, auaritia excelsus prodidit Dominum & Magistrum suum. Quamobrem quum pauperes spiritu Dominus pronunciat beatos, spiritum opponit carni, quod d. Beatos esse dico pauperes, non quidem secundum carnem, i. qui nihil in terra possident: sed secundum spiritum, i. qui neque fidunt in incerto diuitiarum, si quas forte possident, neque eas quas non possident, concupiscunt: sed ante omnia quarentes regnum Dei & iustitiam eius, summa securitate expectant a domino tum ea quibus est opus ad huius vitae sustentationem: tum vero, post hanc vitam, regnum caelorum: quorum neutro illos fraudabit

M. L. dabit Dominus. Sunt qui putent haec maximè contra superstitiosum errorem Iudaeorum esse dicta, sibi tanquam iustis blandientium, & vt populo Deo dilecto, si huius mundi fortunae consequerentur: afflictos autem & calamitosos execrantium, tanquam Deo odibiles, nimirum. quod carnaliter interpretarentur promissiones sibi factas. Hos admoneri, vt oculos potius ad caelestia sustollant. Ibi enim fore beatitudinem, hic autem afflictionem. Pergam ad sequentem sententiam, si prius admonuero studiosos, nihil ad rem pertinere disputationem de iustificatione vel meritis bonorum operum, quam huc violenter intrudit Erasmus Sarcerius. Dupliciter ille peccatum quod non in loco ea disputat, tum quod in eum finem, vt lectorem abducatur in desperationem mercedis bonorum operum. Qui ingenuè Christianus est, nequaquam quidem iactat iustitiam suam ex operibus, sed praeterea quod multis adeoque assiduis gemitibus & lacrymis deplorat peccata sua, etiam cum omnia fecerit, conqueritur seruum se esse inutilem, qui vix quod debuit, fecerit. Interea tamen non ignarus, quam inestimabilia bona Deus promiserit & praeparauerit diligentibus se, ac praecepta sua seruantibus, omni studio eò contendit, vt sibi hinc emigraturo liceat cum Apostolo dicere: Certamen bonum certavi, cursum consummaui, fidem seruauit. Quod superest, reposita est mihi iustitiae corona, quam reddet mihi dominus in illo die, qui est iustus iudex. Aut certe in die iudicij laetissimam illam vocem audire, Venite benedicti patris mei, &c. Matth. 25. Longè aliud est, cum superbo pharisaeo iactare iustitiam suam, idque in contemptum & contumeliam proximi: quam, cum omni timore atque tremore innocentiam vitam custodire, per pios labores, subleuationem pauperum ac depressorum, per patientiam ac tolerantiam ardenti charitate inflammatum, fortiter ferendo crucem, sequi dominum Iesum, magna spei ac fidutiae alacritate exultantem, quod nihil dubites, quin dux tuus & princeps, tales milites velit participes facere regni sui, ob hoc ipsum, quod non detrectarunt participes fieri laborum ipsius.

Beati mites. Apud Graecos hac in serie, iugiter praeposuntur mitibus, quanquam proculdubio minus sincerè. Nam in Graecis codicibus librorum incuria mutatus videtur ordo. Multum enim inter pauperes spiritu, & mites, affinitatis est. Pauperes enim spiritu sunt, qui humiles ac modesti, nihil gloriae ac diuitiarum in hoc mundo affectant: Mites vero, (vt Augustini verbis vtamur) qui cedunt improbitatibus, & non resistunt malo, sed vincunt in

bono malo: sunt, quos alij nominibus dicimus mansuetos, patientes, tractabiles. Laudatissima, etiam apud ethnicos, virtus, & quae praemia consequitur amplissima a Deo, non tantum in seculo futuro, verum etiam in praesenti. Neque est vlla efficacior ad conseruandam mutuum inter homines charitatem & pacem, qua nihil neque Deo gratius, neque hominibus vtilius. Et quod sanctiores fuerunt homines, eo magis hac virtute excelluerunt. Exempla quibus hoc possit doceri, sunt innumerabilia. Suffecerit nobis vel vnus Abraham: qui quum videret rixas oriri inter pastores suos & nepotis sui Loth, quanquam ipse iam senior esset, dignitateque & potentia maior, tamen vltro illi cessit, his verbis ad eum usus: Ne, quae so, sit iurgium inter me & te, & inter pastores meos & pastores tuos: fratres enim sumus. **Gen. 13.** Ecce vniuersa terra coram te est: recede a me, obsecro. Si ad sinistram ieris, ego dextram tenebo: si tu dextram elegeris, ego ad sinistram pergam. Grauius quidem aduersus hanc virtutem peccant, qui ob leues iniurias aut damna illata, inimicitias suscipiunt, vindictas meditantur: grauius etiam, qui nec laesiti, nec laesi, vltro innocentibus iniurias inferunt: Multo autem grauissimè, qui se praepositis suis seu magistratibus opponunt. Vnde & poenis nequaquam vulgaribus, sed horribilibus tales plectere solet altissimus: vt Chore, Dath, & Abiron, Numer. decimosexto. Hoc nimirum in causa fuit, quod ille Deo tam insigniter dilectus Dauid, noluit neque per se, neque per ministros suos, vel in minimo laedere Saulem, etiam si tyrannum & capitalem hostem suum. Sic enim ait 1. Reg. 24. Propitius sit mihi Dominus, ne faciam hanc rem domino meo christo Domini, vt mittam manum meam in eum, quia christus Domini est. Similia legis cap. 26. eiusdem libri. Quid multis? Immites sunt, quotquot seditiosis obmurmurationibus obtrectationibusque suis maioribus rebelles, iugum disciplinae & obedientiae excutiant. Peccant enim contra mandatum Dei, quo dicitur, Honora patrem tuum & matrem tuam, vt sis longaeuus super terram: atque diuinae ordinationi resistunt, Apostolo teste, **Exo. 20. Rom. 13.** quum omnis potestas a Deo sit. Quid autem sua illa duritie lucrifaciet? Nimirum id, quod est illi quod dominus promittit mitibus, contrarium. Hi enim hereditatem accipient terrae: illi vero extorres abijciuntur in aeterni carceris tenebras. Neque vero tantum de illa terra viuendum loquitur dominus, quam post hanc vitam sine fine possidebimus: verum etiam de hac, in qua iam sumus: id quod diligenter monet Chrysostomus. **quanquam:**

d enim

enim feroces illi, auari atque rapaces, amplas
sæpè diuitias congregant, domum domui,
agrum agro coniungentes, nunquam tamen il-
la verè possident, sed magis possidentur ipsi,
tanquam immiti tyranno duram & inclemē-
tem seruitutem seruientes, dum in illo insa-
tiabili peccore, iuxta poetæ verbum, Crescit
amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit.
Iuuenal.
Pfal. 36. Mansueti autem, inquit propheta, hereditate
possident terram, & delectantur in multitu-
dine pacis: habentes, ut ait Diuus Bernardus,
1. Tim. 4. secundum scripturam, promissionem vitæ
eius quæ nunc est, pariter & futura, vt de ex-
hibitione præsentium firma sit expectatio fu-
tutorum. Adde, quod quemadmodum per in-
obediētiam in eam maledictiōem incidimus,
vt ipsa creatura aduersum nos ad vlciscēdum
sui iniuriam creatoris armetur, ad eò vt ipsa
etiam nostræ carnis terra spinas nobis & tri-
bulos germinet, assiduis seditiōibus spiritui
repugnans: ita multò hanc possidebimus mā-
fuctiorem, si animos nostros illis placidè sub-
mittamus, sub quibus dei ordinatione sumus
constituti. Ità fiet, vt in summa animi tran-
quillitate inhabitemus terram hanc, quam di-
cimus elementarem, & iuxta prophetæ ver-
bum, pascamur in diuitijs eius: & corporis no-
stri terram satīs nobis habeamus ad omnia
morigeram: & ex hac tandem lætissimi bea-
tissimi que transeamus in terram illam viuē-
tium, quod est ipsum cælum, cum principe
nostro Iesu CHRISTO in societate san-
ctorum omnium regnaturi in æternum. Illis
verò qui hinc immites sunt, id est, contenti-
osi, semetipsos vindicantes, præpositis suis re-
belles, omnia & hinc & in futuro eueniēt con-
traria.

III. *Beati qui lugent.* Lugere est in luctu esse.
Græcè *πένθη*, Hebraicè *אבל*.

Laurentius Valla his verbis definit luctum:
Luctus est dolor, qui exterius proditur vultu
ipso atque adspēctū. Quod si more humano
iuxta consuetudinem sermonis Latini loqua-
mur, sæpè ipse habitus, vultus, atque vestis, lu-
ctus est. Quo sensu Liuius scripsit, P. C. cen-
suisset post Cladem Cannensem, nè foemina
vltra triginta dies in luctu essent. Cicero li-
bro quarto Tuscul. quæstio. Luctus, egritudo
ex eius qui charus fuerit, interitu acerbo. Vn-
dè Augustinus, nè à verbi proprietate rece-
dat, luctum hunc Euangelicum sic interpre-
tatur: Luctus est tristitia de amissione charo-
rum. Conuersi autem ad DEVM, ea quæ in
hoc mundo chara amplectebantur, amittunt.
Non enim gaudent his rebus, quibus antè
gaudebant, & donec fiat in illis amor æterno-

rum, non nulla mœstitia faciuntur. Consola-
buntur ergò spiritu sancto: qui maximè pro-
pterea paraclētus nominatur, i. consolator,
vt temporalia amittentes, æterna læticia per-
fruantur. Sed quia saluberrimus est hinc lu-
ctus, quem nobis hinc DOMINVS com-
mendat, paulò latiùs explicatum, studio-
sis inspiciendum proponamus. Multos quo-
tidie videmus, qui parentes, cōiuges, liberos,
cæterosque propinquos lugent: Non nullos
etiam, qui amissam pecuniam. Sed hic luctus
ad eò non parit consolationem, vt etiam mor-
tem afferat, teste apostolo secundæ Corinthi-
orum septimo. *Quæ enim secundum Deum*
tristitia est, poenitentiam in salutem stabilem
operatur. Neque verò simplex est hic luctus.
Aut enim peccata lugemus, aut exilium hoc
nostrum, quo peregrinamur à patria cælesti.
Hunc luctum luxit Apostolus, cum cuperet
dissolui & esse cum CHRISTO: & Dauid,
quum exclamaret, Heu mihi quia incolatus
meus prolongatus est, habitauim cum habitan-
tibus Cedar: multum incola fuit anima mea.
Porro peccata non solum sua lugere solent
pij, vt Petrus, Maria Magdalena, Dauid, & in-
numeri alij: verum etiam aliena. Sic sæpè Mo-
ses luxit populi peccata. Sic Samuel peccatum
Saulis. Qui sic lugent, iubentur Ezechielis 9.
signari signo Tau, nè cum impijs occidantur.
Sic enim ibi legitur: Transi per mediam ciui-
tatem in medio Ierusalem, & signa Tau super
frontes virorum gementium & dolentium su-
per cunctis abominationibus, quæ fiunt in
medio eius. Tali luctu lugere solitus legitur
Diuus Ambrosius, de quo ita scribit Pauli-
nus: Quotiescunquè illi aliquis ob percipiē-
dam poenitentiam lapsus suos confessus esset,
ità flebat, vt & illum flere compelleret. Vide-
batur etiam sibi cum iacente iacere. Hic lu-
ctus, quum omnes CHRISTVM profes-
sos, tum verò maximè decet sacerdotes: ex
quorum etiam vultu, incessu, atque totius
corporis habitu luctus hic, nequaquam simu-
latus, quod hypocritarum est, sed verus relu-
cere debet. Qui luctus, eheu in quàm paucis
apparet ætate nostra. Euanuit, non modò ex
animis & moribus, verum etiam ex ipso habi-
tu. Grauius mandat est à patribus in sa-
cris synodis, vt sacerdotes non solum in tem-
plis & domibus, verum etiam foris in plateis,
adeoque in itineribus (nisi fortè longissimis)
stolis & tunicis sacerdotilibus vterentur. Ho-
diè verò quis non ingemiscat plerosq; sacer-
dotes non modò non venerabiles esse graui-
tate, dignitate, ac religione vestis, verum etiã
procacitate vestiendi superare laicos? Non
hæc dico, quod putè in forma vestis esse san-
ctimo-

ctimoniam: sed quòd veteres illi sapientif-
simi sanctissimi que patres, nominatim ve-
rò Diuus Augustinus contra Faustum Ma-
nichæum libri sexti capite nono, omni mo-
do peccatum esse censuerint inordinate
viuere, & diuersi generis professiones ipso
etiam corporis habitu confundere. Vndè
maximè decet sacerdotem vestiri vt
vel aulicum, vel ciuem, vel mercatorem,
multò verò minus vt procum. Neque
placidi ac mansueti ciuis est, vestiri vt bar-
barum ac truculentum militem. Sed reuer-
tamur ad luctum nostrum. Ex eorum nu-
mero qui aliena peccata lugent, sunt etiam
illi, qui dum videt incorrigibilem peccandi
pertinaciam & contumaciam in DEVM &
ministros eius, accenduntur zelo Dei ad su-
medum legitimum de transgressoribus sup-
pliciu. Quo nomine laudatur Phinees Nu-
mer. vicelimo quinto, quòd Zambri & Co-
sbi, contumaciter in conspectu populi for-
nicantes, occiderit. Hic luctus illos decet,
quibus traditus est gladius à Domino Deo.
Cæteri verò, qui hunc non habent, & ta-
men zelo diuinæ iustitiæ ardent, imitati
Matthiam & veteres illos eremitas, secedat
à scelerata multitudo, confugiant in late-
bras, quemadmodum ille cum filijs suis in
montem, & plangant in cinere & cilicio pro-
phanationem sanctuarij DEI: parati vel
mortem pro gloria Dei oppetere, si res ita
ferat, id quod Matthiam cum suis filijs, &
innumeros martyres fecisse legimus. Quo-
rum verò cōditio vitæ non patitur illam fu-
gam, vt qui domi habent vxorem ac libe-
ros, ad hos ipsos confugiant, atque hos do-
ceant, vt se incontaminatos conferuent,
atque ea quæ vulgò fiunt, secum assiduis ge-
mitibus, suspirijs ac lachrymis deplorent,
Deumque deprecantur, vt emollitis cor-
rectis que hominū animis, lætiora nobis vi-
dere concedat: imitati Tobiam, egregium
omnibus qui sunt in ea vitæ conditione, ex-
emplum. Qui sic lugent, hos beatos pro-
nunciat Dominus, quippe quos nunquam
sua efficaci consolatione fraudabit. Hanc
autem consolationem potius petant & ex-
pectent à Domino, quàm à poculis vini &
scurillibus iocis, vt suadent quidam, hanc
Domini sententiam disertius, quàm vere-
cundiùs, tanquam regulam Lesbiam ad su-
os mores deflectentes. Atque illi qui-
dem intolerabilem luctum interpretantur,
quòd non omnes statim applaudimus ipso-
rum furiosè tum doctrinæ, tum vitæ, quam
sub Euangelij titulo tanquam ouili pelle

nobis venditant, quum re vera versutij do-
lisque sit planè vulpina, rapacitate verò sit
plusquam lupina. Nam vt demus Domi-
nū eo de luctu loqui, quo lugentur ereptæ
possessions, erepta honesta fama, denique
variæ intentatæ persecutiones & pericula
vitæ: quæso, vtri maiorem hinc occasionem
habent lugendi, Luterisne cum suis satelliti-
bus, qui exturbatis fratribus suis ipsi occu-
pârūt ecclesiarum & monasteriorum bona,
an potius illi, qui maluerunt in exilium ire,
quàm istorum insano furori acquiescendos,
contrà sanctum vitæ propositum, & vota
DEO & Ecclesiæ eius solenniter facta, in-
cestis nuptijs pollui? Et tamen hi suas illas
miserias non lugent, docti nimirum à Pau-
lo, quòd talis luctus, non consolationem,
sed mortem parit, & à Domino ipso, quòd
beati sint qui persecutionem patiuntur pro-
pter iustitiam: sed quòd vident Luterum &
ipsum sese perdere, & innumeras animas se-
cum pertrahere in exitium & luctum æter-
num: hoc verò gemitibus & lachrymis in-
narrabilibus deplorant & lugent.

Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam,
quoniam ipsi saturabuntur.]

III.

Aptissime hæc sententia, superiori de miti-
bus, iuxta Græcos, coheret. Remouet enim
id quod illi est inimicissimum: hoc est, ferō-
ciam, mansuetudini ex diametro cōtrariam.
Nihil autè reddit homines ferocios & in-
tractabiliores, quàm fames & sitis gloriæ ac
diuitiarum huius mundi, voluptatumque
carnalium. Ad eò vt de hac fame maximè
dici possit, adagium illud à Sofia Plautino
iactatum,
Fames & mora bilem in nasum conciant.

In Am-
phytriōe.

Et tamen hæc ipsa, in quæ miseri tan-
ta feruntur cupiditate ac rabie, ad eò non
satiant eos quibus contingunt, vt quo ma-
gis accreuerint, eo maiori famis, sitis, atque
curarum ardore accensos torqueant. Quis
itaque non videt infelicissimos esse illos,
qui istarum rerum desiderio flagrant? Opti-
mus itaque noster sapientissimus que præ-
ceptor Iesus, docet nos desideria nostra in
meliora transferrè, hoc est, vt semel per
sanguinem agni illius immaculati IESV
CHRISTI liberati à tyrannide Pharao-
nis, hoc est, diaboli, egressi ex Aegypto
peccatorum, ipsis Aegyptijs, id est, pecca-
tis nostris, quibus seruiueramus, iam in ma-
ri rubro, id est, baptismo submersis, de-
incèps per laborum & afflictionum tole-
rantiam, per desertum huius seculi ducent
d z nostrum

Exo. 16.

Num. 25.

Isa. 64.

Iere. 31.

V.

nostrum CHRISTVM fortiter sequamur in terram promissionis, id est, caelum. Nequaquam autem respectemus ad ollas carniū Aegyptiarum, neque murmuremus cum seditiosa plebe, neque fornicemur cum impuris Moabitibus & Madianitis, id est, mundi huius & carnis concupiscentijs, sed corroborati spiritu Dei, fœdos illos tyrannos in nobis occidamus. Quam diū em illi spirant in nobis, aut in cōmercium admittuntur, cōtaminant innocentie vestem, vt nobis accidat quod illi populo, qui apud Esaiā loquitur: Et facti sumus vt immudi oēs nos: quasi pannus menstruatae, vniuersae iustitiae nostrae. Quod si quando nobis accidat, atq; vitinam non accidat) vt vel septies in die incautos decipiant, magna fame sitiq; iustitiae confugiamus ad illum qui iustificat impium, implorantes illius inexhaustam misericordiam, vt amplius lauet nos ab iniquitate nostra, & reddat nobis lætitiā salutaris sui, & spiritu principali confirmet nos, nec patiatur nos toties victos in peccata relabi. S. emper autem meminimus impium illum Amalech, qui semper ex Aegypto ascendentibus sese opponit, penitus cum vniuerso suo dominio interficiendum esse, & extirpandum, nē nobis eueniat quod Sauli, primi Regum decimo quinto. Quod si nos serio fideliterq; fecerimus, Dominus Deus noster occurret nobis lætantibus iam & facientibus iustitiam, secundum eundem prophetam Esaiam. Nos autē, iuxta vaticinium Ieremias, Veniemus & laudabimus in monte Sion, id est, Ecclesia: & confluemus ad bona Domini super frumento & vino & oleo, & fœtu pecorum & armentorum: Eritq; anima nostra quasi hortus irriguus, & vltra non esuriemus. Tunc lætabimur sicut virgo in choro, iuuenes ac senes simul. Et conuertet Dominus luctum nostrum in gaudium, & consolabitur nos, & lætificabit à dolore nostro. Et inebriabit animam sacerdotum nostrorum pinguedine doctrinae & musto spiritus sui: nos autem populum suum adimplebit bonis. Atque hæc quidem saturatio & inebriatio etiam in his terris incipiet, (inquit in Ieremiam Hieronymus) perficietur autem, quando receptos nos in triclinium suum faciet discumbere, & transiens ministrabit nobis, cum Abraham, Isaac & Iacob discumbentibus in beatissima illa sanctorum omnium societate.

V. *Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.* Misericordia (inquit Augustinus) quid est, nisi alienae miserie quæ-

dam in nostro corde compassio, qua (si vitio què possimus) subuenire compellimur? Eam Cicero libro quarto Tusculan. Quæstion. definit, quod sit ægritudo cordis, ex miseria alterius iniuria laborantis. Quod autem ille, Stoicos imitatus, negat eam cadere in sapientem, disputationi condonamus. Nam alias sæpè summis eam laudibus extollit. Quanquam hac quidem in re nihil nos mouet Ciceronis autoritas. Cui enim libentius credamus quam illi, cuius misericordia viuimus & conseruamur? Atque hoc ipsum immensæ illius misericordiae opus est, quod à nobis misericordiam exigit. Quum enim vita nostra plena sit miserijs, quid nobis potest esse vtilius & salutaris, quam vt ingenua verèq; fraterna charitate mutuo nos complectentes, inuicem iuuenus quibuscunq; rationibus possumus? vbi autem vires iuuandi defecerint nos, tamen societate doloris, consolationibus, gemitibus & precibus ad DEVM pro misero fufis, testabimur voluntatem nostram. His enim rationibus fiet, vt & humana subsidia nobis præstemus mutuo, & diuina facile impetremus. Opera misericordiae sunt, libeter ignoscere fratribus in te peccatibus, & egestate laborantibus libeter & liberaliter succurrere.

Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Hinc nimirum & Salomon ait Proverbiorum quarto: Omi custodia serua cor tuū, quia ex ipso vita procedit. Cor est principalis animæ sedes, reclamante quidem Platone, qui eam in cerebro collocat: sed auctore Christo apud hunc ipsum Euangelistam cap. 17. vbi sic ait: Quæ autem procedunt de ore, de corde exeunt, & ea coinquinant hominē. De corde enim exeunt cogitationes male, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemie: hæc sunt quæ coinquinant hominē. Quamobrem deus, qui solus perspicere potest, quid in cordis penetralibus lateat, ex solo etiam corde hominē estimat. Vnde cap. 12. huius, parabolā de bona malaq; arbore sic interpretatur ipse: Bonus homo de bono thesauro (cordis) profert bona: & malus homo de malo thesauro profert mala. Cor itaque anime sedes est & officina, vbi fabricat cogitationes bonas & malas: quas falsò quidam docet à diabolo immitti, vt inquit Hieron. quæ ex propria nascantur voluntate. Adiuutor earum & incensor esse potest diabolus, auctor esse nō potest. Infidiatur enim in abscondito, quasi leo in spelunca sua, vt inquit propheta, facillimè verò, vt est incredibilis astutia, ex g-

VL

In 15. Matth.

Psal. 9.

libus

libus colligit, quid voluamus in animo. quod si quid mali nos voluerit senserit, ilicò expedit laqueos, proponit escas: à fronte alligit blanditijs, à tergo insequitur tum suis, tum satellitū suorū extimulationibus, acclamationibusq; donec miseros irretitos illaqueatosq; capiat. Captos autem nō tantum diris peccatorum vinculis constringit, verum etiam omni præstigiariū genere excæcat, nē quando fortè elapsi videamus, quam in pristinam libertatem sit redeundum. Hæc omnia mala, quum ab immunditie cordis & cogitationum nostrarum sumant initium & occasionem, quanto nobis studio aduigilandum est & excubandum, nē quid contaminationis huc sinamus irrepere? Hoc autem planè difficilimum est, quum nihil sit cogitationibus nostris lubricius: id quod mirabiliter adumbrarūt poeta in fabulā de Proteo, de quo pulcherrimè Vergilius cecinit: Hic tibi nate prius vinculis capiendus, vt omnem Expediat morbi causam, euentusq; secudet. Nam sine vi non vlla dabit præcepta, neque illum Orando flectes, vim duram & vincula capto Tendit doli circum hæc demum frangentur inanes &c.

Nam vt cætera, quæ sunt infinita, præteream, etiā quæ optimè fecerimus, quātū nobis imminet periculi ab illa titillatione ac pruritu inanis gloriæ? Vnde vigilantissimus ille cordis sui custos Diuus Bernardus, lamentabiliter cōqueritur his verbis: Et ego quidem, inquit, triplici forde inquinari me sentio, concupiscentia carnis, concupiscentia gloriae temporalis, & præteritorum conscientia delictorum. Sunt enim in anima motus quidam vtrorūque desideriorum, quos nec ratio, nec viribus extingui possum, quàm diū sum in hoc seculo nequam, & in corpore mortis teneor alligatus. quid igitur, quærat aliquis, hic faciendum? Audi eundē Diuum Bernardum: Is te docebit, sermonem suum ita continuans: Attamen contra fordes istas orationis oppono remediū: & propterea sicut oculi seruatorum in manibus dominorum suorum, ita oculi nostri ad Dominum Deum nostrum, donec misereatur nostri: qui solus mundus est, & potest facere mundum de immundo conceptum semine. Sic & contra peccati conscientiam, inquit idem, remedium confessionis est institutum: & omnia in confessione latantur. Ecce hæc sunt quæ mūdant oculum cordis, oratio & confessio. Hæc Bernardus: cuius sententiam Regius ille propheta Dauid confirmat, ab vtroq; remedium petens: Cor mundum, inquit, crea in me Deus, & spiritum rectum innoua in visceribus meis. Et alibi: Dixi, confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino, & tu remisisti impietatem peccati mei. Overè bonum & amabilem medicum, qui miseris nobis, & crudeliter captis ac faucijs non modò seipsum dedit redemptionis precij, sordes cordium & animorum nostrorum aqua & sanguine de sacro suo latere profluentibus abluens & sanans: verum etiam tam efficacia & expedita dedit remedia aduersus ea, quæ instauratis accidere possunt. Absit itaque à nobis longissimè illa furiosa infania, vt per imprudentiam aut infirmitatem in sordes aliquas relapsi, in ipsis computrescamus, vel stulta persuasionem, quasi DEVS mollibus & ignavis hominibus similis, peccatis non offendarur: vel desperatione impia, quasi DEVS tanquam crudelis aliquis tyrannus, penitentiam agentem & mundari cupientem, repellet. Confugiamus ad illum ferio & ex toto corde: & ille occurreret etiam nobis, loturus nos aded, vt super niuem dealbemur. Hac ratione purgati, beati erunt oculi cordis nostri. Videbunt enim eum, in quem & ipsi angeli intueri desiderant: vt audituri simus, Beati oculi qui vident quæ vos videtis. Hæc visio perficietur quidem in nobis in futuro seculo, vbi videbimus faciem ad faciem: Incipiet autem in hoc, in quo iam sumus, tanquam per speculum in ænigmate. Atque hæc quidem, quo diligentius conseruauerimus cordis munditiam, eo mirabiliora videbimus: id quod plurimis doceri posset exemplis. Quam multa vidit sanctus ille castusq; Ioseph, patriarchæ Iacob ex Rachele filius? Sed cauit, nē cordis oculum obduceret fœde libidinis & adulterij caligine. Quam multa alius Ioseph, Iacobi alius filius, Deiparæ virginis coniunx? Quam multa Daniel cum cæteris pueris hebreis? Sed cauerant, nē cordium suorum oculos contaminarent de luxuriosa mensa regis idololatræ. Verum quis fuerit finis omnibus persequēdis? Progrediamur itaq; hinc ad pacificos.

Beati pacifici, quoniam filij DEI vocabuntur. Pax est vacatio belli, siue tranquilla libertas, à paciscendo seu pactione dicta. Bellum autem, saltem quod ad hunc locum attinet, perniciofa dissensio. Est autē planè perniciofa res, quum homo ab homine dissentit hostiliter: perniciosior etiam, quam à semetipso: perniciosissima verò, quum

Psal. 90.
Psal. 34.
Gen. 37.
40. 41. & c.
mat. 1. & 24.
VII.
Deo.

DEO. Porro quum nihil tam delectabilem hominibus DEVM videatur, quam mutua inter ipsos pax & concordia, adeo vt decimo octauo huius non dubitet dicere, Si duo ex vobis conenserint super terram de omni re quamcunque petierint, fiet illis à patre meo qui in caelis est. Vbi enim sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Et capit. quinto vetet offerre munus, nisi prius reconciliato fratre: quis dubitet, quin eximiam quandam gratiam initurus sit apud DEVM, qui dissidia inter fratres componat? Attamen præposterè facere videntur, qui ipsi intestinis horridisque seditionibus tumultuantes, aliorum externa dissidia aggrediuntur componere. Primò itaque danda est opera, vt in nobismetipsis pacifici simus. Quomodo autem id efficiemus? Audiamus Augustinum in hunc locum: Pacifici, inquit, in semetipsis sunt, qui omnes animi sui motus componentes, & subijcientes rationi, id est, menti & spiritui, carnalesque concupiscentias habentes edomitas, sunt regnum Dei. In quo ita sunt ordinata omnia, vt id quod est in homine præcipuum & excellens, hoc imperet cæteris nõ reluctantibus, quæ sunt nobis bestiisque communia. Atque id ipsum quod excelsit in homine, id est, mens & ratio, subijciatur potiori, quod est ipsa veritas, vnigenitus filius Dei. Neque enim imperare inferioribus potest, nisi superior se ipse subijciat. Et hæc est pax, quæ datur in terra hominibus bonæ voluntatis: hæc vita consummati perfectique sapientis. De huiusmodi regno pacatissimo & ordinatissimo, missus est foras princeps huius seculi, qui peruersis inordinatisque dominatur. hac pace intrinsecus constituta atque firmata, quascunque persecutiones ille qui foras missus est, forinsecus concitauerit, auget gloriam quæ secundum Deum est: non aliquid in illo edificio labefactans, sed deficientibus machinis suis, innotescere faciens, quanta firmitas intus extructa sit. Qui tales sunt, hi simul cum DEO pacem habent. Nihil enim intus habent quod DEO resistat. Qui hanc pacem principio in semetipsis habent, deinde pijs admonitionibus sanaque doctrina in alijs faciunt, hos dignabitur Dominus DEVS eximio illo titulo, vt filij Dei vocentur: nimirum quod imitentur vnigenitum illum filium, qui per sanguinem suum pacificauit omnia, siue quæ in terra sunt, siue quæ in caelis, Colossen. primo. Væ autem illis

Ioh. 12.

qui vel obrectationibus liuidis dissidia inter fratres, coniuges, aut quoscunque homines seminant: vel seditiosa doctrina discindunt amabilem Ecclesie Catholice pacem, iustam iram & vindictam Dei tum in alios, tum verò grauissimè in semetipsos prouocantes. Nam hoc ipso declarant se esse filios diaboli, percepturos hæreditatem cum suo patre, id est, æternos Gehennæ cruciatus. Illud verò scitè admonet Diuus Bernardus, quod tribus illis prioribus, paupertate spiritus, mansuetudine, luctu, homo reconciliatur sibi ipsi, dum in anima eius renouatur quædam similitudo & imago eternitatis, quod paupertate futura mereatur, mansuetudine præsentia possideat; luctu verò pœnitentiæ præterita recuperet. In sequentibus autè duobus, quod nobis velimus fieri, iustitiam & misericordiam perfectè coheremus. Iustitia enim docet nos non facere proximo, quod nolimus nobis fieri: misericordia, vt proximo, quod nobis velimus fieri, faciamus. Hinc sexto loco per munditiam cordis reconciliamur DEO. Cui reconciliati, tanquam ingenui filij studemus eidem reconciliare, quantum quidem in nobis est, quotquot ab eo dissident. In quo studio spiritu ipsius DEI paulatim inflammati, nullis etiam impiorum atque ipsius diaboli persecutionibus deterremur, quo minus ea quæ sunt patris nostri celestis, tum in dilatanda gloria eius, tum in iuando proximo ad salutem, tum in adificanda Ecclesia credentium, fortiter peragamus. Vt nimirum participes efficiamur eius quod sequitur:

Beati qui persecutionem patiuntur propter VIII. iustitiam, quoniam ipsorum est regnum celorum. Iustitiam, authore Chrysofomo, hic omnem animi virtutem intelligimus. Porro manifestum est verbum Apostoli ad 2. Tim. 3. Timotheum: Omnes qui pie volunt vivere in CHRISTO IESV, persecutionem patientur. Qua de causa & Iob dixit: Militia est vita hominis super terram. Ecclesiasticus quoque capite secundo: Fili, inquit, accedens ad seruitutem DEI, sta in iustitia & in timore, & præpara animam tuam ad tentationem. Neque verò est, quod quenquam hæc à professione Christiani nominis deterreant. Neque enim difficilis erit, neque incerta victoria, si modò principi nostro fideliter adhæserimus. Illius enim spiritus auxiliatur infirmitatibus nostris, adeo, vt ipso disponente, omnia nobis coope-

cooperentur in bonum, saltem diligentibus Deum, teste Apostolo. Præmia autem victoribus ea proposuit, ad quæ nihil sunt omnes huius temporis afflictiones, secundum eundem Apostolum: quippe quorum magnitudinem, bonitatem, & pulchritudinem neque oculus videndo, neque auris audiendo, neque cor hominis cogitando potuit vnquam comprehendere. Quin itaque nos, tanquam fideles ac strenui milites Christi, tum seorsum singuli nosmetipsos in cordibus nostris, tum in congressibus colloquijsque nostris nos mutuò cohortamur illo classico, quod nobis cecinit illa tam sonora Euangelij ruba Apostolus Paulus hisce verè castrensis modis: Quis nos separabit à charitate CHRISTI? tribulatio? an angustia? an fame? an nuditas? an periculum? an persecutio? an gladius? sicut scriptum est: Propter te mortificamur tota die: æstimati sumus sicut oues occisionis. Sed in his omnibus superamus propter eum qui dilexit nos. Certus sum enim, quod neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, neque virtutes, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profunditas, neque vlla creatura alia poterit nos separare à charitate dei, quæ est in CHRISTO IESV Domino nostro. Ecce, ita certantibus Dominus persoluet illa inæstimabilia stipendia, quæ hic compendio regni cælorum nomine completur. Iam verò non videtur carere mysterio, quod octaua hæc sententia in primam tantquam in caput per circulum recurrit, dum in vtraque proponitur præmium regnum cælorum. Quemadmodum, quod octauo die circuncisus est secundum legem puer Iesus. Quod octauo die, i. ea quæ septimam (id est, sabbatum) sequitur, resurrexit. Quod quinquagesima die, id est, in capite octauæ septimanæ spiritum sanctum misit. Quæ omnia nobis significant perfectionem illam hominis DEI, ad omne opus bonum apparati secundum apostolum, qui testatur omnem scripturam diuinitus inspiratam, ad hoc ipsum esse destinatam: vel, quod ipsum verbum est, vtilem. Vndè & hoc facile est intelligere, quod non ea sententia pauperibus spiritu, & his qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, promissit regnū cælorū, quasi medijs illi, mites, lugentes, &c. hoc non sint habituri. Imò verò, quemadmodum medijs consequentur præmia extraneorum, ita extremi præmia mediolorum: Est enim indissolubilis quidam inter eos connexus, & absolutæ beatitudinis communio, adeo vt ex omnibus vnus perficiatur, vt dixi, homo Dei. Et nemo potest illarum virtutum

vnam habere perfectè, nisi habeat omnes: ita authore Chrysofomo sunt concatenate. Tu vide in hunc locum, Augustinum. Hoc nõ fuerit alienum adijcere, quod quemadmodum beati sunt, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam: ita infelices planè, qui iustas pœnas dat legibus propter sceleratam vitam: nisi fortè illis ipsis pœnis correcti, exemplo latronis illius cum Domino Iesu crucifixi, respiciant. Omnium autem infelicissimi, quos in scelerata vita Deus patitur grassari, heluarique vsque ad vitæ terminum. Horrenda enim illis parata sunt in futurum supplicia: id quod multis locis nos docet scripturæ diuine. Grauis est locus Psalm. quinquagesimiseptimi, & in ipsum, Augustini. Lege primam epistolam Petri cap. quarto, quo tanquam commentario illustratur hic Euangelij locus. Verum de furibus, latronibus, atque id genus palam flagitiosis, nemini obscurum est, quid sit sentiendum. Periculum verò est ab hæreticis. Nã multi hæretici, inquit in hunc locum Augustinus, nomine Christiano animas decipientes, multa talia patiuntur. Sed idè excluduntur ab ista mercede, quia non dictum est tantum, Beati qui persecutionem patiuntur: sed additum est, propter iustitiam. Vbi autem sana fides non est, non potest esse iustitia: Quia iustus ex fide viuit. Neque schismatici aliquid sibi ex ista mercede promittant: quia similiter vbi charitas non est, non potest esse iustitia. Dilectio enim proximi malum non operatur. Quam si haberent, non dilaniarent corpus Christi, quod est Ecclesia. Verum de his copiosius, vt spero, cap. 7. dicemus.

Beati estis, cum maledixerint vobis homines, & persecuti &c. Hic iam mutata persona, sermonè ad ipsos Apostolos conuertit: ostendens, vt ait Theophylactus, quod maximè proprium sit doctoribus, opprobria pati. Sed hic rursus diligenter obseruandæ sunt duæ illæ circumstantiæ quas adiecit, mentientes, &, propter me. Quis enim beatos dicat illos, qui propter vel vitam flagitiosam, vel doctrinam peruersam, incidunt in infamiam? Infelices hi sunt, non modò quum ea quæ audiunt, patrârunt: verum etiam quum temeritate hominum illis ea impinguntur, quæ non patrârunt: quod non propter Christum impingantur, sed propter vitam seu doctrinam à Christo alienam. Quemadmodum eos, quos scimus mentiri solitos, etiam cum verâ loquuntur, mentiri putamus. Hoc enim commerentur mendaces, vt etiam si quando vera loquantur, non tamè credatur. Vndè grauiter nobis prohibitum est, nè à demonibus velimus discere veritatè, neq; ex hæreticorum libris. Qui solis doctis

& exercitatis legēdi sunt, in hoc potissimū, vt possint errores & imposturas eorum refellere. quare non licet ab his discere veritatem, quam sēpē luculenter etiam dicere videntur? Certē non propter ipsam veritatem, sed propter mendacia, quæ sub veritatis fūco nobis venditant. Vide Aug.

Gaudete & exultate, quoniam merces vestra.] Nota quōd hīc non dicit, quoniam vestrum est regnum cælorum, sed quoniam merces vestra copiosa est in cælis. quo significat, excellentiora hos consecuturos præmia, quàm cæteros homines. Neque id immeritō. Nulla enim persecutiones, nulla penē tormenta grauius dolēt homini, præsertim honesto, quàm maledicta: id quod multis ostendit Chrysostomus.

In cælis.] Nō hīc cælos dici puto, inquit August. superiores partes huius visibilis mundi. Non enim merces nostra, quæ inconcussa & æterna esse debet, in rebus volubilibus & temporalibus collocanda est: sed in cælis dictum puto, in spiritualibus firmamētis, vbi habitat sempiterna iustitia: in quorum comparatione terra dicitur anima iniqua, cui peccanti dictū est, Terra es, & in terram ibis. De his cælis dicit Apostolus, quoniam cōuersatio nostra in cælis est. Sentiunt ergō iam istam mercedem, qui gaudēt spiritualibus bonis: sed tunc ex omni parte perficietur, quum etiam hoc mortale induerit immortalitatem.

Gen. 3.
Phil. 3.

Sic enim persecuti sunt prophetas.] Ab exemplo exhortatio: quōd hac ratione prophetarū societatem & gloriam sint cōsecuturi, vt quorum fortitudinem in annuncianda veritate imitentur. apud Lucam additur antithesis, Vt quum benedixerint vobis omēs homines. Scūdūm hęc em faciebant pseudoprophetas patres eorum, quo notantur hēretici, qui seditiosa doctrina imperitæ multitudinis applausum sibi facillē comparant: ad breue quidem tempus exultātes, sed mox in gehennam præcipitandi. Ex horum numero sunt & nostra ætate quidam inimici crucis Christi, & Ecclesie eius catholice hostes, sūq; autem carnis amici, satellites diaboli, quos non pudet ex occasione particule, propter iustitiam, in octaua sententia posite, iniustissimo iudicio damnare eos, qui rebus Ecclesie tranquilliss quī foris fortē non sentiant infestationem aut persecutionem, intus autem carnem suam spiritui rebellē, ipsi eandē ieiunijs, vigilijs, spontanea paupertate, similibusq; exercitijs castigant, & in feruitutem redigunt, iuxta doctrinam & exemplum Apostoli, Iohannis Baptiste, atque adeō innumerabilium sanctissimorum hominum. Erasmi Sarcerij verbum est,

sed à Lutero acceptum: Excludunt hęc verba, propter iustitiam, impostitiam persecutionem, quam ipsi nobis imponimus. quanto reuerentius v. Bernardus? Veruntamē, quid sibi vult, inquit, quōd eadem promissio facta est pauperibus & martyribus, nisi quia verē martyrij genus paupertas voluntaria est? Beatus vir, ait propheta, qui post aurum non abiit, nec sperauit in thesauris pecuniæ. quis est hic, & laudabimus eum? fecit enim mirabilia in vita sua. quid mirabilius, aut quod martyrium grauius est, quàm inter epulas esurire, inter vestes multas & preciosas algere, paupertate premi inter diuitias, quas offert mundus, quas ostentat malignus, quas desiderat noster iste appetitus? An non meritō coronabitur, qui sic certauerit, mundum abiciens promittentem, irridens inimicum tentantem, & (quod gloriosius est) de semetipso triumphans, & crucifigens concupiscentiam prurientem? Hęc Bernardus. Quæ quia aspera sunt, & inimica carni, quam nimis tenerē amamus atque fouemus omnes: facillē inueniunt apud omnes applausum & laudem, qui contraria docent.

Vos estis sal terræ.] Sal, condimenti genus est, omnibus notissimum. Dicitur esse terræ combustæ species: & ideō liquecere frigido & humido, cogi verō calido & sicco. quod meteororum quarto probat Albertus. Natura eius per se ignea est, vt inquit Plin. & inimica ignibus, fugiens eos, omnia erodens: Corpora verō adstringens, siccat, alligans. Est vetus sententia, à celeberrimis viriisque lingue viris, literis commendata, totis corporibus nihil esse vtilius sale ac sole. Vndē à Galeno medico præcipitur, vt infantes recens nati, sale adpersi, fascijs obuoluantur. Auicenna verō hoc modo: Festinandū, inquit, vt infantum corpuscula perluantur aqua, in qua colliquatus sit sal, vt occallescat vmbilicus, atque item cutis: ita tamen, vt non contingantur nares aut os. Cur verō sic faciendum adstruamus, ratio est: quoniam mox editum infantem, ob nimiam teneritudinem, omnia infestant. quo nomine semel bisque sale abluere, per salubre est, præsertim si exuberet sordibus, & nimid plus sese prodatur humectatio. Ad quam sententiam haud dubiē allusit Ezechiel. cap. decimosexto, quum increpat Ierusalem his verbis, quandō nata es in die ortus tui, non est præcisus vmbilicus tuus, & in aqua non es lota in salutem, nec sale salita, nec inuoluta pannis. Defuncta ac putrescentia corpora ita vendicat sal, vt durent ea per secula. quod Aegyptiorum comprobant instituta, quibus mortuos sale condire,

dire, moris fuisse, author est Herodotus. Quin consuetudo inoleuit Grecis quādoquē, vt vinomadentes & planē deliros, etiam oleo perungerent sale admixto, ceu singulare id foret adiuuentum. Hinc Aristophanes dixit in Nubibus, *ἄνθρωποις ἄνθρωποις ἄνθρωποις*. Hoc est, sale expurgatus hic iuuari poterit. Quo versu quendam ceu crassioris cutis hominem, ac proindē stupidiorem, subsannat poeta. Cutis enim crassitiem animorum subtilitati obstare, à multis creditum est. Huius autem extenuandæ, expurgandæ, abstergendæq; vim, inesse salt etiam Dioscorides indicauit. Nimis longum fuerit omnia hic recensere, quæ Plin. habet lib. tricésimo primo, cap. septimo, octauo & nono. Porro quantam saporis gratiam cibis omnibus etiam addat, cōtrā verō quā sit omnia insipidi fatiūque saporis, quæ carent huius condimenti gratia, nos ipsi experimur quotidie. Quibus omnibus admiranda quædam nobis depingitur imago sapientie. Hęc enim mirabiliter omnia in rebus humanis condit, temperat, expurgat, consolidat atque conseruat, adeō vt ne mortua quidem perire patiatur. Vndē antiquitus tantus honos habetur sali, vt tanquā amicitiæ symbolum hospitibus ante cibos alios apponatur: quo significari voluerunt, fortissimam fore adeoq; immortalem amicitiā: & quōd quemadmodū sal ex aquis & multis visibilibus coit in solidum quiddam & vnum, adeō vt ferro sēpē cadatur, inquit Ambrosius lib. quinto hexamer. cap. vndecimo, ita ex diuersis conuenientes animi vt amicitiā in vnū quiddam & solidum coalescant. Hoc autem nisi interueniente sapientia, fieri non posse, euidentissimis rationibus etiam ethnici docuerunt. Inter stultos enim & improbos nulla vnquā neque coire, neque constare potest vera amicitiā. Simili de causa omnes omnium nationum, gentes in sacrificijs suis vtiebantur sale, idque nē fortē negligeretur, Iudæis etiam acriter est in præceptis mandatum, Leuitici cap. secundo ita præcipitur: Quicquid obruleris sacrificij, sale condies, nec auferes sal fœderis DEI tui de sacrificio tuo. In omni oblatione offeres sal. Magna modis omnibus, nobisque summo studio cognoscenda mysteria. Quid igitur hæc sibi vult? Nos miseri in sordibus peccatorum concipimur, teste propheta Psal. quinquagesimo, in sanguine peccatorum nascimur, vndē idem liberari cupit. Et liberamur quidem, dum per lauacrum baptismi abluimur: sed nisi statim excipiamur doctrinæ pannis ac fascijs disciplinæ cōstringamur, aut statim extinguimur, aut certē in distorta ac deformia monstra ex-

crescimus. Omnis autem doctrina diluta est, omnis disciplina dissoluta & infirma, nec potest nos conseruare, quō minus in carnis nostræ sordibus & concupiscentiarum fœtoribus computrescamus, nisi sale Apostolicæ sapientie cōdiamur. Quid quōd ipsa etiam prophetica Apostolicaq; scriptura diluta est, nisi adsint viri Apostolico spiritu afflati, qui occidentem alioqui literam sale spiritualis interpretationis cōdiant? Nequaquam verō ipsius doctrinæ hoc vitium est, sed nostrum. Hoc autem in primis sacerdotum officium est, vt qui in Apostolorum locum successerunt. Labia enim sacerdotis custodiunt scientiam, inquit Malachias, & legem requirent ex ore eius: quia angelus Domini exercituum est.

Malachi.

Item Aggæi secundo: Interrogate sacerdotes legem Domini. Omnium autem grauissimē Deuter. decimosextimo: Si difficile & ambiguum apud te iudicium esse perspexeris inter sanguinem & sanguinem, causam & causam, lepram & non lepram, & iudicum intra portas tuas videris verba variari: surge & ascende ad locum, quem elegerit Dominus Deus tuus: veniesque ad sacerdotes Leuitici generis & ad iudicem qui fuerit illo tempore, quæresque ab eis, qui iudicabunt tibi iudicij veritatem: & facies quæcunq; dixerint qui præ sunt loco, quem elegerit Dñs, & docuerint te iuxta legem eius: sequerisque sententiam eorum, nec declinabis ad dextram, neque ad sinistram. Qui autem superbiērit, nolens obedire sacerdotis imperio, qui eo tēpore ministrat Domino Deo tuo, ex decreto iudicis morietur homo ille &c. Hęc ibi. vndē Diuus Cyprianus constāter affirmat, hēreses & schismata non aliundē esse nata, quàm inde, quōd sacerdoti Dei non obtemperatur. libri primi epistola tertia. Porro quod illis erant sacerdotes Leuitici generis, id nobis sunt, qui ordinatione diuina legitime succedunt Christo & apostolis eius: inter quos primum tenet, qui occupat sedem Petri. Meritō itaque ad hos in ipsis Apostolis dicit Dominus: Vos estis sal terræ. Et quia (vt iam ostendimus) nē legitimus ordo in Ecclesia perturbetur, neque hēreses & schismata oriantur, non licet à sacerdotum doctrina disciplinaq; recedere: grauitur illis comminatur ac præcipit, vt bonus sal esse studeant, non doctrina tantum, verum etiam moribus. Quōd si sal euauerit, inquit, (vel, vt ex Græco rectē vertit Erasmus, & Hieronymus multis in locis legit, infatuatus fuerit) in quo salietur? Ad nihilū valet vltrā, nisi vt mittatur forās, & conculetur ab hominibus. Sed multō acrius Malachias secundo: Si nolueritis, inquit, audi-

e re,

re, & si nolueritis ponere super cor, ut detis gloriam nomini meo, ait Dominus exercituum, mittam in vos egestatem, & maledicam benedictionibus vestris &c. Quam multa verò, quamque horribilia Ezechielis trigefimo quarto? Sed non est huius instituti, congerere omnia quae de hoc scripta leguntur. Quis enim fuerit finis? Sufficiunt hæc ad admonendum pios homines & cordatos, ut meminerint quanti interfit populi Christiani, ut habeat bonos presbyteros & sacerdotes, eisdemque tanquam CHRISTI legatis obediat: quanti item ipsorum sacerdotum presbyterorumque, ut rectè populum regant ac doceant, nè hic quidem tanquam sale destitutus, computrescat in sordibus peccatorum, illi verò tanquam fatuus & inutilis sal, eijciantur foràs, & conculcentur ab hominibus. Erunt autem sal bonus, si charitatis igne probè excocti, diligenter sese conferuent ab aquis huius seculi, quales sunt concupiscentia carnis, concupiscentia oculorum, & superbia vite. I. Iohannis secundo. Quibus qui sese admiscerent, colliquescunt ac difluunt, nimirum extincta iam in eis ignea illa vi charitatis. Si quis enim diligit mundum, non est charitas patris in eo: ut ibidem inquit Iohannes. Porro charitas efficit, ut non consumamur, imò ut perficiamur etiam igne afflictionum: quo omnem victimam salendam esse, apud Marcum pronunciat Dominus, significans neminem sine labori & persecutionum tolerantia DEO gratum esse posse. A quo igne qui refugientes applicat se delicijs carnis, & vanitatibus huius mundi, infatuatur, ut neque in terram, neque in sterquilinum vtilis sint, ut scribit Lucas, ideoque tanquam execrabiles eijciantur foràs, & ab omnibus transeuntibus conculcentur. neque est opus, id aliud discere, quam ex quotidianis, ijsque eheu quam multis infelicissimisque exemplis. Illud operæ precium fuerit admonere, nullum saltem perniciosius infatuari, quam illos, qui sumpta Doctorum seu pastorum persona, opinione scientiæ inflati, reiecta Ecclesiæ doctrina, incidunt in hæreses. Tales enim ferè incorrigibiles sunt, suo ipsorum iudicio condemnati, teste Apostolo, Titi tertio. De quo copiosius Rupertus Abbas. Pergam, si tribus verbis monuero, peruersè facere hominum vulgus, ex huiusmodi locorum occasionibus nimis intemperanter debacchantium in sacerdotum vitia, idque sine discrimine, ut eodem numero habeant bonos & malos: quum ipsi interim ita in suis flagitijs computruerint, ut indigni sint qui

Marc. 9.

bono sale condiantur, meritoque illis accidat, quod ait Hosee quarto: Et erit sicut populus, sic sacerdos. Quin potius in nosmet ipsos descendimus, oramusque Dominum Deum, ut nos vnà cum illis clementer corrigat. Præterea studeat vnusquisque sal esse in sua functione. Pontifices & sacerdotes (de quibus potissimum quidem hic loquitur Euangelium) doctrinæ vitæque puritate. Reges ac Principes in benè sancteque gubernando populum, ad DEI quidem gloriam, hominum verò bonorum laudem & tranquillitatem, malorum autem terrorem & iustam vindictam. Breuiter vnusquisque iuxta rationem suæ vocationis. Nam tota Ecclesiæ credentium in Christum, quodammodo sal terræ est, & lux mundi, & oppidum supra montem situm. Omnes quicunque gloriamur titulo huius Ecclesiæ & Christiani nominis, debemus omnem vitam nostram ad id componere, ut pijs admonitionibus & omnibus fraternæ charitatis officijs salubriter condiendo, serenis & candidis moribus clarè lucendo, omni genere virtutum excellenter eminendo, eos qui adhuc foris sunt ethnicos, Iudæos, hæreticos, & peccatores alliciamus adducamusque ad Christum. Quod quo quisque studiosius fecerit, eo maiore gloriam consequetur apud Deum.

In quo salietur? Quidam verbum, salietur, impersonaliter accipiunt. In quam sententiam paraphrasticè interpretari potest his verbis: Si vestri mores fuerint amore laudis, cupiditate pecuniarum, studio voluptatum, libidine vindicandi, metu infamiae, damnorum, aut mortis infatuati: quid tandem erit reliquum, quo multitudinis infusa vita condiantur? Pia quidem & commoda interpretatio. Ex Marci tamen cap. nono apparet, passiuum esse personale, & subintelligendum esse nominatiuum sal: ut sit sensus, si sal infatuatus (id est, insipidus factus) fuerit, quo idem ipse sal salietur, ut saporem suum recipiat? Sic enim apud Marcum legimus: Bonum est sal. quod si sal infusum fuerit, in quo illud condietis?

Vos estis lux mundi. Lucis natura est, radios, quocumque circumferatur, diffundere: Tenebras, ædibus illatum, discutere. Hoc itaque simili docet Apostolos, nè metu persecutionum sese abscondant, sicutque similes lucernæ sub modio: sed tota libertate se prodant, inquit Hieronymus, ut quod audiunt in cubiculis, prædicent in testis. Curandum autem, ut non modò serenitate doctrinæ, verum etiam vitæ candore sic luceant,

vt

vt neque cupiditates mundanæ vitæ, neque errores doctrinam obfuscant. Sunt autem Apostoli, & horum successores, lux mundi, non ex semetipsis, sed gratia, ordinatione, legatione, & mandato IESU CHRISTI. Is enim quum sit lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, Iohannis primo: de suo lumine illis impertit, (iuxta id quod ait Iohannes, De plenitudine eius nos omnes accepimus, Iohannis primo) idque hac lege, ne patiantur esse ociosum, sed studio & industria excitatum, lucem faciant coram omnibus hominibus, idque ad ostendendum eis viam salutis, non ad ostendendum semetipsos.

Non potest ciuitas &c. Quasi dicat: Ità & vos in edito collocaui, ut quod loquimini, quod facitis, non possit non per vniuersum orbem dispergi. Quamuis enim vos humiles estis & abiecti in oculis vestris, mihi tamen estis viui lapides, ex quibus ego mihi ciuitatem ædifico: imò vos estis arces, turres & propugnacula ciuitatis meæ regiæ, ædificatæ non in vallibus sordium huius terræ, sed in eminentia iustitiæ, id est, virtutum omnium, (iuxta Augustinum) in ipsa cæli (vt Robertus Abbas Tuitien.) altitudine: Ciuitatis, in qua, ex qua mille clypei pendent, omnis armatura fortium. Quæ refugium est & propugnaculum omnium, qui pro mei nominis gloria & sua salute aduersus impios idololatrias, aduersus incredulos Iudæos, aduersus seditiosos hæreticos, denique aduersus ipsum diabolum pugnat. Ad hanc tantam dignitatis ac potentiæ meæ celsitudinem, quum ego vos electos vocauerim: memores officij vestri, mea autem virtute ac protectione freti, adhibitis vestris studijs, date operam, nè vestra negligentia, gloria regni mei obscuretur: sed potius innocentia, integritate, ac virtute vitæ vestræ & bonorum operum inspecta, æstiment homines, quanta gloria dignus sit rex ille, qui tales habet ministros atque legatos. Atque ità excitati, patrem quidem vestrum qui in cælis est, glorificent: sibi verò salutem comparent. Hoc vobis proposito scopo, hæc sumpta fiducia neque impingetis in scopulum ambitionis, & affectationis vanissimæ huius mundi gloriæ: neque labores & afflictiones reformidantes, abdetis vos in latebras: sed meo spiritu animati, prodibitis in medium, & tanquam lucernæ super ecclesiarum candelabra po-

siti, lucebitis. omnibus quotquot Ecclesiæ meæ Catholice domum ingrediuntur: Imò omnibus quotquot in toto mundo sunt hominibus, modò non infani, beatissimæ vestræ lucis tenebras tartareas præferentes, à vobis refugiant. Nam qui id faciunt, ipsorum culpa, iustoque DEI iudicio in sua cæcitate pereunt. Monet itaque Dominus vnumquemque his verbis, ut dotes sibi à Deo datas agnoscat, studeatque eas semper, vbicumque iustæ dantur occasiones, præsertim cum vocauerit DEVS, depromere ad ipsius, qui dedit, gloriam, & publicam omnium hominum salutem. Iohannes quidem Baptista à pueritia sua ad annum vsque ætatis ferè trigefimæ, latuit in deserto, quum esset lucerna ardens ac lucens, ab ipso Deo iam tum in vtero matris accensa. Sed quum iuberet DEVS, prodijt in publicum, eoque clarior mirabilisque luxit, quo diutius in illis latibulis delituerat. Et quod mirabile est, quorundam lumen ex ipsis ferarum speluncarumque speluncis, ipsis sanctis iam illic extinctis atque sepultis, tanto fulgore erupit, ut totum terrarum orbem illustraret: Id quod de Paulo eremita, Antonio, & multis alijs legimus. Quales fuisse puto, de quibus Apostolus ad Hebræos vndecimo: Circumierunt, inquit, in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustiiati, afflictii, quibus dignus non erat mundus, in solitudinibus errantes, in montibus & speluncis, & in cauernis terræ. Nequaquam itaque tales damnandi sunt, aut reprehendendi, quasi lucernam sub modio posuerint. Quin potius audiamus D. Augustinum luculenter docentem, qui sub modio, qui super candelabrum lucernam ponant. Sub modio, inquit, lucernam ponit, quisquis lucem bonæ doctrinæ commodis temporalibus obscurat & tegit: Super candelabrum autem, qui corpus suum ministerio DEI subijcit, ut superior sit prædicatio veritatis, & inferior seruitus corporis, per ipsam tamen corporis seruitutem excellentior luceat doctrina, quæ per officia corporalia, id est, per vocem & linguam, & ceteros corporis motus, in bonis operibus insinuat discentibus. Super candelabrum ergò ponit lucernam, cum dicit Apostolus: Sic pugno, non quasi aërem verberans, sed castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, nè forte cum alijs prædicauerim, ipse reprobus efficiar.

Nolite putare quoniam veni &c. Hucus-

1. Cor. 9.

quæ hortatus est discipulos, ut præpararent se ad omnia sustinenda pro veritate atque iustitia, inquit Augustinus, neque absconderent bona quæ erant accepturi: sed liberaliter, ad Domini sui gloriam & salutem hominum, proferrent: Nunc verò ceu per occupationem, auctore Chrysofomo, eos monet ac docet de doctrinæ genere: nè suspicentur id esse contrarium doctrinæ prophetarum & legis per Moysen traditæ, imò complementum illius esse & perfectionem. Eam autem suspensionem amoliri, non tantum propter Iudæos erat opus, ut monet Chrysofomus, verum etiam propter hæreticos quosdam, quos non puduit fingere persuadere, imperitis, illam legem non à DEO, sed diabolo esse profectam. Quod si verum esset, CHRISTVS certe nequaquam eam reciperet absoluendam, sed potius abolendam: quippe qui ad hoc venit, ut diaboli tyrannidem euerteret. Sed videamus quomodo legem & prophetas compleuerit CHRISTVS. Prophetas quidem, inquit Chrysofomus, quia ea quæ de ipso dixerant, operibus cuncta firmavit. Propterea toties apud Evangelistas, maxime verò hunc nostrum Mattheum repetitur, ut impleretur quod dictum est per prophetam.

Matth. 3.

Porrò lex multis modis completur: Quod quo luculentius explicemus, partiamur eam in triplicia præcepta: Cærimonialia, iudicialia, & moralia. Cærimonialia, quæ sunt de sacrificijs, purgationibus, cibis prohibitis, ut de non edendo lepore, porco, & multa his similia. Hæc omnia implevit Dominus IESVS: principio quidem secundum literam, nè esset offendiculo Iudæis, sed (quemadmodum ipse ad Iohannem Baptistam ait) ut impleret omnem iustitiam. Deinde secundum spiritum, factus ipse victima, & (ut ait Iohannes Apostolus primæ epistolæ capite secundo) propitiatio pro peccatis nostris, aqua & sanguine de sacro suo latere promanantibus nos purificans. Atque illi quidem ritus tantquam umbræ quedam euanuerunt, nimirum orta iam ipsa luce, veritate succedente figuræ, fructu folijs, rege viuo pictæ imagini.

Porrò iudicialia illa, qualia sunt de seruis, ancillis, furtis, homicidijs, parricidijs, ralionibus, & similibus, adeo erant græua & intolerabilia, ut de his potissimum

dixerit Petrus Actor, decimo quinto: Quid tentatis DEVM, imponere iugum super ceruices discipulorum, quod neque nos, neque patres nostri portare potuerunt? Idem per manus Moysi degrauatæ significatum est Exodi decimo septimo. Erat autem hac parte lex intolerabilis non tantum acerbitate penarum, verum etiam multitudinem & obscuritate præceptorum, quippe quæ à studiosis recensita, comperta sunt sexcenta tredecim. Hæc omnia clementissimus piensissimisque Dominus noster à nostris ceruicibus in suos humeros sustulit, pro nobis omnia mandata quidem faciens, penas autem transgressionum, nobis iusto DEI iudicio debitas, dependens: ut merito, gustato iam in cruce aceto, dixerit: Consummatum est. Prò iugo durissimo illo adeoq; intolerabili, nobis suavissimum mansuetudinis & charitatis fraternæ iugum imposuit, dicens: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Tollite iugum meum super vos, & discite à me, quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris. Matthæi vndecimo. Imò verò, quod merito admiratur Chrysofomus, non modò ipse pro nobis legem hac parte implevit, sed idem istud nobis quoque facere donauit: quod Paulus significando, dicebat: Quoniam finis (vel perfectio) legis CHRISTVS, ad iustitiam omni credenti. Et peccatum illud damnasse dixit in carne, ut iustificatio legis impleretur in nobis, qui non secundum carnem ambulamus. Et rursus: Legem igitur destruimus per fidem? Absit, sed legem statuimus. Quia enim studebat lex hominem facere iustum, atque ad hoc inueniebatur infirma, veniens CHRISTVS, & per fidem certissimum modum iustificationis inducens, voluntatem legis implevit. Quod enim illa non potuit, hoc per fidem ipse confecit: propterea quoque dixit, Non veni solvere legem, sed adimplere. Per fidem enim consequimur, ut transgressio quidem quam fecimus, nobis non imputetur: impletio autem, quam non fecimus, imputetur, nimirum sacramento mirabili vnum effectis cum illo, qui ne in minimo quidem transgressus est: omnia autem quæ mandata sunt, implevit. Atque hoc est quod ait Apostolus Romanor. octauo: Nihil ergò nunc damnationis est ijs qui sunt in CHRISTO IESU, qui non secundum carnem ambulant. Iam quod ad

Mora-

Moralia attinet, ea continentur Decalogo Exodi vigesimo, comprehensa tamen duobus illis summis mandatis de diligendo DEO & proximo, Deuteronomij sexto, & Matthæi vigesimo secundo: Ab horum obseruatione minime sumus liberati, sed exiguntur à nobis, acriter etiam, quam ab ipsis Iudæis: adeo ut Dominus Iesus hoc peculiariter suum mandatum nominet, ut diligamus nos mutuo. Quo præcepto legem, alioquin imperfectam, perfecit: qui est tertius ille modus complendi legem: id quod diligenter obseruauit ac docuit Chrysofomus. Quis enim non videt, quanto perfectius sit, ne irasci quidem fratri suo, quam non occidere? Atque hæc dilectio tanquam anima est eius, de qua locutus sumus, fidei: quippe sine qua illa mortua est, teste Iacobo. Et Iohannes expressè dixit: Qui non diligit fratrem, manet in morte. Et Paulus Romanorum decimo tertio, Nemini quicquam debeatis, nisi ut inuicem diligatis. Qui enim diligit proximum, legem impleuit. Nam, Non adulterabis, Non occides, Non furaberis, Non falsum testimonium dices, Non concupisces: & si quod est aliud mandatum, in hoc verbo instauratur, (vel ut alius vertit, summam comprehenditur) Diliges proximum tuum sicut teipsum. Dilectio proximi, malum non operatur. Plenitudo ergò legis est dilectio: Per omnia itaque legem & prophetas compleuit CHRISTVS. Nam quod prophetae prophetarunt, & lex sacrificiorum cærimoniarumque figuris præfigurauit, ipse ipsa præstitit. Mandata verò, quibus annexa est transgressionis pena, ipse per omnia seruauit, adeo ut constanter Iudæis in faciem dixerit: Quis ex vobis arguet me de peccato? Iohannis octauo. Et ad discipulos, Iohannis decimo quarto: Venit princeps mundi huius, & in me non habet quicquam. Penas verò, ad quas nos propter transgressionem iusto Dei iudicio fuimus condemnati, ipse innocentissimus, tanquam nocens, pro nobis dependit. Nos autem per sacramenta fidei sibi incorporauit, ut suam obedientiam & impletionem legis, nostram faceret. Nè verò in pristina mala reuoluamur, vniuersam legem rededit ad vnum præceptum charitatis: qua nihil neque salubrius, neque iucundius præcipi potuit. Hoc autem ut præstare possimus, effudit in nos spiritum sanctum, qui ostensa illius immensa in nos charitate, pectora quoque nostra charitatis igne accendat. Charitas enim Dei, inquit Paulus, dif-

fusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis. Quando verò charitas illa, dum carnem hæc mortalem circumferimus, non est tam perfecta in nobis, ut per voluntatis arbitrium non relabamur interim in peccata: addidit & huic malo remedium, iubens nos clamare ad patrem, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Quam orationem, inquit Augustinus, vsque in finem seculi tota dicit Ecclesia. Omnia ergò mandata, facta deputantur, quando, quicquid non sit, ignoscitur. Ut autem ignoscatur, etiam ipse filius non desinit pro nobis interpellare apud Patrem. Hoc enim nos docet Iohannes his verbis: Filioli mei, hæc scribo vobis, nè peccetis: sed & si quis peccauerit, aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum iustum, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris. Hæc de impletionem legis ex ipsis scripturis diuinis, atque harum eximij interpretibus ita disseruimus, ut sperem facile vel à pueris intellecturi, & ab illis qui sunt ingenue docti, & æqui iudicij viri, non improbanda: præsertim si & ea meminerint huc pertinere, quæ supra de penitentia disseruimus.

Lib. 1. Re- tract. ca- pit. 19.

1. Iohan. 2.

Amèn quippe dico vobis, Amèn, asseuerandi particula est.

Donc transeat calum & terra, Promittuntur nobis, inquit Hieronymus, cæli noui & terra noua, quæ facturus est Dominus Deus. Quo significat, auctore Chrysofomo, quod totius mundi figura mutanda sit. Nec verò id ipsum simpliciter posuit: sed ut auditorem doceret, atque ostenderet, perfectiorem se introducere disciplinam. Siquidem transfiguranda cuncta omnino creatura, & hominum genus ad alteram patriam sit vocandum, atque ad sublimioris vitæ gloriam præparandum. De qua transfiguratione sic loquitur apud Esaiam: Ecce ego creo cælum nouum & terram nouam, & non erunt in memoria priora &c.

Tota vnum, aut vnum apèx &c. Ex figura literæ ostenditur, inquit Hieron. quod etiam quæ minima putantur in lege, sacramentis spiritualibus plena sint, & omnia recapitulatur in Euangelio. Cuius ergò eruditiōis est, cuiusque doctrinæ, etiam diuersa sacrificia, & quæ superstitiosa videntur in victimis, quotidie demonstrare compleri? Augustinus tamen non minus commodè hæc de per-

fectiss.

fectissima obseruatione mandatorum interpretatur. Cuius interpretationem confirmat, quod in textu sequitur:

Qui ergo soluerit unum &c. Sed nos iam de omni impletiōe legis satis luculenter, vt opinor, differuimus. Illud verò prætereundum non est, quod diligenter admonet Chryso- stomus, quòd pœnas has committatur Dominus, non tam transgressoribus legis Mo- saicæ, quàm suæ, id est, Euangelicæ, quam hîc aggreditur statuere, quæ est lex chari- tatis, perfectio illius Moisaicæ: vt paulò antè ostendimus, & satis elucescit ex ipsius Euā- gelij verbis.

Demandatis istis minimis. Minima vocat mandata sua, modestiæ causâ, vt Chryso- stomo placet, vt suo exemplo nos doceat, nè de nostris rebus arroganter loquamur. Quòd si quis tamen malit minima intelligere, per comparationem ad ea, quæ sunt grandio- ra inter mandata Dei, etiam in lege Mo- saica tradita, (de moralibus loquor decalogo contentis) huic succurrerit suffragium Au- gustini, monentis tale quiddam per iota & apicem significari.

Et docuerit sic homines. Illud sic, bifariam intelligi potest: principio, sic, id est, vt & illi quos docuerit, soluant: in quam sententiam accipit Chryso- stomus, ita scribens inter cæ- tera: Ceterum quanam esset hæc ratio, vt ille quidem qui fratrem suum vocasset fa- tuum, vnumque mandatum soluisset, iret in Gehennam: hic verò, qui & mandatum solueret, & nõ solueret solum, sed ad ipsum alios etiam induceret, esset tamen vel mini- mus in regno. In eandem sententiam in- terpretatur Augustinus (in hunc sermo- nem Domini) his verbis: Qui ergo solue- rit, & docuerit sic, id est, secundum id quod soluit, non secundum id quod inuenit & legit. Alij interpretantur, sic, id est, vt quod docet, non faciat. Quo sensu, etiam ab ipso Augustino accipitur de Ciuitate Dei libro vicefimo, cap. nono, vbi sic scribit: Vtrunq; dicit in regno cælorum, & qui non facit mæ- data quæ docet: hoc est enim soluere, non seruare, non facere: & illum qui facit, & sic docet: sed istum minimum, illum magnum. Illud verò sciendum, quòd Augustinus illic per regnum cælorum, ex his Domini ver- bis intelligit Ecclesiam, quæ hîc in terris ad- huc militans, malos habet admixtos bo- nis. Nam in illud regnum cælorum, de quo

Matthæi vicefimo quinto dicit, Venite be- nedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum: ille qui non facit mandata quæ do- cet, non ingreditur. Ideoque ne minimus quidem in illo esse poterit. Id quod luculen- ter etiam explicuit Augustinus Tractatu centesimo vigesimo secundo in Euangeli- um Iohannis. Illud enim regnum, est Ecclē- sia cum CHRIS-TO in cælo triumphans. Chryso- stomus quidem paulò aliter videtur loqui: sed si quis attentius legat, videbit, ni fallor, non fore vsque adeò difficile, il- lum cum D. August. conciliare. Certè vter- que piè interpretatur verba Domini. Vtrò- que verò lenius paulò Paraphrastes: In re- gno cælorum, inquit, qui soluerit vel vnũ ex his præceptis minimis, quæ nunc addo præscriptis Moisaicæ legis, quum tamen do- ceat obseruandum, quod ipse per imbecilli- tatem nõ præstat, minimus & contempti- simus habebitur: adeò, vt ni profecerit ad meliora, profus excludendus sit ab Euan- gelico contubernio.

Qui autem fecerit & docuerit. Sicut enim docere absque operibus, condemnat docen- tem, inquit Chryso- stomus: ita facere qui- dem, nec tamen alijs facienda suggerere, nõ parũ de illa plena mercede decerpit. Opor- tet igitur in vtroque esse perfectum. Quòq; primùm se aliquis ipse correxerit, tunc eun- dem etiam erga ceteros congruit fieri di- ligentem.

Nisi abundauerit iustitia vestra &c. Iusti- tiam hîc non vnam aliquam virtutis speci- em dicit: sed vniuersam virtutem, authore Chryso- stomo. Sic enim sæpissimè in scri- pturis diuinis hoc vocabulum sumitur.

Plusquàm scribarum & pharisæorum. Opti- mè hîc monet Chryso- stomus, vt attentius gratiæ augmenta consideremus: quæ admo- dum scilicet rudes adhuc discipulos, veteris legis obseruatoribus velit esse meliores. Scribas hîc enim atque pharisæos, non ini- quos, vt putatur, appellat: sed eos qui legis præcepta custodiunt. Neque enim illos qui non custodirent, diceret habere iustitiam: neque ei quæ non esset, eam quæ esset, iusti- tiam compararet. Perspice igitur etiam, quemadmodum hoc loco legem constituat antiquam, dum eam confert nouæ. Ità Chryso- stomus. Huic consonat quod Au- gustinus in hunc ipsum sermonem ait: Iu- stitia Pharisæorum est, vt nõ occidant: iustitia

iustitia eorum qui intraturi sunt in regnum cælorum, vt non irascantur sine causa. Mi- nimum est ergò, non occidere: & qui illud soluerit, minimus vocabitur in regno cæl- orum. Qui autem illud impleuerit, vt non occidat: non continuò magnus erit, & idoneus regno cælorum: sed tamen ascen- dit aliquem gradum. Perficietur autem, si nec irascitur sine causa. Quod si profecerit, mul- to remotior erit ab homicidio. Hæc ibi Au- gustinus. In Retractionibus tamen, & ali- quot alijs locis, interpretatur de scribis & pharisæis, qui dicunt & non faciunt. Sed mo- uet nos non tantum authoritas Chryso- stomi, verum etiam argumenta quibus senten- tiam suam confirmat. Quibus & illud luculē- ter ostenditur, quod supra docuimus, nempe charitatem esse impletionem perfectionemq; legis. Et hanc multò grauius à nobis exigi, quàm exacta sit à patribus, qui fuerunt sub le- ge veteri. Maiora enim à nobis requiruntur cœramina, quàm ab illis, inquit Chryso- stomus, quia nobis maiora sunt proposita præ- mia, & eminentior data spiritus sancti gratia. Non enim iam lacte ac melle manas terra promittitur, nõ senectus vberior, nec nume- rositas filiorum: non frumenti viniq; co- pia, non ouium atque armentorũ greges: sed cælum, & ea quæ sunt in cælo bona, & filio- rum adoptio, & cum vnigenito iuncta frater- nitas, & societas hereditatis: & glorificari, & conregnare, & præmia illa quæ promittuntur innumera. Præterea lex illa dabatur rudibus tãquam pædagogus pueris. Hæc aut iam spi- ritu Dei doctis, adultis, atque fortibus viris. Fugendi sunt itaque magis quàm vlla pestis, qui vulgus imperitum seducunt, persuadentes opera charitatis non exigi à nobis, tanquàm necessaria ad salutem, sed tanquàm symbola quædam fidei. Si enim nemo sine his potest ingredi in regnum cælorum, quomodo pote- rit salutem consequi? In synagogam Iudaicam non admittebatur, manifesto flagitio con- taminatus. Et tu, putas Christum in regnum suum recepturum eum, qui nõ habeat animum ab omni quidem vitiorum labe repurgatum, charitate autem tanquàm veste nuptiali exor- natum? Quamquàm vbi charitas est perfecta, nihil est à peccatis periculi. Hæc enim nemini malum operatur, vt supra dictum est: & mul- titudinem peccatorum operit, 1. Pet. 4.

Audistis quia dictum est antiquis, Non oc- cides. Chryso- stomus expendit, quare non dixerit, Ego dixi: vel, Pater meus dixit. Ve- rum hæc qui volat, legat aptud ipsum Chryso- stomum. Illud verò magis ad rem, quòd mo-

net Augustinus de ciuitat. Dei libro primo, ca- pite vigesimo, hoc præcepto etiam volunta- riam mortem prohiberi. Nam & illi homici- dæ sunt, qui semetipsos occidunt. Non autem prohiberi cædes brutorum animalium, neque herbarum & fructuum, vt Manichæi somnia- bant: quòd hæc non habeant rationem nobis- cum communem. Neque eorum hominum, quos vel magistratus secundum leges: vel pri- uati etiam homines, expressè à DEO iussi, occidunt. Vnde non peccant contra hanc le- gem, qui iusta ac necessaria bella gerunt: aut qui magistratum gerentes, de facinorosis sup- plicia sumunt. Et Abraham non tantum non reprehenditur, verum etiam laudatur, quòd gladium strinxit in filium: quia iussus à Deo. Et Samson excusatur, quòd seipsum cum ho- stibus ruina domus oppressit: quia spiritus latenter hoc iusserit. Talia enim non fiunt ex ira aut odio contra charitatem, sed ex offi- cio & iussu Dei secundum charitatē. Charitas enim Dei postulat, vt eius iussis obtemperemus: charitas proximi, vt puniēdis sceleribus, innocetiam defendamus: quod præcipuè ma- gistratum est officium.

Omnis qui irascitur fratri suo. Monet hîc Chryso- stomus, quòd Dominus his verbis no- luerit profus extinctum affectum iræ: quòd homo ne possit quidem in totum ab eiusmodi passionibus esse liber: satis esse, si regere il- las possit. Quod si faciat, adeò non nocere, vt magnoperè etiam profint. Hoc probat ex- emplo Pauli, cum ita Corinthios & Galatas à perniciosissimis erroribus ereptos seruauit.

Vnde & Diuus Bernardus inquit: Nimium affectio naturalis ira hominum est: sed abu- tentibus bono naturæ, grauis perditio est, & miseranda pernicies. Occupemus illam fra- tres, in quibus expedit: nè forte ad inutilia il- licitaque prorumpat. Quum itaque non omnem iram hîc prohibeat Dominus, operæ precium fuerit vel paucis indicare, quid sit ira, quæ eius species: & quæ illa, quàm nõ fert in suis discipulis Dominus. Diuus Augustinus in Epistola centesima decima quinta, quæ est ad Nebridium, ait iram esse turbulentum ap- petitum auferendi ea, quæ facilitatem actio- nis impediunt. Itaque plerunquè non homi- bus tantum, inquit, sed calamo irascimur in scribendo, eumque collidimus atque frangi- mus: Et aleatores tesseras, & pictores penicil- lo, & cuique instrumento quilibet, ex quo difficultatem se pati arbitrantur: quam iram puerilem vocat Seneca. Quamquàm verò hî motus non statim peccata sunt, vitandi tamen sunt, etiam ex medicorum consilio, quòd

Gen. 12.

Iudic. 16.

In Psal.

Qui habet

tat in ad.

iut. alt.

sermone

13.

quod hac affiduitate irascendi fel crescat: cuius incremento fit, vt facile ac propè nullis existentibus causis, irascamur. Ita quod suo motu animus fecit in corpore, ad eum rursus commouendum valebit. Senecæ definitio paulò propius accedere videtur ad id, quod hinc agitur: Ait enim iram cupiditatem esse pœnæ exigendæ. Cui nō est dissimilis definitio Aristotelis, iram esse cupiditatem doloris repouendi. Ea cupiditas si recta ratione regatur, parùm differre videtur ab illo luctu, de quo supra diximus: quem qui lugent, beati pronunciantur à Domino. quid enim salubrius est homini in peccatum prolapsò, quàm sibi ipsi irasci, à semetipso pœnam exigere, quum teste Apostolo, hac ratione effugiat iudicium Dei? Quod si nosmetipsos diiudicemus, inquit, non vtiq̃e iudicaremur. Item, si videat alios etiam homines scelerata vita gloriam Dei obscurare, innocentes opprimere, Ecclesiam Dei contristare, seipos perdere: an non iustissimè irascatur? Satis nos docent exempla Phinées Nu. 25. & Matathia 1. Machab. 2. Vnde Ambrosius inquit lib. 1. officiorum: Irascimini, vbi est culpa, cui irasci debeatis. Hæc ira ad eò peccatum non est, vt peccatum sit ea vacare: maximè verò eos, qui magistratus gerunt. Exemplo est Achab: qui, quod pepercerit Benadab, audiit à Michæa propheta: quia dimisisti virum dignum morte de manu tua; erit anima tua pro anima eius, & populus tuus pro populo eius. Hæc ira vbi non fuerit, inquit Chrysofomus, neque doctrina proficit, neque iudicia stant, neque crimina compefcuntur. Tertiò vulgaris quædam ira est, non tam vindictæ cupiditas, quàm animi impatientia: vitium quidem, sed non statim capitale, nisi modum rationis excedat. Nam quidam etiam in blasphemias erumpunt: quo nihil est capitalius. Pleriq̃e propter calidius temperamentum corporis & ardorem cholæræ facilius excandescunt. Hi si rationis imperio statim motibus illis occurrant, neque finant erumpere quò nituntur, ad eò non peccant, vt laudem etiam promereantur. Sin voluntatis arbitrio illis acquiescant, contra præceptum prophetæ dicentis, Declina ab ira, & derelinque furorem: vt iam meditentur vindictam, idque contra legem charitatis, quæ vetat proximo facere malum: peccatum fit, idque eo grauius, quo longius à charitate receditur. Nam vt quis citra peccatum, saltè lethale, potest per magistratus secundum leges vitam suam, famam, & opes defendere, aut erepta recuperare: ita semper cauendum est, nè id fiat libidine vindicandi perdendi que aduersarium, sed potius huius corrigendi, publicæ que discipli-

1. Cor. 11.

3. Reg. 20.

Psal. 36.

næ conferuandæ causa: quorum interitus semper nobis grauius dolere debet, quàm nostra priuata damna aut incommoda. Porro qui non in aliud suscipiunt lites, quàm vt eos à quibus sibi videntur læsi, euertant: non effugient iram & iudicium Dei, quia contra charitatis legem irascuntur proximo. Docendus potius est proximus, vt ab iniustitia sua recedat, quàm perdendus. Id si citra lites inter te & ipsum placidis verbis & sanis rationibus queas efficere, hoc quidem omnium fuerit optimum. Id si nequeas, tentandum per arbitros. Quod si ne hoc quidem succedat, extremum remedium est, vt per magistratus experiaris: non odio hominis, quem semper, quantum quidem in te est, seruare studebis: sed peccati quidem odio, publicæ autem discipline & pacis amore. Indulgere autem tuo affectui, & contempta autoritate publicæ potestatis, pro tua libidine vindictam sumere, nulla ratione tibi conceditur. Optimè enim dixit Seneca, Castigationem non nocere, sed mederi specie nocendi: exemplo medici fidi atque periti, legum præsidem ciuitatis que rectorum decere, quàm diu potest, verbis, & his mollibus, ingenia curare, vt facienda suadeat, cupiditatem que honesti & equi conciliet animis: faciaturque vitiorum odium precium virtutis: transeat deinde ad tristiore orationem, quæ moneat adhuc & exprobrat: notissimè ad pœnâs, & has adhuc leues & reuocabiles, decurrat. vltima supplicia sceleribus vltimis ponat: vt nemo pereat, nisi quem perire, etiam peruentis interfit. Hoc vno medentibus erit dissimilis, quòd illi, quibus vitam nō potuerunt largiri, facilem exitum præstant: hic damnato, cum dedecore & traductioe, vitam exigat: non quia delectetur illius pœna, (pròcul est enim à sapiente tam inhumana feritas) sed vt documentum omnium sit, & qui alicui noluerunt prodesse, morte certè eorū resp. vtatur. Hæc Seneca cap. quinto & sexto de ira.

Qui tamen in hoc à nobis dissentit, quòd Stoicos secutus, iram negat vllà cadere in sapientem. Castigationem illam nō ira fieri, sed sincera ratione. Aristoteles negat sine ira fieri posse. Nos ea disputatione illis relicta, iram dicimus, non solum cum Doctoribus Ecclesiæ Catholicæ, verum etiam ipsis biblijs sacris, vindictam non tantum hominis, sed & ipsius Dei. Non quòd affectibus hunc perturbari putem, ablit, sed quòd innumeris penè locis de eo sic loquatur scriptura. quare ad propositum reuerfi, dicamus qua ira nos irasci vetet Dominus. Hæc est, quæ voluptatem capit ex malo proximi, etiam eius à quo læsus est is qui

qui irascitur. Maximè autem execrabilis illa est, quæ ex inuidia seu emulatioe nascitur aduersus innocetiam. Qualis fuit illa, qua Cain exarsit in fratrem suum Abelem iustum, Genes. 4. Vtraq; capitale peccatum est: habetq; gradus quosdam, quibus paulatim intèditur, vt hic docet Dominus. Quorum primus est meditatio vindictæ, quæ hominem facit obnoxium iudicio, non quidem humano, sed diuino, vt placet Ruperto Abbati. Deus enim perspicit quid sit in corde hominis, videt que, vtrum eam vindictam meditetur secundum charitatem, quòd velit correctum proximum, publicamq; disciplinam ac pacem conferuatam: an ex odio, acerbitate, aut petulantia. Nonnulli tamen iudicium hinc condemnationem intelligunt: quòd Exodi 21. scriptum sit, Qui percusserit hominem, volens occidere, morte moriatur. Verum ibi adijcitur: Qui autem non est insidiatus, sed Deus illum tradidit in manus eius: constituam tibi locum, in quò fugere debeat. Vbi vides, non simpliciter condemnari eum qui occiderit: sed causam eius iudicari, quo animo occiderit. Quare malo iudiciu intelligere, & Augustinus intelligit, quum ait: Nā in iudicio adhuc defensionis datur locus. Porro si motus hic animi sese vel gestu, vel voce prodatur, (quod significat Dominus quum ait, qui dixerit fratri suo rhaca. nā נָפְלָא, quam indignantis interiectionem esse, à quodam Hebræo se audiuiffe scribit Augustinus, à quo non abludit interpretatio Chrysofomi: deriuatum esse putant à נָפְלָא, quod sputum, i. saliuā significat: vt prope modum idem fit cum eo, quod in cõtumentiam alicuius expuètes dicimus, φύψυ.) iam, quia signa edit læsæ charitatis, ipsis etiā hominibus manifesta, obnoxius præterea fiet concilio, i. iudicio humano, ita vt etiam ab altari Domini iure amouetur, inquit Rupertus, donec & satisfaciatur Deo, & reconcilietur fratri suo. Cui interpretationi & Chrysofomus suffragatur. Ait enim: Concilium hinc iudiciu Hebræorum vocauit. Augustinus Concilium accipit, in quo, quum de peccato constat, de pœna disceptatur. Quòd si in apertum etiam conuicium proruperit ira: qualia sunt, fatue, fur, latro &c. neq; id eò, quòd talis sit ille, in quem dicitur, quodque emendatum cupiat is qui dicit, sed ex conuiciandi libidine: hic iā tam longè recessit à charitatis lege, vt manifestè filius sit gehennæ, si modò absq; pœnitentia in eo furore perierit: quod subintelligendum esse monet Rupertus. Quòd si quis nobis obijciat, Christum ipsum videri suam

hanc legem esse transgressum Matthæi 23. vbi scribas & pharisæos vocat stultos & cæcos, & Lucæ 24. duos discipulos in Emaus proficiscentes, stultos ac tardos corde, Et Paulus Galatas apertè stultos appellat Galat. 3. facilis est resposio, illos id non fecisse sine legitima causa, sed vt eos corrigerent. Neque hinc simpliciter dicitur, qui irascitur fratri suo, sed adijcitur, temerè. Quod quanquam Diuus Hieronymus & Augustinus admonent in vetustis codicibus non esse, Chrysofomus tamen legit, & qui eum secuti sunt Græci, & Diuus Augustinus indicat subintelligendum esse, si non sit expressè ascriptum, libro primo Retract. capite decimono. Verba eius sunt: Codices Græci non habent, sine causa, sicut hic positum est, quanuis ipse sit sensus.

Obnoxius erit Gehenna ignis &c.]

Is locus est in forte tribus Benjamin, sed ab impijs possessus: in quo filios exustos igni, deueiebant & immolabant demonio Moloch, quemadmodum ethnici nonnulli Saturno. Is vocabatur rhyphet, situs in val impositu. Quod nomen illi à tympanie erat rhyphet, quoniam sacerdotes Moloch tympana pulfabant, ne pueri transeuntes per igne ad brachia Moloch, à parentibus audiretur, & eorum viscera comouerent. Ipsum autem idolum Moloch concauum erat, capite vitulino, manus habens hominis vigesimo extetas inter duos ignes, ad quod impellebantur pueri inter eius brachia comburendi, vt gratum fieret illi sacrificium. Sed de loco apud Iudæos Hanc annotationem marginalem non os execra distaui.

bilis habebatur. Solebant in eum cadauera, & quicquid sordium Hierosolymis erat, efferre: & apud euangelistas vsurpatur pro loco, in quo cruciantur impij, quod fit apud inferos. Illis enim ceu mundi excrementis, locus in ciuitate sanctorum esse non potest. Meminit & Ieremias cap. 7. Item 15. & 32. & in comment. Hieronymus, in illud ipsum Ieremiæ caput.

Si ergo offers munus tuum ad altare.] Monet Chrysof. vt diligenter attendamus, quanti faciat oeus charitatem fraternam: quippe quam suo etiam ipsius honori præferat. Quinetiam supplicia quæ paulò antè violatoribus charitatis est comminatus, nequaquam odio nostri comminatum esse, aut quòd malis nostris delectetur: sed vt pro incredibili sua, qua nos complectitur, dilectione, à malis & supplicijs nos seruet. Porro per munus intelligimus synecdochicòs, quicquid Deo gratum facere studemus: siue prophetiam, inquit Augustinus, siue doctrinam, siue orationem, siue hy-

1. Cor. 13.

num, siue psalmum, siue quicquid donorum spiritualium animo occurrerit. Nullum enim tam sanctum esse potest officium vitæ, quod gratum sit habiturus Deus, si non sit commendatum charitate fraterna. Vnde Apostolus: Si linguis hominum, inquit, loquar & angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum velut æs resonans, aut cymbalū timiens. Et si habeam prophetiā, & nouerim mysteria omnia, omnemque scientiam, & si habeam omnem fidem, adeo ut montes loco dimoueam, charitatem autem non habeam, nihil sum. Et si in sumam in alimoniam omnes facultates meas, & si tradam corpus meum ut comburam, charitatem autem non habeam, nihil utilitatis capio. Quapropter & summum illud atque tremendum sacrificium, quod Ecclesia catholica quotidie offert, symbolis constat charitatis: Panis enim ex multis granis vnus est, & vinum ex multis botris vnus: & aqua vino admixta potus vnus, ut erudiamur nos per ea sacramenta vnū fieri & cum Deo, & cum proximo: quā vnitate sine charitate consistere, est impossibile. Vnde qui hanc non habet, nihilominus de illo pane edūt ac de calice bibunt: nimirum quod eius rei symbola sumant, cuius ipsi sunt hostes. Nequaquam enim recipit illa mensa eos, qui per aliquas inter se inimicitias dissident, inquit Chrysostomus. Audiant hæc, qui sacris mysterijs initiati, cum inimicis ad communionem altaris accedūt. Audiant etiam illi, qui nondum initiati sunt. Nam ad ipsos quoque habet aliquid sermo iste commune. Offerunt nanque & ipsi munus & hostiam, orationem dico & eleemosynam. Quid multis? Quāto per se ad salutem necessaria charitas, vel hoc satis indicat Dominus, quod principio tanta cum grauitate ac seueritate præcipit, ne eam vel in minimo violemus: Deinde, si per imprudentiam aut infirmitatem alicubi forte fuerit violata seu læsa, ut citra vllam moram sarciamus, reconciliemusque; propterea nimirum neque prius te munus offerre patitur, & postea reconciliari fratri: neque munus tecum ab altari referre, ut dilato sacrificio, iram foueas: sed ut relictum illic munus, ac te expectans, ad maturandum reconciliationem te cogat. Hanc reconciliationis accelerationem & Paulus à nobis exigit, quum scribit ad Ephesios, Sol non occidat super iracundiam vestram.

Ephes. 4.

Queritur autem, num hoc præcepto à nobis exigat Dominus, ut illum etiam fratrem reconciliemus nobis, qui dissidet à nobis, non quod per nos læsus sit, sed quod per iniuriam nos lædat. Augustinus putat hoc non exigi. Verba eius sunt: Si in mentem venerit, quod ali-

quid habeat aduersum nos frater, id est, si nos eum in aliquo læsumus: tunc enim ipse habet aduersum nos. Nam nos aduersum illum habemus, si ille nos læserit, vbi non opus est pergere ad reconciliationem: non enim veniam postulabis ab eo, qui tibi fecit iniuriam: sed tantum dimittis, sicut tibi dimitti à Domino cupis, quod ipse commiseris. Pergendum est ergo ad reconciliationem, quum in mentem venerit, quod nos forte fratrem in aliquo læsumus. Chrysostomus verò contendit de reconciliatione ea accipiendum esse, qua reconciliamur illi qui nos læsit, ideoque non esse dictum, reconcilia tibi fratrem tuum, sed reconcilia fratri tuo. In qua sententia & Hieronymus esse videtur. Ait enim, ut durior reconciliationis tibi imponatur necessitas. Quis enim non videt, quanto sit (secundum hominem quidem animalium) durius, placare illum qui nos læsit, quam quem læsumus nos? Et tamen charitas Christiana vtrunque postulat. Nam reconciliare illum quem nos læsumus, etiam ethnici æquum esse, & fieri solere intelligunt. Vtrò verò ad reconciliationem inuitare eum qui nos læsit, hoc demum perfectionis est Christianæ: cuius exemplum habemus ipsum Christum. Is enim quantis beneficijs, quantoque impendio reconciliauit nos, qui feceramus iniuriam. Ingenua charitas multo grauius fert dissidium inter se & proximum, quam damnum ab illo illatum. Neque hoc negaret ipse Augustinus. Nam quod ait, Non enim veniam postulabis ab eo qui fecit iniuriam, nihil aduersatur sententiæ Chrysostomi. Neque enim tam desipuit Chrysostomus, ut putaret Dominum à nobis exigere quæ sunt absurda. Dicit, Quomodo igitur reconciliabimur ei? Principio, ut ex animo illi ignoscamus iniuriam: quod & Augustinus exigit, quum superioribus illis subiicit: sed tantum dimittis, sicut tibi dimitti à Domino cupis, quod ipse commiseris. Deinde, ut DEVM pro eo deprecemur, exemplo Christi & Stephani: de quo & præceptum audiemus sub finem huius capituli, iuxta Græcam editionem: Bene precemini deuouentibus vos. Quod quum de inimicis præceptum sit, quanto magis debemus pro fratribus in nos peccantibus orare? Tertio, ut vel per te, vel per alios eum doceas placidis & amicis rationibus iniuriam suam intelligere, iuxta illud: Si peccauerit in te frater tuus, vade & argue eum inter te & ipsum &c. Matthæi decimo octauo. Postremo, ut beneficijs illum cumulando vincas, quemadmodum docet Apostolus Romanorum duodecimo: Si igitur esurit inimicus tuus, pascere illum: si sitit, da illi potum. Hoc enim si feceris, carbonem

ignis

ignis coaceruabis in caput illius. Hoc est, & illum accendes igne charitatis, ut ex hoste factus amicus, discat vicissim benefacere. Nam in hanc sententiam interpretatur Augustinus in Psalmū septuagesimo octauo. Et Dominus ipse paulo post in hoc ipso capite præcipit, dicens: Benefacite his qui oderunt vos.

Sed iniicitur & alius scrupulus. Sæpe fit, ut frater ille qui habet aliquod aduersum nos, vel longius absit, vel ita affectus, ut subitam reconciliationem non recipiat. Quid itaque hic faciendum? Audiamus Augustinum, suadetem, ut quod pedibus corporis ire non possumus, eam animi motibus. Quod si maxime sit præsens frater, sed occasiones desideres idoneas ad reconciliandum, ne imprudenter vulnus curando reddas deterius: satis est, si eum sinceræ dilectionis affectu complectaris, donec reliqua temporibus, occasibusque opportunitis perficias. Neque enim sine tropo locutus est Dominus, quo serio, grauius ac seuerissime præcipit, ut summa diligentia caueamus, ne quid odij sit aut dissidij inter Christianos: & si quid ortum fuerit, ut quam citò fieri potest, tollatur. Murus est inexpugnabilis, charitas. Qui scubi ruptus fuerit, aditum præbet hosti diabolo. Hinc est, quod ille nihil pertinacius oppugnat, quam huc murum: & princeps noster CHRISTVS hunc supra omnia nobis defendendum mandauit.

Esse consentiens aduersario tuo citò &c.] D. Augustinus, & plerique alij tam Græci (quod indicat Chrysostomus) quam Latini, se in hoc torquent, ut per anagogen hæc interpretentur de caelestibus, spiritualibus, ac diuinis: dubitantes, quæ debeamus hic intelligere aduersarium, diabolum ne, an hominem, an carnem, an Deum, an præceptum Dei. Quorum studium ut pium est, ita luculentior simpliciorque interpretatio Chrysostomi videtur, omnia hæc de iudicijs & litibus humanis, quæ sunt more ciuili in hac vita, intelligentis. Cui apud Græcos Theophylactus subscribit: apud Latinos Diuus Hieronymus planè cōsentit, alias expositiones etiā palam reijciens. Quin & D. Ambrosius in 12. cap. Lucæ expressè dicit, Matthæum hic de reconcilianda pace dissidium fratrum esse locutum. Quamquam hic quidem, nescio quo casu, statim & ipse in illas anagogicæ expositionis salebras incidit. Nos hic sensum eum amplectimur, qui non modò simplicior est, verum etiam propius coniunctus, aptiusque coherens illi, quod summa grauitate ac seueritate hic agit Dominus, hoc est, ut doceat nos omni sublato dissidio, pacem & mutuam charitatem fouere & conseruare in hac vita. Illa verò hic moueri potest haud indigna

hac doctrina quæstio, vtrum Dominus iubeat nos hic benivolentiam facere cum illo aduersario, qui suo quidē iure, nostra verò culpa, nos in ius trahit, quod iustam litem aduersum nos habeat: an cum eo, qui nobis iniustam litem intendit, negocium exhibiturus, ut nos deprederetur? Hic respondemus iuxta sententiam Chrysostomi, Dominum hic illum potissimum intelligere, qui nobis iniustam litem intendit. Nam cum illo pacem facere, qui iustam contra nos habet actionem, nihil opus habet: tanto præceptore: quum quiuis ex plebe idem suadeat, & res ipsa nos facere cōpellat. Cæterum cum iniquo aduersario, conditionibus iniquis, nostroque vel graui dispendio rem transigere pacemque componere, potius quam experiri iudicium, hoc demum prudentiæ est Euangelicæ, dignumque quod doceatur à caelesti hoc nostro magistro Christo. Quamquam enim principio quidem durum videtur, quum tamen perpendis, quantum tibi sit expendendum in caudicos, in aduocatos, in notarios, in munera quibus fauorem iudicum ambias, quantum domi faciendum dispendij, quantum optimi temporis in maximis animi perturbationibus perdendum, quam capitalem tibi sis comparaturus hostem, si vincas: in quantas miseras & calamitates incidas, si fueris victus: ut sapissimè accidit inter homines, ut deteriori causæ succumbat melior: videbis quāto sit consultius, vel iniquissimis conditionibus litem componere, quam in tam inextricabilem difficultatum labyrinthum, in tam profundum malorum & periculorum barathrum descendere. Porro quod ad vocabula attinet, quem hic legitimus aduersarium, Græcè dicitur *ἐνδίκος*, quod non absolute aduersarium significat, sed aduersarium causæ siue litis. Quem autem ministrum, Græcè *ἐπιπέτης*, quod non quenuis ministrum, sed executorem sententiæ iudicis significat.

Quadrans est quarta pars assis: nummulus quem à tribus vncijs Plinius vocat triūcium, Cicero teruncium, ut monet Budæus. Nostrati moneta plus minus valet lubico Cliuensi.

Audistis quia dictum est antiquus, Non mæchaberis &c.] Hactenus audiimus, quomodo compleuerit Dominus præceptum de homicidio, nempe extirpatis ira & odio, ex quibus tanquam radicibus nascitur homicidium: & feminata charitate, quæ radix est omnis Euangelicæ pietatis. Nunc progreditur ad præceptum de adulterio, quod homicidio proximum est: neque vlla charitas arctior, quam ma-

f 2 trimonij.

trimonij. Videamus itaque, quomodo & hoc præceptum compleat. Præceptum ita habet: Non mœchaberis. Adiuncta erat pœna, ut si quis adulterium commisisset, lapidaretur à populo. Hinc sibi scribæ & pharisæi tanquam iustis placebant, si suis vxoribus contenti, abstinuissent ab alienarum complexu. Dominus autem non contentus prohibuisse suos discipulos à complexu, ab aspectu etiam impudico prohibet. Hinc enim haud aliter nascuntur adulteria, quam ex ira & odio homicidia. Et quemadmodum coram DEO est homicida, qui voluntatem habet occidendi: ita adulter est, qui voluntatem habet adulterium committendi. Quemadmodum autem ad homicidium primus gradus est, irasci: ita primus ad adulterium gradus est, concupiscere: quemadmodum illic secundus gradus est, dicere rhaca: ita hic, oculo lasciuo adspicere: quemadmodum illic tertius, dicere Fatue: ita hic, crebris procacibusque obtutibus oculos pascendo, tum tuum, tum alienæ coniugis animum ad adulterium sollicitare. Hoc est enim adspicere ad concupiscendum. Nam casu aut iusta de causa adspicere, nihil est peccati.

Porrò quemadmodum supra ex Chryso-stomi sententia retulimus, affectum iræ non esse malum, neque peccatum, si recta ratione regatur: ita in hunc locum idem Chryso-stomus monet, etiam ipsam concupiscentiam, hoc est, motum illum carnalem ad congressum Venereum, per se adeò nõ esse peccatum, ut vitiliter etiam sit instituta, ut propagetur soboles, inquit, & genus successione seruetur. Nostrum verò, hoc est, rationis officium est, eam compescere ac regere iuxta mandatum Dei. Qui vel sobolis procreandæ causa, vel quòd infirmitati carnis diffidant, nubunt in Domino, benè faciunt. Qui verò spiritu corroborati, mortificata concupiscentia hac, semetipsos castrant propter regnum cælorum, iuxta verbum domini, Matthæi decimonono, meliùs faciunt, ut inquit Apostolus primæ Corinthiorum septimo. Cæterum qui stupris, adulterijs, aut etiam incestis nuptijs indulgent, hi sunt quos & lex & Euangelium damnant. Diuus Augustinus doctissime luculentissimeque in hunc locum docet, tribus gradibus ad peccatum perueniri: suggestione, delectatione, & consensione: eosque per typum esse expressos in primo illo peccato Adæ. Suggestio enim tanquam serpens per corporis sensus secretò blandèque allabitur, & sollicitat appetitum. Appetitus autem carnalis tanquam Eua, sollicitat rationem tan-

quam virum, ut secum fruatur eo quod suggestio offert. Cui si consentiat ratio, iam in corde patratum est peccatum.

Porrò ipsius peccati differentia, triplex quoque est, figurata tribus mortuis, quos in vitam reuocauit Dominus. Primatis enim Iairi filiam, in domo resuscitauit: tanquam peccatorem, secretò adhuc in corde mortuum. Adolescentem verò viduæ filium, qui iam ferebatur ad sepulcrum, foris in publico excitauit, idque acrioribus aliquanto verbis: Adolescens, tibi dico, surge: quum superiori illi simpliciter dixerit, Puella, surge: quo significatur ille, cuius peccatū iam erupit in factum. Hunc iam baiuli concupiscentiarum efferunt ad sepulcrum desperationis, nisi occurrat IESVS, qui gradum sistat, & excitet mortuum.

Solent autem concupiscentiæ plerumque eo seuire grauius, quo sapius se illis homo regendum permisit. Quo nomine & Homerus laudatur, qui eam rem eleganti commento expressit de socijs Vlyssis, qui quum de Iotho gustassent, non nisi flagellis coacti, voluerunt redire in nauem, Odyssæ nono. Quo significauit poeta sapientissimus, quanto studio conueniat arcere sensus nostros, nè vel gustent de turpium voluptatum sapore. Quibus qui iam assueuerunt, ut tanquam in sepulcro seateant, hos difficilimum est reuocare in iustitiæ vitam. Hoc nimirum docere nos voluit Dominus, Iohannis vndecimo, quum Lazarum excitaturus, infremuit spiritu, & fleuit, & rursus infremuit, ac tandem magna voce exclamauit: Lazare, veni foras. Quisquis ergò carnalem delectationem, inquit Augustinus, aduersus rectam voluntatem suam rebellare sentit per consuetudinem peccatorum, cuius indomitæ violentiæ traditur in captiuitatem, recolat quantum potest, qualem pacem peccando amiserit, & exclamet: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia DEI per IESVM CHRISTVM Dominum nostrum. Ita enim quum se infelicem exclamat, lugendo implorat consolatoris auxilium. Nec paruum est ad beatitudinem accessus, cognitio infelicitatis suæ. Porrò omne peccatum quodammodo adulterium est, per quod anima relicto sponso suo CHRISTO, proficitur se adultero diabolo, & huius satellitibus concupiscentijs.

Quòd si oculus tuus dexter scandalizat te. Hoc tanquam per occupationem dicit Dominus: posset

Posset enim morosus aliquis objicere: Qui possum oculos habere perpetuò clausos, nè videlicet adspiciam alienam vxorem? Huic respondet, imò prestaret eruere oculū, quam facere eum occasionem & organum impietatis. Neque vllum membrum corporis tam debet esse charum homini, quin præstet amputare, quam huius occasione quicquam veris animi bonis decedere. Non quòd velit nos vel oculos eruere, vel truncare membra, quæ Deus condidit bona in vsum bonum. Neque ipsa peccant, sed animus per ipsa, quòd ad malum abutitur. Docet itaque nos Dominus tanquam per similitudinem, ut nihil habeamus tam charum, quod non libentius abijciamus, quam patiamur nobis fieri offendiculum & occasionem peccati, etiam si quis amicus aut propinquus dextro oculo charior, aut dextra manu vitior. Furiosa res est amor ille Venereus, quem verè dixit Terentius neque consilium, neque modum in se habere vllum, ideoque consilio regi non posse. Quod si intellexit poeta ethnicus, quid nos CHRISTI ac DEI discipulos sentire oportet? Pauli verbum est, Nescitis quoniam corpora vestra membra sunt CHRISTI? Tollens ergò membra Christi, faciam membra meretricis? Absit. An nescitis quoniam qui adheret meretrici, vnum corpus efficitur? Erunt, inquit, duo in carne vna. Qui autem adhæret Domino, vnus spiritus est. Plura ibidem Apostolus. Talia membra si quis habet, infelix est, neque vllam potest sperare salutem, nisi eruta amputataque quam longissimè potest à se projiciat. Neque enim simpliciter dimittenda dicit, sed amputanda & projicienda. Vtinam hæc cogitent, qui domi scorta alunt & concubinas, negantes se illis posse carere, non tantum propter infirmitatem carnis ut interpretantur, verum etiam propter rem familiarem, quòd vitiliter ministrent. Alij alunt eas, ut vitatis secundis nuptijs, ex primo matrimonio liberos ditent. Qui fit, ut tam furdi firmus ad vocem cælestis illius legislatoris, & illam Euangelij clarissimam tubam Apostolum Paulum? Si non inuitant præmia tam inæstimabilia, his qui obsequuntur, proposita: si non pietas, amor, & reuerentia tanti talisq; patris, terreat saltem metus gehennæ: cuius tormenta tam sunt enormia, ut nullum habeant modum: tam longa, ut nullum omnino finem. Rupertus Abbas etiam de propria cuiusque vxore interpretatur. Quæ si tam sit impia, ut nolit tibi cohabitare, nisi relicto DEO, ipsius impietatem sequaris, di-

mittenda potius est, quam cum animæ tuæ dispendio retinenda. De qua re luculenter scripsit Apostolus primæ Corinthiorum septimo.

Dicitur est autē, Quicumq; dimiserit &c. Deuteronomij vicesimo quarto sic legimus: Si acceperit homo vxorem, & habuerit eam, & non inuenerit gratiam ante oculos eius propter aliquam feeditatem: scribet libellum repudij, & dabit in manu illius, & dimittet eam de domo sua. Cumque egressa alterum maritum duxerit, & ille quoque oderit eam, dederitque ei libellum repudij, & dimiserit de domo sua, vel certè mortuus fuerit: non poterit prior maritus recipere eam in vxorem, quia polluta est, & abominabilis facta coram Domino: nè peccare facias terram tuam, quam Dominus Deus tuus tradiderit tibi possidendam.

Quam legem illis non esse datam, quòd quauis de causa liceret vxores repudiare: sed permissam, nè per duritiam cordis, hoc est, animi malitiam, atrociora facerent, vel ferro vel veneno vxores interficientes: satis apertè docet Dominus cap. decimonono huius Euangelistæ. Alioquin enim non vacare eam rem impuritate adulterij, etiam ipsa lex indicauit, quum ait: Non poterit prior maritus recipere eam in vxorem: quia polluta est, & abominabilis facta coram Domino. Hinc & Chryso-stomus in Roman. caput septimū: Tametsi, inquit, libellus repudij vxoribus permissus esset, à crimine tamen illas non liberabat.

Omnia vitia tolerat charitas Christiana in vxore, consummato sibi matrimonio sociata, potius quam repudiet, præter adulterium. Adulteram verò iure repudiat, quia ipsa esse vxor prior noluit, quæ fidem coniugalem marito non seruauit, inquit Augustinus, Tractatu nono in Iohann. Idem libro primo Retractat. capite decimonono asserit, hoc non tantum permissum esse marito, verum etiam præceptum. Quod probat testimonio Salomonis, Prouerbior. decimo octauo dicentis: Qui tenet adulteram, stultus & impius est. Ecclesia tamen non concedit illi qui adulteram repudiavit, alteram ducere, quam diu viuuit repudiata. Reconciliari verò adulteræ permittit, sed ita, ut prius illa penitentiam repurgetur. Nam in adulterio perseverantem retinere, nefas est. Debet enim inter coniuges seruari fides & sacramentum: quæ quum defuerint, non

coniuges, sed adulteri appellantur, 32. q. 1. c. Apud misericordem. Extant super hac re disputationes multae (vt Aug. in hunc locum, & Eras. in 1. Corinth. 7.) atq; difficiles. Scriptum est autem copiose in Decretis. Canonicis, ea causa & quaestione, quam nunc citauimus. Quod ad hunc locum Euangelij attinet, iustitia phariseorum est, videri sibi satis æquos esse in vxores, si eis, quas acerbitate odij non ferentes dimittunt, dent libellum repudij. Iustitia verò Euangelica est, māsuetudine Christiana, vitia, si qua in ea animaduertit, sanare, si queat: Quae verò insanabilia sunt, quantumuis ea sint molesta, tolerare. Repudiare autem nunquam, nisi eam que iam vltro per adulterium à viro suo recessit. Quanquam & hanc non ita repudiat equus & humanus maritus, quin prius expendat, casus an pro cacitate in id malū incidit, occultumne adhuc an palatum sit, ferio ne poeniteat facti, an in adulterio perseveratura videatur. Quam enim ferio facti poenitet, ea iam desijt esse adultera, vt piè faciat maritus, qui hanc recipit in gratiam.

Glosa. 22. q. 1. cōfessione Aug. in hūc locum.

Non perirabis &c. Jurare, est aliquid Deo teste dicere. Hoc est, citare Deum testem eius quod dicis. Ethnici verò & Iudæi, etiam per creaturas iurabant; quod erat genus idololatriæ. Vnde Deuteron. 6. ita precipitur: Dominum Deum tuum timebis, & illi soli seruias, & per nomen illius iurabis. Et David Psalm. sexagesimo secundo: Laudabuntur omnes qui iurant in eo. Hoc est, qui diuinum honorem illi tribuunt, non alium agnoscentes. Deum. Sed oritur hoc loco quaestio minimè negligenda, quænam sit sententia huius præcepti Dominici, quod ex diametro videtur cum lege veteri pugnare, quam tamen Dominus professus est se non abrogare, sed adimplere. Nā preter id quod ex Deuteron. & Psalm. iam retulimus, etiam Exodi vicesimo secundo præceptum legitur in hæc verba: Si lateat fur, Dominus domus, à quo sublatum est furto quippiam in custodiam sibi commendatum, applicabitur ad deos, (id est, sacerdotes) & iurabit quod non extenderit manum in rem proximi sui ad perpetranda fraudem. Item, si quis commendauerit proximo suo quodcumq; iumentum ad custodiam, & mortuum fuerit aut debilitatum, vel captum ab hostibus, nullusq; hoc viderit: iurandum erit in medio, quod non extenderit manum in rem proximi sui, suscipietq; Dominus iuramentum, & iller reddere non cogetur. Propterea legimus non tantum patriarchas, prophetas, ceterosq; sanctos ante Christum natum iurasse, verum etiam ipsos Apostolos post Christum iam assumptum in cælum. Sic enim Roman. 1.

Paulus: Testis enim mihi est Deus, quem colo spiritu meo in euangelio filij ipsius, quod indesinenter mentionem vestri faciam &c. Et ad Gala. primo: Quæ autem scribo vobis, eccè coram Deo, quia non mentior. Et 2. Corin. 11. Deus & pater Domini nostri Iesu Christi, qui est benedictus in secula, scit quia non mentior. Neque verò credere fas est, Apostolum in illis præceptum Domini esse transgressum. Non est itaq; huius præcepti sententia, quod omnino sit nefas iurare, sed, vt inquit Augustinus, nè quisquam sicut bonum, appetat iurandum, & assiduitate iurandi, ad perurium per consuetudinem delabatur. Id quod Ecclesiasticus quoque docet cap. 23. Iurationi, inquit, non assuecat os tuum. Multi enim casus in illa. Nominatio verò dei non sit assidua in ore tuo, & nominibus sanctorum non admiscearis, (id est, nè assuefacias te crebro in ore habere nomina eorum que sancta sunt, vt per ea iures) quoniam non eris immunis ab eis. Sicut enim seruus interrogatus assidue, à litore non minuitur: sic omnis iurans & nominans, in toto à peccato non purgabitur. Vir multum iurans, implebitur iniquitate, & non discedet à domo illius plaga. Vnde ad Hilarium D. August. epist. 89. Iurationem, inquit, caue quantum potes. Melius quippe nec verum iuratur, quam iurandi consuetudine & in perurium sæpe caditur, & semper periurio propinquatur. Rursum in epistola ad Publicolam, quæ est 154. Si tamen illud non adhuc mouet, quod in nouo testamento dictum est, nè omnino iuremus, admonuit. Rectè itaque Gratianus 22. q. 1. Sed aliud est, ad iuramentum spontè accedere: aliud, vel ad asserendam innocentiam suam, vel ad fœderis pacis cōseruanda, vel ad persuadendum auditoribus, quando pigri sunt credere quod eis vtile est, iuramentum offerre. Primum prohibetur, secundum conceditur. Plura ibidem inuenies. Verum vt rem semel expediamus, satis luculenter supra ostendimus, Christum suos discipulos maxime nota charitatis à cæteris hominibus discernere. Quæ vbi est perfecta, ibi neq; quisquā decipit, neq; quisquā deceptione metuit. Charitas enim oia credit. Nullo itaq; inter tales opus est iureiurando. Hoc autem vbi cunq; est opus, ibi necesse est claudicare charitatē. Aut enim parum benè sentit, qui iurat de eo cui iurat: aut diffidit is, qui iurandum exigit. Hoc satis significauit Dominus hoc ipso loco, quum ait: Sed erit sermo vester, Est est, Non non.

non. Quod autem his abundantius est, ex malo est, id est, ex mutua charitatis defectu. Non dicit, Hoc malum est: bonum est enim iurandum, quo arcentur mala, & bona comparantur, iuxta id quod ex Gratiano iam retulimus: sed melius est, eam inter homines constare fidem charitatis, quæ non habeat opus iureiurando. Hanc autem in suis formare hoc loco fatagit Dominus, vt apud ingenuè Christianos, omnis sermo fidelis pro iureiurando sit. Ceterum quum ita iam refrixerit, adeoq; ferè extincta pro dolor sit charitas, ita omnia vbiq; occuparint mendacia & imposturae, vt nemo ferè alteri, nisi iurato, credat: fugiamus saltem quibusuis de causis, atque adeo nugis iurare: iuremus dumtaxat in rebus grauibus, ad Dei gloriam & hominem salutem vehementer pertinentibus: idque vbi sine iureiurando fidem obtinere, verumque tueri nequimus. Ad peierandum verò nulla nos res, quantumuis magna, nè presentis quidem mortis pericula impellant.

Neque per cælum, quia thronus Dei est. Videatur alludere ad illud Esaiæ sexagesimo sexto: Cælum sedes mea, & terra scabellum pedum meorum. Quo nihil aliud significatur, quam Deum cælum & terram implere.

Quia ciuitas est magni regis. Et hoc dixisse videtur, respiciens ad id quod Psalm. quadragesimo septimo scriptum est: Ciuitas regis magni, Deus in domibus eius cognoscetur, cum suscipiet eam. Vbi secundum literam quidem, de Hierosolyma: secundum spiritum verò, de Ecclesia loquitur.

Quare autem nominatim per cælum, per terram, per Hierosolymam, per caput cuiusque iurare vetuerit Dominus, video non per omnia conuenire inter doctos. Nam D. Hieronymus putat, ideo hoc vetuisse, nè incidere in idololatriam: ob quod supra ostendimus in lege præceptum esse, nè per aliud iurarent, quam per Deum. In eadem sententia est Hilarius. Diuus Augustinus verò, quod Iudei putauerint non esse nefas, per istiusmodi iurandi formas alios decipere, quasi non essent legitima iuramenta. Itaque Dominum docere, nihil esse tam vile in creaturis Dei, vt per hoc quisquam peierandum arbitretur: quando à summis vsque ad infima, diuina providentia creata regantur, incipiens à throno DEI vsque ad capillum album aut nigrum.

Sed erit sermo vester, Est, est, Non, non. hoc est, quando aliquid affirmatis, sit sermo vester, est: quando negatis, non. Euthymius.

Audistis quia dictum est, Oculum &c. Exodi

21. vbi de rixis & pugnis agit, inter cætera sic scribit: Si autem mors fuerit subsecuta, reddet animam pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu, pedem pro pede, aduersionem pro aduersione, vulnus pro vulnere, liuorem pro liuore. Et Deuteronomij decimonono, vbi de puniendo falso teste agit, subiicit: Vt audientes ceteri, timorem habeant, & nequaquam talia audeant facere. Non misereberis eius, sed animam pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu, pedem pro pede exiges.

Hæc est illa rationis lex, vna ex iudicialibus illis, lata partim ad deterrendum homines ab inferendis iniurijs, quæ ratio luculenter in ipsa lege expressa est, vbi ait: Vt audientes ceteri, timorem habeant: partim nè læsi, per iram & malitiam vindictæ modum excederent: quem Augustinus magnum etiam ad iustitiam gradum esse censet, quum multò maxima pars hominum ita sit animata, vt cupiat iniuriam acceptam cum scenore repêdere. Et tamen absolutiorem quandam iustitiam à suis exigit CHRISTVS, præcipiens nè villo modo retaliemus iniuriam: imò verò nè resistamus quidem ledenti nos, quò minus & alteram iniuriam inferat. Neque enim dixit, nè reddatis malum pro malo: sed, nè resistatis malo: id quod diligenter obseruandum esse monet Augustinus & confirmat que sequuntur, sed si quis te percusserit in dextram maxillam tuam &c. Durum quidem præceptum, ac, vt prima quidem fronte apparet, parum ingenuum, si consulas carnis nostræ sensum, & iudicium vulgi: si spiritum & homines verè scilicet vide August. epistola quinta, quæ est pientes, non ad Marcellinum: vbi luculenter explicat genuinam huius præcepti sententiam, inter cætera sic scribens: Sic intelligi solet, ac si dictum esset: Si quis in te meliora fuerit persecutus, & inferiora ei præbe, nè vindictæ potius quam omni deditæ patientiæ studens, contemnas æternæ core liberū, pro temporalibus &c.

vt cum summa etiam gloria coniunctum sit. Hac enim ratione principio temetipsum vincas, qua victoria, vel omnium calculo suffragante, non est alia speciosior: deinde aduersarium tuum, vt non modò non reperat ictū, verum etiam magno pudore confusus discedat, dum in fortitudine constantiaque tuæ patientiæ, turpitudinem suæ malitiæ discit intelligere, tuæ autem virtutis gloriam admirari. Hæc est multò tū certior, tum grauior plaga, quam si manu vel gladio ferias. Hac aduersarij tui malitiam quidem occides, ipsum verò & sibi seruabis, & tibi non modò amicū, verum etiam supplicem tandem ac famulum compa-

cōparabis: quod verissimè monet Chrysof. Vides itaq; quàm & hic se proferat aeterna veritas eius, quod & alibi ex n. huius Euangelistae cap. recitauimus, Tollite iugum meum super vos, & discite à me, quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris. Nā qui retaliationē iniurię motus animorum suorum studēt sedare, aut inimicum ad æquitatem flectere: haud minùs desipiunt, quàm si quis ignem aggrediarur igne restinguere, qui aqua potius erat restinguendus. Nam hac parabola vtitur Chrysof. Quo magis id facere conatur, eo plures capitalioresq; sibi faciunt hostes, grauiora damna accersunt, ac turbis non tantum irrequietissimis, verum etiam inextricabilibus sese inuoluunt: ipsa experientia tandem eos docente, pro quàm commodo iugo Christi, quàm asperum & intolerabile diaboli in se receperint. Christiana charitas postulat, vt quantum quidem in nobis est, studeamus omnium hominum malis mederi. Nullum autem est grauius malum, quàm furor & insania: quo laborant omnes, qui innocentes lædunt. Quis porro non excretur medicum, qui furioso curando adhibitus, conuicijs & contumelijs ægroti iratus, furorem furore curare occeptet? quum fidi medici, qui ex animo salutem ægroti desideret, officium sit, omnia conuicia, execrationes, insultationes, plagas insuper phreneticorum ferre patienter, si sit necesse, ac pro his omnibus omnia humanitatis officia reponere, quò paulatim amoto morbo, sanitatem reducant. Idem faciunt cognati, propinqui, & amici, qui assidentes ægro ministrant. Quod si ipsa humanitatis ratio à nobis impetrat, an non multò magis idem impetrare debet charitas Christiana, fraternitas hæc spiritalis, cui nulla alia potest comparari, voluntas patris cælestis, qui per sanguinem vnigeniti dilectissimiq; filij recuperavit, in filios adoptauit, atq; hoc ipso præcepto, hac ipsa doctrina, aduersus tyrannidem illius qui nos ceperat, armauit, nè in pristinam captiuitatem retrahamur. Bona fide, & luculenter, ni fallor, sententiam præcepti Dominici explicuimus. Tam nè quid scrupuli relinquamus in verbis, quod dicit, Non resistere malo: malum vel ad rem referri potest, quasi sit sensus: malo, id est, malæ rei: vel ad hominem, quasi subintelligatur, homini. Præterea potest ablatiuus esse instrumenti, nolite cuiquam resistere malo, hoc est, iniuria siue versutia, vt malum malo repellatur, hoc est, conuicium conuicio, vulnus vulnere. Chrysofomus & hunc secutus Theophylactus, per malum, intelligunt diabolum,

cuius instinctu homo homini facit iniuriam. Mihi simplicissimè sic accipiendum videtur. Nolite resistere malo, id est, iniuriæ vobis ab hominibus illatæ.

Quòd verò ait de altera maxilla obuertenda illi, qui alapam impegerit in dextram, citra superstitionem est accipiendum, quum non sit sine tropo dictum. Neque enim contumè peccare illum, qui accepta in vnam maxillam alapa, nò statim obijciat alteram, quasi inuitans percussorem ad feriendum, quod per hypocrisim etiam & superbiam hæreticus facere posset: satis suo ipsius exemplo nos docuit Christus ipse, quum percussus à ministro pontificis, non obuertit maxilla inuita ad alteram plagam, sed placidissimo responso prauum ferientis animum corrigere studuit, dicens: Si malè locutus sum, testimonium perhibe de malo: sin benè, quid me cædis? Patientiam verò illam, & summam animi moderationem, quam hac hyperbole docet, adeò suo ipsius confirmauit exemplo, vt quò nutu posset omnes inimicos suos perdere, tamen non vnam duntaxat maxillam manu ferendam, sed totum corpus præbuit pugnis pulsandum, flagris lacerandum, clauis cruci affigendum, lancea perfodiendum: adeò non contendit iudicio, vt iniquissimis crudelissimisq; accusatoribus suis nè verbù quidem ad defendendum se responderet: tollenti tunicam, vniuersum reliquit vestitum, vt nudus in cruce penderet. Vndè Diuus Augustinus in illum locum Iohannis monet, Dominum illo suo responso demonstrasse quod demonstrandum fuit, nempe sua illa magna præcepta patientiæ, non ostentatione corporis, sed cordis præparatione esse faciendā: fieri enim posse, vt alteram maxillam visibiliter quidem præbeat homo etiam iratus. Fortiter nonnunquam pro veritate, sed absque conuicijs, respondendum est, quemadmodum & Paulum fecisse legimus Actorum vicefimo secundo & vicefimo tertio. Semper meminerimus, finem præcepti esse charitatem ex corde puro, & conscientia bona, & fide non simulata. Timoth. 1. Multi, inquit Augustinus in hunc sermonem, alteram maxillam præbere nouerunt: diligere verò illum à quo feriuntur, ignorant.

Similiter accipiendum est, quod sequitur de dimittenda, non tantum tunica, sed & pallio, illi qui lite tibi illam extorquere volet. Per hæc enim omnia intelliguntur, inquit Augustinus, de quibus iudicio nobiscum cōtendi potest: ita vt à nostro iure in ius illius transeant qui contendit, vel pro quo contendit, sicuti est vestis, domus, fundus, iumentum,

mentum, & generaliter omnis pecunia. Quorum si quis aliquid nobis per litem velit eripere, non tantum relinquendum est quod petit, verum adijciendum præterea aliquid eorum quæ non petit. Hac enim nostra mansuetudine mansuefaciemus & illum, vt pro iniquo fiat beneficus. Quòd si quis tam immaniter sit immitis, vt tanta mansuetudine non mansuescat ipse, aliorum tamen, qui nos ita facientes viderint, animos ita nobis conciliabimus, vt non tantum vestibus, verum etiam corporibus suis, si fieri possit, nos tegere sint certaturi. Quanquam, vt omnes nos homines destituerint, eo magis mirabilisque amplexabitur, fouebit ac vestiet Deus. Quod qui non credit, is fateatur se longè adhuc abesse ab ea fiducia, quæ decet virum Christianum: imò se ignorare immensam illam DEI bonitatem in donis, & immutabilem veritatem in promissis: alienissimum ab ea charitatem, quæ proximi salutem desiderat & quærit vel cum dispendio non tantum rerum illarum fortuitarum, verum etiam (si ita sit opus) huius vitæ. Credenti enim & amanti, hæc omnia non tantum possibile sunt, verum etiam facilia & iucunda: & fructum habent, non tantum vitæ futuræ, verum etiam huius in qua nunc sumus, maiorem quàm quis credere possit: dum & proximum lucrifacit, & innumerabiles sibi amicos comparat, quæ sunt magnæ certæque diuitiæ, atque in summa animi tranquillitate pertendit ad patriam & regnum patris cælestis, ò quàm obuijs, quod dicitur, vlnis illic talis recipiendus.

Et quicumq; te angariauerit mille passus, &c.] Quòd hæc tenus docuit in ferendis plagis, & relinquendis possessionibus, idem nunc docet in adeundis laboribus iniustè à nobis exactis. Porro quomodò in his tribus incrementum sumat doctrina patientiæ, & omne genus iniuriæ, quod inferri potest homini, comprehendatur, relinquam studiosis apud Augustinum legendum.

Idem luculentissimis rationibus ostendit, non prohibere hic eam vindictam, quæ ad correptionem valet: quippe quæ & ipsa ad misericordiam pertineat, nec impediatur propositum, quo quisque paratus est ab eo quem correctum esse vult, plura perferre. Sed admonet, huic vindictæ referendæ non esse idoneos, nisi qui odium, quo solèt flagrare, qui se vindicare desiderant, dilectionis magnitudine superauerint, exemplo parentum, qui filios corripunt, nequaquam quòd oderint, sed quòd ingenuè ament: quemadmodum & pater ille cælestis quem diligit, castigat.

Hanc porro vindictam exercebunt illi, quibus ordinatione diuina data est vindicandi potestas: & ea voluntate vindicabunt, quæ pater in paruulum filium animaduertit, quem per etatem odisse nòdum potest: vt illum què corripuit, non pœna miserum, sed correctione beatum velint: parati nihilominus multò plura ab eo perpeti, nisi sciant se ea ratione maximè nocere illi, quem per indulgentiam in peccatis perire sinant, tum alijs quoquè, quos ille vel per iniustitiam affligit, vel scelerato exemplo corrumpit. Sic sancti vtriusque testamenti viri alios excommunicati, vt Paulus Corinthium illum: alios morte punierunt, vt Heliàs prophetas Baal, tertij Reg. decimo octauo, & Petrus Ananiam & Sapphiram, Actorum quinto. Verum de his supra quoquè satis copiosè diximus, quò de ira ageremus, & reconciliando fratre. & quædam attigimus in illud, Beati qui lugent. Tenendum itaque hunc modum in huiusmodi censet Augustinus, vt accepta iniuria, non surgat odium, sed infirmitatis misericordia paratus sit animus plura perpeti: nec correctionem negligat, qua vel consilio, vel auctoritate, vel potestate vti potest. Adijciam & hoc, nè quid studiosus desideret, quod vetus interpretis voce peregrina dixit, angariauerit, nouus autem Latine, adegerit, Græcus habet, ἀγγαρίων. Quam vocem Suidas indicat esse Perficam, quòd apud illos regij nunciij ἀγγαρίων dicerentur. Vndè & qui literas inuicem tradunt perferendas, (Nam certis itinerum spatijs mutabantur) ἀγγαρίων dicitur: quos eosdem ἀστέρων appellant. Velocius ire credebantur nunciij huiusmodi, quàm sit gruum volatus. Deindè translata vox est ad quosuis, qui seruorum aut iumentorum ritu baiulant onera, id est, ἀποφόροι. Hinc etiam multi ἀγγαρίων vocantur. Item quos recusantes cogimus, vt nobis sint itineris duces, ἀγγαρίων rectè quis dixerit. Cælius libro decimo, capite octauo.

Qui autem petit à te, da ei.] Neque hoc ita accipiendum esse monet Augustinus, quasi iubeat nos Dominus omnia dare, quæ non pudet iniquos & impudentes petere. Multi enim sæpè petunt, quæ si accipiant, exitium sibi ipsis, aut alijs, nonnunquam etiam ipsi datori sint paraturi. Multi tam sunt impudentes, vt ea petant, quibus ægrius careat ille à quo petunt, quàm ipsi. Talibus non est dandum quod petunt, nec tamen vacui sunt dimittendi. Pro eo nanque quod petunt, dabis salutarem institutionem, placidis verbis eos erroris sui & vitij admonens. Nam Diuus Hieronymus mauult hoc præceptum de doctrina

Euangelica, quam de eleemosyna intelligere. Quod ad cetera attinet, ea sunt danda peccantibus, quae data neque tibi, neque alijs noceant, & accipientibus profint. Iohan. Chrysofostomus, ex occasione huius precepti, grauius corripit eos, qui vel aliena diripiunt, vel sua meretricibus largiuntur, duplicem sibi accendentes ignem, & de iniquis certe fructibus, & de perniciosis sumptibus puniendi.

Et volenti mutare à te, ne auertaris. Huius precepti similis est ratio, atque precedentis. Qui in egestate verecundè petit mutuum, quo tu quidem carere potes, ille autem vehementer habet opus: non negabis ei, etiam si non speres te vnquam recepturum. Nam si mutuum dederitis (inquit Lucè sexto) his, à quibus speratis recipere, quae gratia est vobis? Nam & peccatores peccatoribus foenerantur, vt recipiant aequalia.

Audistis quia dictum est, Diliges proximum etc. Leuitici decimonono scriptum est, Diliges amicum tuum sicut teipsum: nec adijcitur, & odio habebis inimicum tuum. Vnde quidam interpretatur hanc esse additionem pharisaeorum, non scripturam. Diuus Augustinus sic refert, quasi legerit in sacris libris, & ait vocem esse non iubentis, sed permittentis. Sed quid interest, vtrum scriptum sit in lege, an non scriptum, quum non sit obscurum, pharisaeos ita accepisse, ac si scriptum esset, arbitratos abundè se esse iustos, si praestarent id quod expressè erat preceptum, nempe vt amicos diligerent: de inimicis verò quo minus esset preceptum, eo magis sibi licere, odij & iniurijs eos persequi? Illud magis ad rem pertinet, quod diligentissime obseruatum, doctissime nos admonet Chrysofostomus, vt miris quibusdam graduum incrementis, nos paulatim ad summum virtutum omnium cacumen educat. Primus gradus est, ne prior iniuriam ordiare. Secundus, ne ab alio inceptam, tu eodem pacto propellas. Tertius, ne par pari referas, sed quiescas. Quartus, vt etiam prebeas teipsum ad iniuriam sustinendam. Quintus, vt etiam ad maiora te praebas, quam vult ille, qui per iniuriam aliquid à te exigit. Sextus, non odisse eum à quo illa perpetetis. Septimus, etiam diligere affligentem. Octauus, beneficijs etiam eum afficere. Nonus, etiam Deum pro eo deprecari. Vides celsitudinem nostrae, hoc est, Christianae, philosophiae. Huc nulla vnquam philosophorum secta potuit conscendere. Nos autem quo alacrius haec aggrediamur studia, eadem quam inestimabile nobis proponit

praemium: vt sitis, inquit, filij patris vestri qui in caelis est. Huius philosophiae magistrum quotquot receperunt, inquit Iohannes, hoc est, quicumque huius doctrinam amplexi sunt, his dedit potestatem filios Dei fieri. Quae, quid potest optari amplius? An quicquam sit quod DEVS non sit daturus suis filijs? Ne fas sit & impium hoc credere, quum ne homines quidem, modò non omninò infelicitè instituti, sustineant suis filijs quicquam negare, quod modò illis vtile fore intelligant. Agnoscat autem nos ille ingenuus filius, si suos in nobis mores perpexerit. Qui porrò suat illi mores? Quia, inquit, solem suum exoriri finit super malos & bonos, & pluuiam mittit super iustos & iniustos. Hoc est, aequè beneficus est in inimicos, atque amicos suos. Hoc ergò & nos faciamus, ac tanquam ingenui filij referemus patrem nostrum. Neque verò hic quisquam nobis corrugata fronte obijciat: Seruile est ista facere, quum virile habeatur, adeoque heroicum fortiter iniuriam depellere, hostem vlcisci, pro simplici damno duplum, aut etiam quadruplum referre. Habetur quidem, verum non apud huius magistri, sed Plutonis siue Luciferi discipulos. An tibi seruile videtur, quod facimus exemplo illius, qui caeli terraeque Dominus est, hominum & angelorum princeps atque monarcha? Si virile est odisse, concedamus posthac sexum nostrum foeminis, nosque vicissim in illarum transcamus, quum illae ferè implacabili persequatur odio eos, quos semel odisse ceperunt: quod si quae non faciunt, hè demum à sapientibus habentur maximè ingenue, & ad virilem virtutè proximè accedentes. Deus non putat suae maiestati suoque honori quicquam decedere, si benè faciat malè merentibus, quum tamen ipse nemini faciat malum: & tu putas te rem tua (si dijs placet) eximia atque virili sublimitate indignam facere, si benè facias inimico tuo, ipse tot flagitijs sceleribusque oppletus, vt si quis te pro tuis meritis tractet, nemo tibi benè facturus, sed omnes protrituri & execraturi? Diximus iam antè omnes iniurias quas homo homini facit, ab aegritudine animi proficisci. Iam dic mihi, obsecro, vtrum magis ingenuum, virile, atque heroicum est, in aegrotum sauire, an amplecti eum qui talis est, & quoad fieri potest, fouere atque sanare? Verum qui possim, inquis, amare, beneficijs iuuare, precibus deo commendare illum, qui me capitali odio persequitur, quibuscumque potest iniurijs affligit? Quid ego audio? Vtique adeo ne difficile est misereri fratris, quem videas mania correptum, miserabiliter distorti? Quae porrò

rd mania potest esse horribilior, quam oblitum suae originis, sui tam per omnia dulcissimi beneficentissimi que patris, omnis fraternitatis, propinquitatis & humanitatis, oblitum inquam, dignitatis suae, regni cui natus ac destinatus sit, omnibus suis flentibus, retinere ac reuocare conatibus, vltro obstinatoque animo proruerè precipitè in manus crudelissimi tyranni, & exitium aeternum? hoc autem faciunt omnes, quotquot proximos suos odij, damnis, & contumelij affligunt? An non pudet te queri de difficultate eius, quod non modò princeps & imperator tuus Christus praestitit, verum etiam tot commilitones tui, Dauid, Stephanus, Paulus, & infiniti, quorum nomina neque commendata literis sunt, neque libri caperent, si omnia perscriberentur? Quid si proferamus gentium idololatrarum exempla, quae caelestem hanc atque diuinam sapientiam ignorantes, naturè duntaxat & rationis ductu huc conscendisse videntur? An non sit turpissimum, nos ab ipso DEO hinc tam salutaribus preceptis sic institutos & eruditos, ab illis superari? Nò referam hic Soterem illum Atheniensem, patienti nomine ab omnibus celebratum, de quo praeter alia multa hoc memorabile est, & vt in ethnico admiratione dignum, quod publica conuicia ab Aristophane passus, non modò non egerit tulit, sed obuium etiam interrogauit, num se rursus ad similem rem aliam opus haberet. Quid dicam de illo Lacedaemoniorum rege Lycurgo? qui à ciue quopiam iuuenè altero oculorum orbatus, illum à populo accepit, vt quo liberet modo puniret. Quod ille minime fecit, sed optimè institutum, bonique viri moribus praeditum, in theatrum produxit. Lacedaemonijs autem admiratis, dixit: Istum antehac iniuriam & violentum, qualem à vobis accepi, iam frugi ac popularem restituo. An non istiusmodi exempla nos luce clariùs docent, quam non superent vires nostras, quae nobis precepit Dominus? Tū ne illam tyrannidem clementissimo tuo imperatori impingis, quod tibi aliquid imperet, quod non possis facere, si velis? Sed ne velle quidè possum, inquis, nisi illius spiritu afflatus. Concedamus quidem tibi hoc, sed ita, vt memineris, hunc spiritum illum dare omnibus, quotquot eum ex animo sibi optant, & ab illo petunt. Sivos, inquit, quum sitis mali, nostis bona data dare filijs vestris: quanto magis pater vester caelestis de caelo dabit spiritum bonum petentibus se? Luc. 11. Quum itaque virtutem omnibus modis esse expetendam etiam ethnici philosophi docuerint, nulla autem sit praeclearior virtus, quam amore & beneficijs amplecti nò

amicos tantum, verum etiam inimicos: quum hoc non tantum regium sit, verum etiam diuinum: quum hac virtute & filij Dei, & patri nostro Deo similes, hoc est, dii quodammodo efficiamur, heredes & possessores bonorum omnium quae in caelis sunt, & quae in terra: sitque haec virtus nobis adeo non difficilis comparatu, vt etiam ab ipsa natura indita, si velimus doctes nostras agnoscere & studijs excitare: & tamen si quid naturae desit, hoc abundè suppleat spiritus ille sanctus, cui nihil est impossibile: quumque hic ipse spiritus nemini desit, nisi qui eum non petit: quum, inquam, haec omnia ita (vt diximus) habere luculentissimis irrefutabilibusque argumentis luce clariùs ostenderimus: quid, quae, nobis excusationis relinquitur, quò minus prestemus id, quod à sapientissimo magistro docetur, ad quod nos tantis propositis praemijs, tum suo ipsius, tum patris caelestis, tum inuicissimorum commilitonum nostrorum exemplis hortatur? Adde quod quae pater ille caelestis suis inimicis largitur, de suo largitur, vt creator omnium: quae verò nos, de alieno largimur: qui nihil habemus, quod non acceperimus ab illo ipso patre, qui haec quoque nobis praepcepta per vnigenitum filium, salutis nostrae causa, dedit. Illud obiter hic adijciam, quod d. Hieron. hic paucissimis quidem verbis, sed argutè admonuit ex occasione illius verbi, vt sitis filij patris vestri &c. esse hoc euidentè argumentum, nos habere libertatè arbitrij: Si Dei praepcepta custodiens, inquit, filius quis efficitur Dei: ergò non est natura filius, sed arbitrio suo.

Nomè publicani hoc faciunt? Publicani sunt, qui Graecè τραπεζιται dicitur, Latine etiam redemptores, quod vectigalia redimant: genus hominum tam apud ethnicos, quam apud Iudaeos olim infame: quoadmodum infitiores ac mersarij, quos nec aristoteles nec Cicero inter honestos ciues ferunt: vt mirum sit, apud Christianos in tanto esse honore. Hucusque Dominus & praepceptor noster Iesus discipulos suos ad summum omnium virtutum cacumen euexit: quae est potissima totius sermonis pars. Esto itaque nobis hic finis prioris libri eorum, quae gratia illius freti, in hunc sermonem commentamur: non tantum quod ita videatur postulare argumentum, verum etiam quod libenter sequamur Augustinum, egregium nobis in hoc itinere ducem. Nam & ille hic priorè suum librum finit.

PPAEFATIVNCVLA IN CAPVT VI.

Recedenti capite Dominus Iesus complexus est ditissimum quendam thesaurum & orbem absolutissimum virtutum omnium. Sed solent in-

terim vitia quaedam clauculum tanquam furunculi latrunculiq; subrepere, qui nobis huc thesaurum aut suffurantur, aut certe vitiant atq; corrupunt. Horum primum est ambitio, seu inanis glorie affectatio, quae preclarissimis quibusq; ingenijs maximè infidiatur. Secundum, auaritia: quae vbi semel occupauerit hominem, incredibile dictu est, quam difficulter expellatur, adeo vt soli virtuti diuinæ videatur expugnabilis.

Tertium, sollicitudo & metus, nè rebus ad vitam necessarijs destituamur.

Quartum, temeritas & iniquitas iudicandi condemnandiq; alios, nostris interim vitijs dissimulatis.

Quintum, oscitantia & negligentia arcendi indignos à mysterijs religionis Christianae, superiori quasi contrarium.

A quibus vitijs integrum sese & mundum conseruare, quum non minus habeat difficultatis, quam illud virtutum cacumen conscendere, sitq; vtrūq; longè supra vires humanas: ostendit nobis, vnde hoc & quo modo possimus consequi: Hoc est, à patre caelesti, idq; precibus ad eum fufis, & acri nostro adhibito studio: quorum vtrūq; vult esse vsq; ad importunitatem pertinax: id quod verborum ostendit series. Petite, inquit, & dabitur vobis: quærite, & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis.

Quia verò multis fragit animū, quod videt paucos admodum esse, qui hanc doctrinam feruè amplectantur, atq; totum ferè mundum per diuersa prouerere, hortatur suos, vt relicta infano huic mūdo lata illa via, quae ducit ad mortem, ipsi per arctam hanc contendant ad vitam æternam. Cæterum quia praeuidebat, quantas, quāq; horrendas turbas essent in ecclesia morturi heretici, sub religionis & huius ipsius doctrinae pretextu sese venditantes, diligenter monet suos, vt sibi ab illis caueant, tanquam à rapacibus lupis, ostensa nota, qua facile queat cognosci. Hinc sermonem concludit, cū ex-

CAPVT VI.

At tendite, nè iustitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis: alioquin mercedem non habebitis apud patrem vestrum qui in caelis est. Cum ergo facis eleemosynam, noli tuba canere ante te, sicut hypocritae faciunt in synagogis & in vicis, vt honorificentur ab hominibus. Amen dico vobis, receperunt mercedem suam. Te autem faciente eleemosynam, nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua, vt sit eleemosyna tua in abscondito: & pater tuus qui videt in abscondito, reddet tibi. ¶ Et cum oratis, non eritis sicut hypocritae, qui amant in synagogis & in angulis platearum stantes orare, vt videantur ab hominibus. Amen dico vobis, receperunt mercedem suam. Tu autem cum oraueris,

hortatione, vt ea quae audiuerit, factis exprimat: alioqui enim nihil ipsis profutura. Haec sunt, quae duobus sequentibus capitibus agit Dominus, & nos per ipsius gratiam, libro quae nunc aggredimur, studebimus, qua poterimus fide & luculentia, explicare.

Primum itaq; quo vel maximè infestant hi qui operantur bona, est inanis gloriae affectatio. Hoc est, ostentatio eorum quae quis rectè operari videtur. Dolosum omnino malū, & quonullum est magis verè gloriae inimicum. Nam & pueri illos habent ludibrio, quos animaduertunt eo laborare affectu. Vires huius hostis, inquit Augustinus ad Aurelium, epistola 64. non sentit, nisi qui ei bellum indixerit. Quia & si cuiquam facile est laude carere, dum denegatur: difficile est ea non delectari, cum offertur. Et tamen tanta mentis in Deum debet esse suspensio, vt si non meritò laudemur, corrigamus eos quos possumus: nè arbitrentur aut in nobis esse, quod non est, aut nostrum esse quod Dei est, aut ea laudent, quae quantum non desint nobis, aut etiam super sint, nequaquam tamen sunt laudabilia: velut sunt bona omnia, quae vel cum pecoribus habemus communia, vel cum impijs hominibus. Si autem meritò laudamur propter Deum, gratulemur eis quibus placet verum bonum: non tamè pro his, quia placemus hominibus: sed si corā Deo tales sumus, quales nos esse credunt, & non tribuitur nobis, sed Deo, cuius dona sunt omnia, quae verè meritoque laudantur. Haec mihi ipse, inquit, canto quotidie. Haec ibi August. Nullis autem operibus magis infidiatur hoc malum, quam eleemosynae, orationi, ac ieiunio. id quod & in illo pharisaeo apparet Luca 18. Ieiuno, inquit, bis in sabbato, decimas do omnium quae possideo: & hoc in ipsa glorians oratio dicebat, vt monet Chrysostomus. Hinc est, quod Dominus in his tribus potissimum docet nos illud vitare, dicens:

ueris, intra in cubiculum tuum: & clauso ostio, ora patrem tuum in abscondito: & pater tuus qui videt in abscondito, reddet tibi. Orantes autem, nolite multum loqui, sicut ethnici faciunt. Putant enim quod in multiloquio suo exaudiantur. Nolite ergo assimilari eis: scit enim pater vester quid opus sit vobis, antequam petatis eum. Sic ergo vos orabitis: Pater noster qui es in caelis, sanctificetur nomen tuum. Adueniat regnum tuum. Fiat voluntas tua, sicut in caelo, & in terra. Panem nostrum super substantialem da nobis hodie. Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Et nè nos inducas in tationem. Sed libera nos à malo, Amen. Si enim dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet & vobis pater vester caelestis delicta vestra. Si autem non dimiseritis hominibus, nec pater vester dimittet vobis peccata vestra. ¶ Cum autem ieiunatis, nolite fieri, sicut hypocritae, tristes: exterminant enim facies suas, vt pareant hominibus ieiunantes. Amen dico vobis, quia receperunt mercedem suam. Tu autem cum ieiunas, vnge caput tuum, & faciem tuam laua, nè videaris hominibus ieiunans, sed patri tuo qui est in abscondito: & pater tuus qui videt in abscondito, reddet tibi. ¶ Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, vbi ærugo & tinea demolitur, & vbi fures effodiunt & furantur. Thesaurizate autem vobis thesauros in caelo, vbi nec ærugo, nec tinea demolitur, & vbi fures non effodiunt, nec furantur. Vbi enim est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum. ¶ Lucerna corporis tui est oculus tuus. Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit: Si autem oculus tuus fuerit nequam, totum corpus tuum tenebrosum erit. Si ergo lumē quod in te est, tenebrae sunt: ipse tenebrae quantae erunt? Nemo potest duobus dominis seruire: aut enim vnum odio habebit, & alterum diliget: aut vnum sustinebit, & alterum contemnet. Non potestis Deo seruire & mammonae. ¶ Ideo dico vobis, nè solliciti sitis animae vestrae, quid manducetis, neque corpori vestro, quid induamini. Nonne anima plus est quam esca? & corpus plus quam vestimentum? Respicite volatilia caeli, quae non ferunt neque metunt, neque congregant in horrea, & pater vester caelestis pascit illa. Nonne vos magis pluris estis illis? Quis autem vestrum cogitans, potest adijcere ad staturam suam cubitum vnum? Et de vestimentis quid solliciti estis? Considerate lilia agri quomodo crescunt: non laborant neque nent: Dico autem vobis, quoniam nec Salomon in omni gloria sua coopertus est, sicut vnum ex istis. Si enim scenum agri, quod hodie est, & cras in clibanum mittitur, deus sic vestit: quanto magis vos modicae fidei? Nolite ergo solliciti esse, dicentes: Quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? Haec enim omnia gentes inquirunt. Scit enim pater vester quia his omnibus indigetis. Quærite ergo primum regnum Dei & iustitiam eius, & haec omnia adijcientur vobis. Nolite ergo solliciti esse in crastinum. Crastinus enim dies sollicitus erit sibi ipsi. Sufficit diei malitia sua.

Qvod ex Græco habemus eleemosynā, vetus interpres vertit iustitiam: quasi in genere de omni bono opere loquatur: ac mox facta distributione, descendat in species, eleemosynę largitionem, orationē, & ieiunium. Sed Græca exemplaria habent ἡλεμοσύνην, quomodd & Chrysofostomus & Theophylactus legunt & interpretantur.

Vi videamini ab eis. Hoc est, in eum finem, quod spectemini ab eis, laudem ab illis & gloriam aucupantes. Alioqui enim nihil peccati est, videri ab hominibus, dum operaris bonū, quum præcedenti capite præceperit etiā Dominus discipulis, dicens: Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona: sed adiecit, & glorificent patrem vestrū qui in cælis est. Non dicit, vt glorificent vos, sed patrem vestrum. Vndē vt opera omnia, itā & hoc à fine æstimandum est, quē sibi is, qui operatur, proponit. Neque verō statim tibi perierit boni operis præmium, si te laudārint homines, modō tu hoc neque affectes, neque glorieris tibi hoc nomine placens: quorū posterius sanē perdifficile est. Siquidem non rectē viuere, inquit in hunc locum Augustinus, perniciosum est: rectē autem viuere, & nolle laudari: quid est aliud, quā inimicum esse rebus humanis, quæ vti quē tanto sunt miserriores, quanto minū placet recta vita hominum? Si ergō inter quos viuis, te rectē viuentē non laudauerint, illi in errore sunt: si autem laudauerint, tu in periculo: Nisi tam simplex cor habueris & mundum, vt ea quæ rectē facis, non propter laudes hominum facias: magis quē illis rectē laudantibus gratuleris, quibus id quod bonum est, placet, quā tibi: nisi quia rectē viuis, etiam si nemo laudaret: ipsam quē laudem tuam tunc intelligas vtilem esse laudantibus, si nō te ipsum in tua bona vita, sed DEVM honorent, cuius sanctissimum templum est, quisquis viuit benē: vt impleatur quod ait Dauid, In Domino laudabitur anima mea, audiant mansueti & lætentur. Similia leges apud eundem Augustinum in Epistolā Iohannis tractatu octauo. Dicas, Quid igitur sibi vult Apostolus, quum ait DEVM redditorum esse vnicuique iuxta facta sua, his quidem qui perseuerantes in benefaciendo, gloriam & honorem & immortalitatem quærunt, vitam æternam? Respondemus, Paulum ibi non loqui de fumis laudis humanæ, sed de gloria illa, quā ex resurrectione percipiemus per participationem diuinitatis: & honore, quem homo habebat in paradiso, priusquā peccaret, & comparatur iumentis insipientibus. Ad eam gloriam,

Psal. 33.

Rom. 2.

eum quē honorem omnes summo studio cōtendere debemus.

Alioqui mercedē nō habebitis apud patre &c.] scilicet si boni operis vestri præmium vobis laudem humanam proposueritis.

Cum ergō facis eleemosynam, noli tuba canere ante te.] Chrysofostomus & Theophylactus monent non esse hoc itā accipiendum, quasi ad signum tubarum eleemosynas erogauerint hypocritæ: sed hoc verborum tropo notare voluisse maximam illorum ostentationis insaniam.

Sicut hypocrite faciunt.] ἡποκρίτης Græcis histriōnē significat, hoc est, qui ficta persona fabulam agit apud populū: quos eosdem actores vocamus. Vndē quā nos pronūciationem, aut actionem dicimus, illi ἡποκρίτης appellat. Quāquā quisquis quouis modo simulat ac fingit, hypocrites vocari potest. Vndē Paulus, ἡποκρίται ἄνθρωποι, id est, charitas non ficta, simulandi nescia. Cæterum quōd ad histriōnicam gesticationem attinet, bellē quadrat quod modō dixerat, πρὸς τὸ διαδύνασθαι, id est, vt spectemini, quod actorum est, & hinc theatrum. Quis enim mimus, quis histrio minū est id quod videtur, quā isti qui inani laborum motu, & vocum strepitu, videri volunt precari Deum, cum qu; illo colloqui? Aut qui Iudaicis cæremonijs sanctimoniam mentiuntur?

In synagoga.] Vetus translatio retinuit vocem Græcam ἐν συναγωγῇ. Significat autem conuenticula publica aut priuata, quæ quomodocunquē solent fieri in plateis, ac foro, seu triuijs.

Et in vicis.] Vicos dicit, non eos qui non sunt oppida, sed in quos diuiditur vrbs. Nam paulō post meminit platearum, quæ proprie dicuntur viæ latiores.

Te autem faciente eleemosynam, nesciat sinistra tua &c.] Hyperbole est, quasi dicat: Ipse nescias quod facis, si fieri potest: tantum absit vt alijs ostentes, sed velut oblitus facti tui, nec imputes homini quōd benefeceris, nec tibi hoc nomine placeas quōd dederis: sed tātūm in sinu gaudeas, quōd sit refocillatus egenus. Augustinus allegoricōs sinistram interpretatur delectationem laudis: dextram, intentionem implendi præcepta diuina. Cū itaque, inquit, conscientia facientis eleemosynam, admiscet se appetitio laudis humanæ, fit sinistra conscia operis dextræ. Per absconditum, bonam conscientiam accipit Augustinus, quæ humanis oculis cerni non potest.

Et pa-

Et pater tuus qui videt in abscondito.] quippe cuius oculis omnia exposita sunt & nuda.

Reddet tibi.] Alicubi additur, in propatulo: Nimirum in conspectu omnium & angelorum & hominum. Quāquā Augustinus negat se hanc particulam, in propatulo, in codicibus Græcis comperisse, ideo quē nec exponendam arbitratur. Nostra ætate exemplaria habent, ἔν τῷ φανερῷ. Atque itā Theophylactus legit & interpretatur, Tunc quum nuda & manifesta omnia erunt. Est qui putet germanam esse lectionem, quā probat Augustinus. Chrysofostomi interpres, Euangelistæ verba sic recitat, quasi nō legerit: sic enim vertit, pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi. Ipse verō Chrysofostomus verborum sensum itā planē explicat, quasi legerit. Neque est obscurum, quantum habeat & lucis & gratiæ antithesis, in abscondito, & in propatulo. ἔν τῷ κρυπτῷ, ἔν τῷ φανερῷ.

Tu autem cum oraueris &c.] Neque hīc videri ab hominibus nefas est, inquit Augustinus: sed ideo hoc agere, vt videaris ab hominibus. Qui in spiritu & veritate Deum adorant, benē adorant, siue in cubiculo id faciant, siue in agro, siue in templo. Nullus hoc impedit, quātūm quidem ex se, locus. Rursus per hypocritā orare non minū in cubiculo quis potest, quā in frequentissima Ecclesia. Quem admodū Domitianus Imperator inter initia principatūs sui, quotidiē secretum sibi horarium sumere solebat, vt scribit Suetonius, quasi serijs grauius quē cogitationibus, aut cum Ioue colloquijs vacaturus: nec tamen interim quicquā ampliū, quā muscas captare, ac stylo præcuto configere: vt cuidam interroganti, esset ne quis intus cum Cæsare: non absurdē responsum sit à Vibio Crispo, Nē musca quidem. An non simili hypocritā quis in conclauē se potest abdere quasi oraturus, & tamen aut nugis, aut etiam nequitia vacare? Qui ad supplicandum, inquit Chrysofostomus, paratur, omnibus relictis, illum inuictur vnū, qui habet donandi, quod petitur, potestatem. Qui verō dum oculis animo quē diuagantur per alia, labijs duntaxat auribus diuinis obstrepunt: iram eius citiū, quā gratiam, reportabunt. Occludendum est cubiculum, id est, penetrale illud arcanarū cogitationum, nē illuc per ostia sensuum irrepant rerum carnalium & vanitatū huius mūdi phantasmata. Hæc enim intūs recepta, importunissimo strepitu perturbant spiritum, nec patiuntur cum DEO miscere colloquium. Laudatur in Regum historia Hanna mater Samuelis, quōd largiter quidem flens orauerit Dominum: sed itā, vt loqueretur in

i. Reg. 2.

corde suo, tantum quē labia eius mouerentur, vt vox penitūs non audiretur. Itā & nos facere hortatur Chrysofostomus, vt de imo corde vocemus, & proprii pectoris contenti arcano, orationem nostram faciamus esse mysterium. Non consideras, inquit, vt coram regibus quoquē omnis cōerceatur tumultus, & maximum vndiquē silentium commendetur? Et tu igitur regalem ingressus aulam, non eam quæ in terra est, sed illam quæ multō est terribilior, videlicet in cælo, plurimū reuerentiæ atque ordinationis ostende. Vnus enim es ex angelorum choro, atq; archangelorum socius effectus, cum Cherubin quoquē atque Seraphin canis &c. Et mox: Non enim homines oras, sed Deum certē vbiquē præsentem, & antequā vox tua insonet, audientem.

Reddet tibi.] Hīc monet Chrysofostomus, vt cum admiratione misericordiam Dei confideremus, qui pro his quoquē quæ à nobis rogantur, bonis mercedem se pollicetur daturum.

Orantes autē, nolite multū loqui.] Græcè, μὴ βαρύνετε τὴν ψαλμῶν. Græcis est dictio composita prouerbialis, à Batto quodam poëta, qui conscrip sit hymnos, in quibus eadem subindē inculcantur. Vide Erasimū in prouerbio, Battologia, & in annotationibus in hunc locum. Vbi & hoc monet, id quod hīc docet Christus, non solum pertinere ad immodicē prolixas preces: cū alioqui paulus iubeat nos citra intermissiōem orare: & ipse Christus legatur orasse prolixius: verū etiam ad illos, qui superstitiose preculas easdem finē sine iterant.

Chrysofostomus quoquē longas orationes, non tempore, sed multitudine & prolixitate verborum interpretatur, quum alioqui perseuerare oporteat eos qui vtilia poscunt: & Paulus iubeat nos orationi instare, & Dominus viduæ illius, imitem & inclementem iudicem importuna perseuerantia stentis, exemplum commendat. Item illius qui nocte intempesta venit ad amicū, postulans tres panes mutuo. Vndē Theophylactus, Non sunt, inquit, longæ preces faciendæ, sed breues quidem & crebræ. oportet enim pauca loquētes, perseuerare in precibus. quid multis? Quum multū loqui in oratione nos vetat Dominus, puto illum de inani labiorū strepitu loqui. Nam sententiosam cordis vocem, quā solam exaudit Deus, etiam assiduā esse & suauē est nobis, & salutare, & ipsi Deo gratissimum. Oculi mei semper ad Dominū, inquit propheta. Neque damnatur vox oris, modō adfit & cordis vox. Psallam, inquit 1. Corint. 14. Apostolus, spiritu, sed psallam & mente.

Scit

Scit enim pater vester quid opus sit vobis. Quæ-
stionem hinc mouent Chrysoſtomus & Au-
guſtinus, quorſum opus fit vlla precatione, ſi
Deus nouit quibus rebus nobis fit opus? Re-
ſpondent, non ad hoc opus eſſe, vt vel doceamus
DEVM, quibus rebus indigeamus, aut
quod ille ambitione precum nos exaudiat:
quum & ſciat omnia, & gratiam ſuam ac lu-
cem paratus ſit omnibus impartire, qui ſunt
eius capaces. Sed qui mentis oculum in ter-
ram habent depreſſum, aut carnalium cupidita-
tatum nube obductum, illius Diuinæ lucis,
qua nihil purius eſt, minimè ſunt capaces.
Precatione autem ad illum mente conuertimur,
illum intuemur, cum illo ſermonem mi-
ſcemus, aliorum omnium oblitū: quod ſi quis
conſequatur, vt ſerio flagrantique animo fa-
ciat, incredibile dictū eſt, quantum ille &
lucis & voluptatis animo indè percipiat. Fit,
inquit Auguſtinus, in oratione conuerſio cor-
dis ad eum, qui ſemper dare paratus eſt, ſi nos
capiamus quod dederit: & in ipſa conuerſio-
ne purgatio interioris oculi, cum excluduntur
ea quæ temporaliter cupiebantur: vt acies
cordis ſimplicis, ferre poſſit ſimplicè lucē, di-
uinitus ſine vilo occaſu aut immutatione ful-
gentē: nec ſolum ferre, ſed etiā manere in illa,
non tantum ſine moleſtia, ſed etiā cum ineffa-
bili gaudio, quo verè ac ſinceriter beata vita
perficitur. Non itaq; ſua cauſa optimus beni-
gniſſimusq; Pater, noſtris precib; delectatur,
ſed noſtra: nimirum quod velit nos filios ſuos,
tam tenerè ſibi adamatos, paterna ſua
bonitate ac beatitudine frui. Hoc nobis ſatis
indicat prima illa precationis vox

Pater, qua mirabiliter precātis animus eue-
ſtigio excitatur atq; erigitur, commune factus
oim beneficiorum, quæ quis vel cogitatione
comprehendere poteſt. Quum enim patrem
appellat, intelligit te receptum in filium: qua
coniunctione excluditur illa tartarea pecca-
torum phalanx, vnà cum diro pœnarum ſatel-
litio: recipitur autem iuſtificatio, ſanctifica-
tio, liberatio, filiorum adoptio, hæreditas dei,
fraternitas cum vnigenito coniuncta, & ſpiri-
tūs ſancti dona largiſſima. Impoſſibile eſt em̄,
DEVM patrem vocari ab eo, inquit Chry-
ſoſtomus, qui non omnia hæc bona fuerit cō-
fecutus. Admonemur præterea noſtræ nobi-
litate dignitateſque, nè quid adferamus hac
indignum, & quo tanti patris oculos offendamus.

Noſter. Non ait, meus, ſed, noſter, vt ad-
moneamur charitatis fraternæ, & orationis
pro omnibus hominibus dicendæ, ac proindè
curæ ſuſcipiendæ de omnibus. Quisquis ita-
que aliquid petit impetrare ab hoc patre, ab-

ijciat omnem inimicitiam, ſuperbiam, inui-
diam: adferat autem bonorum omnium ma-
trem charitatem, qua omnes homines tan-
quam fratres ac ſorores, quippe eiſdē huius
patris filios, æquè nobiles, æquè diuites, at-
que vnus regni hæreditati omes deſtinatos,
complectatur.

Qui es in cælis. In cælis eſſe dicimus Deum,
non quod locum illum inhabitet, cæteris mū-
di partibus deſertis, quum vbiq; præſens,
nullo prorfus loco poſſit concludi: ſed quod
nihil habeat faciæ aut infirmitatis terrenæ.
Diuus Auguſtinus cælos, ſanctos & iuſtos in-
terpretatur: quod his dixerit Apoſtolus, Ne-
ſciſtis, quod templum DEI eſtis, & ſpiritus
DEI habitat in vobis? Si quis templum Dei vi-
olauerit, diſperdet illum DEVS. Templum
enim Dei ſanctum eſt, quod eſtis vos. Et capi-
te ſexto eiſdem Epistolæ de fugienda ſcor-
tatione, ita ſcribit: Fugite fornicationē: omne
enim peccatum, quodcunq; fecerit homo,
extra corpus eſt: qui autem fornicatur, in pro-
prium corpus peccat. An neſciſtis, quoniam
membra veſtra templum ſunt ſpiritus ſancti,
qui in vobis eſt, quem habetis à Deo, & non
eſtis veſtri? Similiter ſecundæ Corinthiorum
ſexto: Quis conſenſus templo Dei cum ido-
lis? Vos enim eſtis templum Dei viuū, ſicut di-
cit Deus, Quis inhabitabo in illis, & inambu-
labo inter eos, & ero illorum DEVS, & ipſi
erunt mihi populus. Neque verò quiſquam
hic imaginetur localem inhabitationem, ſed
cōiunctionem quandam, & admirabilem vni-
tionem, qua Deus in nobis, & nos in Deo ma-
nemus, adeo, vt vnū cum illo quodammo-
dò efficiamur, iuxta verbum Apoſtoli: Qui
adhæret Deo, vnus ſpiritus eſt. Huius vnitio-
nis myſterium quia pauciſſimi intelligunt, fit
vt pauciſſimi ſeſe ad eam præparent. Audi Io-
hannem primæ epistolæ capit. tertio. Chariſſi-
mi, nunc filij Dei ſumus, & nondum apparuit,
quid erimus. Scimus autē, quoniam cum ap-
paruerit, ſimiles ei erimus: quoniam videbi-
mus eum ſicuti eſt. Et omnis qui habet hanc
ſpem in eo, ſanctificat ſe, ſicut & ille ſanctus
eſt. Qui ſit igitur, inquit, vt & Eccleſia, & De-
us ipſe in ſcripturis Diuinis, nuſquam non oc-
cinat nobis cælum, patriam cæleſtem, regnū
cælorum? Reſpondeo, propter craſſitiam no-
ſtram, & ſtupiditatem id ſit, qui nondum illo-
rum myſteriorum ſumus capaces: quemad-
modum olim Iudæis occinuit terram Palæſti-
nam. Et eſt accommodatiſſima ſimilitudo, in-
quit Auguſtinus, vt ſpiritualiter tantum in-
tereſſe videatur inter iuſtos & peccatores,
quantum corporaliter inter cælum & terram.
Cuius rei ſignificandæ gratia, cum ad oratio-
nem

nem ſtamus, ad orientem conuertimur, vn-
dè cælum ſurgit: non tanquam ibi ſit Deus, &
quafi cæteras mundi partes deſeruerit, qui
vbiq; præſens eſt, non locorum ſpatijs, ſed
maieſtate potentia: ſed vt admoneatur ani-
mus ad naturam excellentiorem ſe conuerte-
re, id eſt, ad Dominum, quum ipſum corpus
eius, quod eſt terrenum, ad corpus excellen-
tius, id eſt, ad corpus cæleſte, conuertitur.
Huiusmodi gradibus oportet infantiam no-
ſtram paulatim formari, donec intelligamus
Deum in peſtoribus iuſtorum hominū quæ-
rere, imò verò in ſemetipſo, hoc eſt, puriſſi-
ma clariſſimaq; luce, quæ tantum ſuperat il-
lam cæleſtium corporum & huius ſolis lucem
ac puritatem, quantum illa terræ huius faciæ
ac tenebras, adeo, vt nulla illorum ſit ad De-
um comparatio. Haſtenus itaque dictum eſt,
quisnam ſit ille quē adoramus, nimirum pa-
ter noſter, vt magna cum fiducia oremus, cum
ipſi etiam natura repugnet paternæ, filijs ali-
quid negare, eorum ſaltem, quæ ſalubriter pe-
tunt: & vbi habitat, vt ſciamus quod nobis ten-
dendum ſit, adeoq; magna cum alacritate cō-
rendendum. Admoniti obiter ſumus & no-
ſtræ dignitatis, nè noſmetipſos tanquam vi-
les negligamus, aut abijciamus, aut quenquam
omnino hominem: quum omnes ſumus filij
DEI: quo nomine nec ipſos quidem angelos
dignatus eſt Deus. Quod quicumq; intelligit
& agnoſcunt, nihil maiori ſtudio agunt, quam
vt & ſemetipſos, tali patre dignos exhibeant,
atque eodē (quantum quidem in ipſis eſt)
omnes homines inuitent & extiment. Atq;
hoc ipſum eſt, quod ante omnia in hac ipſa
precatione petimus, nempe vt huius noſtri
ſtudij ac voti compotes ſiamus. Quid enim
eſt aliud, *Sanctificetur nomen tuum*, quam, o
Pater, da nobis, vt gloria diuini nominis tui
& noſtros exhilaret animos intūs, & ex cun-
ctis ſermonibus operibusq; noſtris ita relu-
ceat foris, vt & illi qui te ignorāt, hinc (id eſt,
ex nobis) te diſcant cognoſcere, quærere, lau-
dare, & inuocare, tuiq; regni nobiſcum parti-
cipes ſiant?

Huius particula aptiſſimè coheret quæ ſe-
quitur: *Adueniat regnum tuum.* Tunc enim ad-
uenit regnum Dei, quando eiecto tyranno
diabolo cum ſuo illo nefando impiorum ſpi-
rituum, malarum cupiditatum, atq; omnium
peccatorum ſatellitio, per quod regnat in in-
credulis & impijs hominibus, Chriſtus per
doctrinam Euangelicam, veram fidem, firmā
ſpem, & flagrantem charitatem peſtora homi-
num occupat. Hoc regnum vt indiès latiùs
latiusq; propagetur in terris, petimus, donec
ſubiectis omnibus & Iudæis & gentibus, vnū

ſit ouile & vnus paſtor. Cæterum quia quàm
diū in terra hac mortales adhuc peregrina-
mur, multas regnum hoc patitur infeſtatio-
nes, magno cum deſiderio petimus & expe-
ctamus, vt veniat ille dies, quo reſuſcitatis in
vitam corporibus, ſeparatiſq; ouibus ab hæ-
dis, id eſt, pijs ab impijs, Chriſtus tradat re-
gnum integrum Deo patri, ſeipſum quoquē
in ſuo corpore illi ſubijciens, vt ſit DEVS
omnia in omnibus. Quicumq; hoc ex animo
precantur & optant, hi ſunt ingenui filij Dei,
& in ſpiritu ac veritate Deum patrem ado-
rant. Hoc enim votum de optima oritur con-
ſcientia, inquit Chryſoſtomus, & mente ter-
renis omnino rebus exuta. Hi ſunt, qui iuxta
verbum Apoſtoli, ſpiritu Dei ductuntur, & in
ſemetipſis gentunt, ad optionem expectantes,
redemptionem corporis ſui, Romanorum
oſtauo. Hi neque vitæ huius operibus inflan-
tur, neque deiſciuntur aduerſis, ſed tanquam
in ipſo iam cælo habitantes, vtriuſque fortu-
næ aſſultus intrepido animo contemnunt.

Fiat voluntas tua, ſicut in cælo & in terra.
Hoc eſt, largire nobis, o Pater promptam vo-
luntatem & vires, vt abnegata reiectaſque vo-
luntate diaboli, mundi, & carnis noſtræ, tu-
am ſolius voluntatem faciamus: vt tandē læ-
ti videamus illum diem, quo diabolo cum ſuis
cultoribus abolito, omnes voluntati tuæ ſub-
ijciantur. Hunc puto genuinum eſſe ſenſum,
vt non ſit opus pluribus de hoc philoſophari:
quem & Hieronymus breuiſſimè ſic expreſ-
ſit, vt quomodo angeli, inquit, tibi inculpatè
ſeruiunt in cælis, ita in terra ſeruiant homi-
nes. In eandem ſententiam Chryſoſtomus.
Confirmatur autem verbo Apoſtoli primæ
Theſſal. quarto: Hæc enim eſt voluntas Dei,
ſanctificatio veſtra.

Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie.
Panis nomine hinc intelligimus, quocunq;
opus habemus ad ſuſtentionē vitæ: ſiue il-
lud ſit alimentum, ſiue tegumentum. Quan-
dò verò corpore conſtamus & animo, vtrique
ſuus neceſſarius eſt panis, iſque ſemper à Deo
petendus. Et quemadmodum corpus conſer-
uatur ad tempus quidem (moriendum enim
illi tandē eſt, quantumcunq; alatur ac ſo-
ueatur) pane terreſtri, qualis ſit ex frumento,
& illis quæ huic ſunt coniuncta: (nam & ipſum
de terra eſt) ita animus, qui cæleſtem habet
originem, pane viuificus, qui de cælo de-
ſcendit, Iohannis ſexto. Hoc pane nos affi-
duè victitare oportet, quod ſit per fidem.
Quin & in Sacramento ſynaxeos huic pa-
nem edimus, per interualla temporis. Huius
etiam doctrina atque præcepta, panis eſt, ipſo
h auctore Chriſti.

authore, Matthæi quarto: Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei.

Porrò quod adjicit, nostrum, bifariam accipi potest, vel nobis, id est, hominibus necessariarum: quum angeli suum panem iam certò habeant, dæmones autem in æternum amiserint, nos verò eum adhuc quærimus, vel nostrum, id est, iustis laboribus quæsitum, nè ociofi atque ignaui, alieno pane victitemus, qui nobis tandem vertatur in laqueum: quæ admodum illis, de quibus propheta Psalmo sexagesimo octauo: Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum.

Quotidianum] Pro quotidianum, Diuus Hieronymus legit, supersubstantialem, Græcè *επιούσιος*, id est, eximium, excedentem substantias omnes nobis necessarias, quo Dominum nostrum Iesum Christum, eiusdemque saluberrimam viuificamque doctrinam rectè intellexerimus. In Euangelio quod appellatur secundum Hebræos, Diuus Hieronymus ait se reperisse *κράστινον*, id est, crastinum, id est, futurum. Et *κράστινον* crastinum diem significat. Cæterum quum quotidianum legimus, & loquimur de his quibus opus est ad huius vitæ sustentationem: admonemur non esse solliciti de crastino, iuxta id quod in sequentibus nobis præcipitur à Domino. De spirituali verò pane loquentes, admonemur assidue nobis hunc esse necessarium, propter infirmitatem nostram: imò sine quo panem viuere potest nemo, quum sit ipsa vita.

Quòd ait, Da: admonet nos, non esse quicquam horum nobis salutare, nisi à DEO acceptum. Nam qui sibi per fraudes, imposturas, rapinas, furta, latrocinia, & similia scelera parant diuitias, hi mālunt eas à diabolo, quàm à DEO accipere, vndè iuxta id quod iam ex propheta retulimus, fiunt eis in laqueum. Qui verò per pios labores, fideliter seruiendo Deo, vitæ necessaria quærunt, magna que cum fiducia dicunt eum eodem propheta: Oculi omnium in te sperant Domine, & tu das illis escam in tempore opportuno: Aperis tu manum tuam, & implebis omne animal benedictione: eademque fiducia precantur, Panem nostrum quotidianum da nobis hodiè: hi neque destituuntur vnquam à Deo, neque aliter, quàm ad salutem, donis eius vtuntur.

Simile est de cibo spirituali, seu pane cælesti. Panem illum qui CHRISTVS est, nemo edere potest, nisi pater cælestis dederit. Omne, inquit, quod dat mihi pater, ad me veniet. Et, nemo potest venire ad me, nisi pater

qui misit me, traxerit eum. Item: Omnis ergò, qui audiuit à patre, & didicit, venit ad me. Vndè cum Petrus consistens Christum, diceret, Tu es CHRISTVS filius Dei viuit, audiuit, Beatus es Simon Bariona, quia & caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus qui est in cælis. Quid autem faciemus, vt hunc panem à patre cælesti impetremus? Neque enim omnes qui hanc precationem vsurpant, impetrant, quum nemo etiam nõ hereticorum eam vsurpet. Neque omnes nouerunt, neque omnes habent filium, qui se eum nouisse atque habere iactant. Tunc si quis, inquit, vobis dixit, Ecce hic CHRISTVS, aut illic, nolite credere. Quid igitur faciemus? Audi Dominum ipsum exultantem spiritu, atque dicentem: Confitetur tibi pater, Domine cæli & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Efficiamur paruuli, & iuxta præceptum Solomonis audiamus disciplinam patris, & nè dimittamus legem matris nostræ. Neque enim DEVS pater agnoscat filios suos, vt illis det panem illum cælestem, qui nolunt agnoscere matrem suam Ecclesiam Catholicam, neque legem eius obseruare. Vndè Diuus Hieronymus in illum ipsum Solomonis locum: Et notandum, inquit, quòd ita nos disciplinam patris audire præcipit, vt legem quoque matris nulla ratione dimittamus: quia non sufficit, vt quis se DEVM diligere & eius præceptis obtemperare dicat, si vitatem Ecclesiæ fraternam charitate non sequitur. Nã & ipsa Ecclesia panis dicitur, & caro Christi, quippe quam sibi sponsam sociavit Christus, quam suo spiritu viuificat, quam & matrem omnium viuentium fecit, quod Eua significauit Genes. tertio. Quicumque huius matris desinit esse filius, is viuere desinit. Maducare autem hunc panem, est in Ecclesia manere, de quo vide Augustinum in fine tractatus vicesimiseptimi in Iohannem. Hæretici nusquam non occidunt nobis DEVM patrem, CHRISTVM, Euangelium: sed nullum horum neque habent, neque nouerunt: quia per suasionem scientiæ prudentiæque inflati, contemnunt matrem Ecclesiam vnã cum omnibus suis legibus, impudentissimè iactantes se solos intelligere scripturas, nouisse mentem patris: quæ verò ab Ecclesia hæc tenens iuxta rationem temporum, siue ex scripturis, siue ex spiritu sancti afflatu, quem ex promissione sponsi accepit, ad conseruandam pietatem, religionem, pacem, & omninò salutem filiorum instituta sunt, vel etiam ab ipsis Apostolis accepta & obseruata, blasphemore quasi commenta somniaque humana trahunt, insecantur, proscindunt atque proculcant. Tales nobis promittunt Christum, quum ipsi sint Antichristi: promittunt Euangelicæ doctrinæ panem, sed apponunt se ditione sectæ lethale venenum. Qui verò paruulorum modestia, simplici fide, charitate non ficta, ex gremio matris Ecclesiæ clamant ad patrem, Panem nostrum quotidianum da nobis hodiè: hi sine dubio impetrant filium illum vnigenitum, panem vitam æternam, & cum hoc cætera omnia. Nam qui proprio filio non pepercit, inquit Apostolus, sed pro nobis omnibus tradidit illum: quis fieri potest, vt non & cum eodem omnia nobis donet?

Hodiè] Vel ad totam hanc vitam pertinet, quæ veluti vnus est dies, vel ad vnumquemlibet diem: neque enim solliciti debemus esse de crastino. Sed magis conuenire videtur, vt per hodiè, totam hanc vitam accipiamus, hoc sensu: O Pater, da nobis hodiè, id est, in hac vitæ qua peregrinamur à te, panem illum quo nobis quotidie opus est, nè collapsi, deficiamus in huius peregrinationis via, neque possimus ad te peruenire. Sic enim & in Psalmo nonagesimo quarto accipitur: Hodiè si vocem eius audiueritis, nolite obdurare corda vestra, de quo vide Apostolum Hebræorum tertio.

Et dimitte nobis debita nostra] Hactenus peccati sumus bona, nunc similiter deprecamur mala. Ac principid quidem peccata, in quæ per infirmitatem crebrò, etiam post baptismum incidimus. Debita enim, non pecunias debitas hæc dicit, quasi non liceat nobis repetere, quod mutuo dedimus fratribus nostris: sed peccata, quod manifestum est ex Luca, qui habet: Et dimitte nobis peccata nostra. Est autem nominis huius ratio, quia debemus DEO super omnia charitatem: eandemque post Deum proximo, & proximus vicissim nobis, atque omnia quæ sunt cum charitate coniuncta. Porrò quandò Deum offendimus, non persoluimus illi debitam charitatem: neque proximo, quandò hunc lædimus. Sed quia eadem est infirmitas proximi quæ nostra, si læsi ab illo, facile ignoscamus: & DEVS offensus à nobis, facile ignoscet nobis. Quòd verò ad pecuniam debitam, atque id genus alia attinet, charitas postulat, vt libenter talia remittamus illis, qui libenter soluerent, si per inopiam possent. Si qui verò, quum habeant vndè queant soluere, per dolium & malitiam nos fraudant, admonendi sunt, & si sit opus, corripiendi, non tam nè nobis pereat pecunia nostra, quàm nè pereant

illi in sua iniquitate. Neque peccatum est cum talibus experiri iudicio, modò id fiat animo Christiano, hoc est, non tam cupiditate vindictæ aut recipiendæ pecuniæ, quàm corrigendi proximi atque seruandi. Neque eo precepto, quo nos iubet dimittere debitoribus nostris, id est, fratribus in nos peccantibus, vetat publicos latrones, homicidas, adulteros, & id genus reipublicæ pestes, iure publico accusare vt puniantur, quò publica pax atque tranquillitas conseruentur: quum huic rei destinauerit DEVS imperia ac magistratus, quibus obedientiam & honorem præstare plurimis sacre scripturæ locis acriter præcipit. Quorum auxilium implorare, ad priuatam etiam vim arcendam, nihil est peccati. Tantum absit rixandi, contendendi, litigandi vindicandi; libido: adsit autem fraternæ salutis ac publicæ pacis desiderium: de quo Iulculenter satis puto nos disseruisse libro superioriori.

Valet hic precationis Dominicæ articulus contra Nouatianos & anabaptistas, qui negant homini post baptismum in peccatum relapso, relicto esse locum veniæ. Quod si verum esset, frustra doceret nos CHRISTVS veniam petere. Neque enim hanc precationem voluit orare ethnicos adhuc, sed iam discipulos suos, id est, Christianos ac baptizatos. Hi enim possunt ad Deum dicere, Pater noster: quod illi non possunt, vt ait Chrysofomus.

Præterea nos ipsi admonemur nostræ infirmitatis, qua fit, vt dum hæc viuimus, subinde peccemus, vt merito dixerit Iohannes: Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, & veritas in nobis non est. Tertio docemur, remissionem peccatorum à DEO patre esse petendam: quòd hic solus propriè quidem remittat peccata, quemadmodum Esaiæ quadragesimo tertio dicit: Ego sum, ego sum ipse, qui deleo iniquitates vestras. Quod tamen non est dictum in fraudè clauium Ecclesiæ: de quo aliàs dabitur dicendi locus.

Quartò, nequaquam desperare veniam: quòd & pater sit, & optimus, clementissimus, benignissimusque pater, & quòd certam, expeditam ac facilem adiecerit conditionem, qua nobis peccata sit remissurus: nempe si nos fratribus nostris remisserimus: Vt iam nemo de iudicio Dei conqueri possit, quum ipsum reum, dominum sententiæ de se ferendæ fecerit, vt ait Chrysofomus.

Postremò, pronomen Nos, nobis, nostra &c. toties per totam precationem repetitum, h 2 vbiq̃

vbique nos admonet charitatis fraternæ, nè quisque pro se priuatim tantum, sed & cõmuniter pro omnibus fratribus oret.

Porro de ignoscendo proximo, quod in nos peccarit, abundè diximus libro superiori in illud: audistis quia dictum est, Diliges proximum tuum &c. Incidere autem hæc potest scrupulus, quid igitur faciendum sit illis, qui nondum possunt ex animo ignoscere delinquentibus in se? quales certè multos esse experimur. Iubebimus ne hos in totum ab hac precatione abstinere? Respondeo ex doctrinissimorum virorum sententiâ, neminem hoc donum ex semetipso habere, vt ex animo illud possit: sed quisquis habet, hunc à DEO habere. Qui verò nondum habent, & tamen dolent se non habere, atque huius rei gratia ingemiscunt atque suspirant ad Dominum, obsecrantes vt sibi hunc spiritum largiatur, hi nequaquam abstinere ab hac tam salutari precatione. Impetrabunt enim vnâ cum cæteris donis & hunc spiritum. Vide quæ sub finem prioris libri scripsimus. Tertium verò genus hominum est peruicax, duræque cervicis, vt nec habeat bonum hunc spiritum, nec optet habere: sed perdurare decreuerit in odio, & persequi vindictam. Hoc si hanc precationem dixerit, iram & vindictam Dei sibi imprecabitur. Quid igitur? omiffane hac particula, precabitur reliqua? Nequaquam. Nihil enim impetrabit à patre, qui non vult plenè & ex animo precari, vt docuit filius.

Et nè nos inducas in tentationem. Tentare, est rem incertam experiri ac diligenter inquirere. Vndè homines curiosi dicuntur tentare DEVM, quando verbo eius nolunt simpliciter credere, sed vbi non statim omnia euenerint pro ipsorum voto, murmurant contra DEVM, & faciunt sibi idola: quemadmodum populus Israëliticus in Exodo sæpè fecisse legitur, iam panem, iam carnes, iam aquas exigens, vt capite decimosexto & decimoséptimo, capit, verò trigésimosecundo vitulum sibi erigit, eumque adorat, impatiens moræ, quam Moses fecit in monte, loquens cum Domino. Quod genus tentationis prohibetur Psalmo nonagesimoquarto: Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra, Sicut in iritatione secundum diem tentationis in deserto, vbi tentauerunt me patres vestri. Et Moses ipse populum increpans, ait: Quid iurgamini contra me? Cur tentatis Dominum? Itidem peccant & illi, qui temerè sese citra necessitatem in

Exod. 17.

pericula coniungunt, expectantes vt DEVS se miraculosè, contra legem naturæ eripiat. Contra quos Dominus IESVS citat præceptum ex Deuteronomij sexto: Non tentabis Dominum DEVM tuum, Matthæi quarto. Hoc tentationis genus omninò fugiendum nobis est, quia perniciosissimum.

Aliud verò genus est, quo Deus tentat homines, hoc est, per afflictiones fidem illorum & constantiam explorat ac probat, non quòd ipse hoc opus habeat, quasi ignoret quid sit in homine: sed vt ea producat in angelorum & hominum, necnon ipsorum demum conspectum, vt intelligant omnes iustitiam iudiciorum Dei, qua tales athletas coronat, vt & DEVS in illis, & illi glorificentur in neo. De quo scriptum est Deuteronomio, decimotertio: Tentat vos Dominus Deus vester, vt palam fiat, vtrum diligatis eum, an non, in toto corde & in tota anima vestra. Quo tentationis genere & hoc consequimur, vt ipsi nosmetipsos discamus cognoscere: que non est contemnenda philosophiæ pars. Sic tentauit sanctum illum, & eximium patriarcham Abraham Genes. vicésimosecundo. Sic sanctum Iob, Apostolos & innumeros martyres, aliosque omnis generis sanctos, hoc genus tentationis ad eò non debet nos contristare, vt Diuus Iacobus in sua Epistola principio non dubitauerit scribere: Omne gaudium exultimate fratres mei, cum in tentationes varias incideritis, scientes, quòd probatio fidei vestre patientiam operatur &c. Et paulò post: Beatus vir qui suffert tentationem: quoniam quum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam repromisit Deus diligentibus se.

Postremum tentationis genus est, quo per deceptionem sollicitamur ad peccandum. De quo idem Iacobus, Nè quis quum tentatur, dicat se à Deo tentari. Nam DEVS vt malis tentari non potest, ita nec ipse quenquam tentat. Imò vnusquisque tentatur, dum à propria concupiscentia abstrahitur & inescatur. Deindè concupiscentia posteaquam cõcepit, parit peccatum: peccatum verò perfectum, progignit mortem. Porro concupiscentiã adiuuat mundus, variarum rerum illectamentis instruens & armans: qualia sunt iritamenta libidinum, gula, oculorum, aurium, exquisita odoramenta, opum ac dignitatum splendor ac fastus, quam Iohannes vocat superbiam vitæ. Propter quæ omnia præcipit, nè diligamus mundum, neque ea quæ sunt in mundo. Si quis diligit mundum, inquit, non est

1. Iohan. 2.

charitas patris in eo. Non quòd hanc cælorum elementorumque machinam, ceterasque DEI creaturas condemnet: quorum nihil non est valdè bonum: sed hominum stultitiam & iniquitatem, bonis DEI creaturis in suam perniciem abutentium. Nam per quæ summum illum, optimum, benignissimumque patrem agnoscere, diligere, & colere debebant, perque omnia pietatis officia ad ipsum propere, hæc arripiunt in occasione foedissimi ventris, hunc sibi constituentem deum, veri illius DEI oblit: quod est turpissimum idololatriæ genus.

His duobus, concupiscentiæ, inquam, & mundo, se tertium adiungit socium diabolus, principidolofissimis consilijs ad amplectendum illa instigans: nunc minarum terroculamentis impellens, dum famem, nuditatem, ignominiam, orbitatem, solitudinem, exilium, mortem proponit, nunc per horum contraria illectans. Sed quòd omnium est maximè horrendum, vbi miseris in laqueum pellexerit, statim crudelia expedit vincula, quibus conclusos retineat. Alios enim voluptatibus, fastu, atque earum rerum quas offert, amore ita inebriat atque dememat, vt tanquam brutæ pecudes, neque de vita futura, neque de ipso Deo cogitent vnquam: quales erant gigantes illi, de quibus Genes. sexto, & Nabal, de quo primi Reg. capit. vicésimo quinto. De qualibus & propheta Psal. decimotertio & Psal. quinquagesimosecundo: Dixit insipiens in corde suo, non est Deus. Alios scelerata conscientia admisorum percussos, in desperationem conijcit atque blasphemiam: quemadmodum Cain Genes. quarto, & Iudas Matthei vicésimoseptimo. Sed vniuersum opus esset hæc docere exemplis è scriptura petitis, ac non doceret nos communis hominum vita. Hæc itaque breuiter de præcipuis tentationum generibus perstrinximus. Iam verò quòd Dominus ac præceptor noster Iesus nos docet orare, nè DEVS pater in tentationem nos inducat, non habet eam sententiam, nè patiatur nos tentari. Hoc enim turpissimum fuerit precari, nimirum delicatè, mollis, atque ignaui militis argumentum, cum optimo adeoque inuictò imperatori dederit nomen, petere, nè se velit educere in aciem, & cum hoste committere. Talem militem quis non execretur? Præterea ipsi militi prorsus inutile. Tentationis enim præcio perficitur virtus, quemadmodum Paulo respondit Dominus, quum ter illum oraret, vt recederet à se angelus Satanae à quo colaphizabatur, secundè Co-

rinthior. duodecimo. Neque quisquam coronam illam gloriæ, ad quam omnes adspiramus, consequi potest, nisi qui legitime certauerit, eodem Apostolo teste, secundè Timoth. secundo. Quomodo autem certare poterimus sine aduersario, sine prælio? Vide & ea, quæ in caput quartum huius Euangelistæ diximus, de vtilitate tentationis. Adde quòd neque debet, neque potest fieri, vt quis hinc sine tentatione viuat, quum repugnet conditioni vitæ humanæ in his terris, quæ teste Iob, Iob 7, nihil aliud est, quàm militia.

Non est itaque orandum, nè sinat nos Dominus tentari: sed, nè tentationi succumbere. Hoc verò quandò oramus cum fiducia, nihil est quòd terreamur. Fidelis enim est Deus, qui non patietur nos tentari supra id quòd possumus, sed faciet cum tentatione etiam prouentum, vt possimus sustinere, primè Corinthior. decimo. Hoc nimirum expertus Dauid, cum exultatione exclamat: Dominus illuminatio mea & salus mea: quem timebo? Dominus protector vitæ meæ: à quo trepidabo? Dum appropiant super me nocentes, vt edant carnes meas: Qui tribulant me inimici mei, ipsi infirmati sunt, & ceciderunt. Si consistant aduersum me castra, non timebit cor meum. Si exurgat aduersum me prælium, in hoc ego sperabo. Deindè interiecta precatione, qua orat, nè se destituat Dominus, tandem Psal. cum hac exhortatione concludit: Expecta Dominum, viriliter age, & confortetur cor tuum, & sustine Dominum. Ecce, hoc est generosi militis officium, nequaquam quidem defugere prælium, nec tamen temerè sese in illud dèdere, sine auspicijs sui imperatoris. Huius verò auspicijs fretum, fortiter pugnare: præsertim quum sciat se sub illo militare imperatore, qui iam victor magna cum gloria de hoste nostro triumphauit.

Porro verbum, inducas: ea figura hæc positum est, qua in Exodo, Ego indurabo cor Pharaonis: hoc est, indurari permittam. Neque enim DEVS ipse talia facit, sed arcanis de causis, & iusto iudicio fieri permittit.

Sed libera nos à malo. Malum, veteres magno consensu diabolum interpretantur: quam interpretationem inuauit additus articulus apud Græcos, ἐπὶ τοῦ πονηροῦ. Solent enim illi articulos addere, quandò de rebus certis loquuntur. Aptè quoque hoc sensu coheret præcedenti particula, qua precamur, nè patiatur nos pater ab illo tentatore diabolo superari,

h 3 aduer-

aduersus quem nobis bellum est in hoc mundo perpetuum: cui subijcimus, sed vt tandem liberet nos ab illo malo, & omnibus illis, quæ socijs illis suis ac satellitibus carne & mundo adiutus, aduersum nos machinatur: siue vt in ruinam & peccata nos pertrahat, siue vt varijs calamitatibus, ignium, aquarum, bellorum, morborum, calumniarum, omniumq; malorum generibus, Deo permittente, affligat. A quibus omnibus, Deo patre nostro celsi protectore, tuti fuerimus. Hæc est enim illius implacabilis & insatiabilis malicia, quod principio nos per omnes omnium tentationum dolos in peccati nassam, quæ culpa dicitur, pellicere conatur. Quos autē pellexerit irriteritque, eorum & accusator fit apud Iudicem Deum, & condemnatorum carnifex. Nihil autem contra nos poterit, si neum patrem habuerimus protectorem. habebimus autem, si iuxta doctrinam filij, serid eum ex animo & cum fiducia inuocauerimus: præterea cum vero animi dolore, quod illum tam benignū patrem vnquam offenderimus: certoque voto atque proposito concepto, vt quantumcunquē per nostram infirmitatem licebit, daturi simus operam, ne offendamus in posterum, ad hoc ipsum gratiam illius implorantes. Quibus circumstantijs omnes preces nostras munitas esse oportet. Quamquam verò, quàm diū in hoc mundo versamur, non sit fortē futurum, vt in totum à nobis malus ille ita recedat, vt prorsus desinat insidiari, tentare, & quibuscunquē potest dolis machinisq; oppugnare: nos tamen in hoc ipso gloriari etiam debemus, quod certam habemus hanc fiduciam, quod gratia ac benignitate patris, ductu verò & auspicijs Imperatoris nostri Iesu Christi vincemus: debellatoque tandem hoste, atque exuta hac mortalitate, è sublimi illum despiciemus prostratum, quod ille nunquam poterit conscendere. Ibi perfectum erit & consummatum, quod hic illis quibus dixi, auspicijs inchoamus.

Quia tuum est regnum &c.] Hæc particula in nullis veteribus Latinorum exemplaribus legitur: neque ab Hieronymo, neque quocumque alio interpretum exponitur, præter Chrysostomum, & huius abbreviatorē Theophylactum. Quare suspicatur quidam apud Græcos eam adiectam esse tanquam coronidem, quæ admodum psalmis accinimus, Gloria patri &c.

Adiectam tamen eleganter interpretatur Chrysostomus his verbis: Si igitur ipse est regnum, nihil oportet timeri, ut potest existente nullo, qui ei repugnare possit, sibi que imperium vindicare. Quando enim dixit, tuum

est regnum, ostendit illum quoque impugnatorem nostrum, ipsi tamen esse subiectum, etiam si repugnare videatur, sinente, interim Deo. Nam, & ille vnus de numero seruorum est, licet reorum iam atque reproborum. Nec audebit aliquandò super vnium irruere: contra seruum, nisi prius ab omnium Domino acceperit potestatem. Et quid ego de cõseruis loquor? Ne aduersus porcos ille quidem sumpsit audaciam, priusquam permetteretur à domino. Neque in bouem, neque super ouium greges, nisi potestatem super ea re accepisset. Si igitur mille adhuc esses gradibus inferior, deberes tamen iurè confidere, talem habens regem, qui facillè omnia etiam per te possit efficere. Hæc Chrysost.

Amen.] Signaculum hoc est orationis Dominicæ, inquit Hieronymus, quod Aquila interpretatur, fideliter: nos, verè, possumus dicere. Vox est sermonem confirmatis, & ratum fore precantis, perindè atque dicatur, ita certò fiat, hoc est, o pater celsis, si hæc vota filiorum tuorum pia sunt, si iuxta formam à filio tuo Iesu præscriptam concepta: certa nos habet fiducia, tuam bonitatem præstituram quod petimus.

Si enim remisertis &c.] Vides quantoperè velit inter nos sartam testam mutuam charitatem? Quæ non potest constare, nisi nobis mutuo ignoscamus. De quo iam satis copiosè diximus.

Cum autem ieiunatis &c.] Monet hic Augustinus obseruandum esse ex huius præcepti occasione, non in solo rerum corporearum nitore atque pompa, sed etiam in ipsis sordibus luctuosus esse posse iactantiam, & eo periculosiorem, quo magis sub nomine seruitutis decipit. Qui vestium, epularum, pomparum, & similiarum rerum luxui indulgent, eos nemo dubitat mundi vanitatibus esse deditos. Qui verò nulla necessitate coacti, sua sponte, squalore sordibusque vestitū, pallore ac tristitia vultū, austeritatem vitæ præ se ferunt, de his certè dubitare quis potest, vtrum hoc superflui cultūs contemptu, an ambitione faciant. Facillè autem vir prudens hoc animaduertit, si cætera eorum opera obseruauerit: maxime verò quomodo se gerant, cum vel eripi, vel negari illis cœperint ea, quæ sub religionis specie vel consecuti fuerint, vel expectarint. Tunc enim necesse est, inquit Augustinus, vt appareat vtrum lupo in ouina sit pelle, an ouis in sua. DEVS non tam respicit quid quisque faciat, quàm quo animo faciat. Diuus Hieronymus in epistola ad Nepotianum, quæ est de vita clericorum & sacerdotum, quosdam grauiter perstrin-

git,

git, his verbis: Audio præterea, in fenēs & anus absque liberis, quorundam turpe seruitium. Ipsi apponunt matulam, obsident lectū, purulentiam stomachi & phlegmata pulmonis manu propria suscipiunt. Pauent ad introitum medici, tremebunt labijs: conmodiūs habeant, sciscitantur: & si paululum senex vegetior fuerit, periclitatur: simulataque lætitia, mens intrinsecus auara torquetur. Timent enim ne perdant ministerium, & viuacem senem Mathusalem annis comparant. O quanta apud Deum merces, si in præsentis precium non sperarent. Quantis sudoribus hæreditas cassa exeditur? Minori labore margaritum Christi emi poterat. Hæc ille. Huiusmodi vitiā cum multa irrepserunt in sacerdotum ac monachorum vitam, perique vniuersos illos vno execrantur nomine, sine omni bonorum malorumque discrimine. Quod sanè iniquissimè fieri, quotquot sunt equi iudicij homines, facillè intelligunt: quemadmodum & illud, quod nostra præsertim ætate maxima pars sacerdotum, ne videantur hypocrite, luxuria lasciuiaque vestium, cæterarumque rerum, ex quarum frugali vsu decuit relucere spiritum illum mundi contemptorem, quo suis laicos vel superant. Non minus errat (ne quid grauius dicam) & illi, qui ne incidunt in hypocrisis, si dijs placet, ne doctrinis dæmoniorum videantur attendere, de quibus ad Timotheum scripsit Apostolus, contra sua ipsorum vota, Ecclesiæ catholicæ decreta, nubunt, ducunt, edunt, bibunt, omnia denique pro sua libidine agunt. Aliud præterea genus hominum deplorat Chrysostomus, quod quum nunquam ieiunet, ieiunare tamen se simulat, in hoc deterius illis, quos hic repræhendit Dominus, quod hi quidem venantes laudem & gloriam ab hominibus, ieiunant tamen. Illi verò non ieiunantes, sed in occulto pro sua libidine edentes atque bibentes ieiunantium tamen aucupantur gloriam: Hypocriti suæ prætexentes, ne scilicet alios scandalizent. Tantæ molis erat sinceram condere gentem, hoc est, ingenue Christianam, quæ mediam illam verè religionis viam ita ingrediens teneat, vt neque ad hypocrisis, neque ad manifestam malitiam impietatemque deflectat. Nō est peccatum alios scire ieiunium tuum, aut opus bonū quocumque: modò tu id non affectes inanis gloriæ causa.

Sicut hypocrite, tristes.] Rectè vertit interpret vetus; tristes, modò intelligatur tristes, nō qui doleat, sed qui vultu sit inameno ac seuerus, hoc est, tetrico.

Exterminant enim facies suas. Idem est, Vetus

interpres parum commodè vertit, Exterminant: id quod & D. Hieronymus annotauit. Chrysostomus interpretatur, *ἡσυχάζουσι καὶ ἀπολλύουσι*, id est, corrumpunt ac perdunt. Quod videlicet odiosus putat personis histriionum. Siquidem illi natiuam faciem persona tegunt duntaxat. Isti verò corrumpunt ac perdunt propriam faciem, & citra personam agunt fabulam.

Tu autem cum ieiunas, unge &c.] Nemo hæc accipiat, quasi velit nos omninò ungi atque lauari dum ieiunamus. Nam hoc ipso nos, qui ungenti consuetudinem non habemus, ieiunium nostrum ostentaremus, quod ex diametro repugnat præcepti dominici sententiæ. Sed hoc præcipit, nos tempore ieiunij nostri æquè debere esse hilares, atque aliās. Per victionem enim & lotionem, synecdochicòs quæuis hilaritatis signa sunt intelligenda, quod veteres illi temporibus lætis ungi solebant atque lauari. Augustinus ad spiritum referens, de hilaritate interna interpretatur, qua sibi gratulari debet homo, quando ieiunando carnem domat, atque spiritui, tanquam capiti suo subijcit. Hoc est enim oleo verè lætitiæ imbui. Lotionem autem, cordis mundationem: vt omnia nostra opera neque ad ostentationem propter inanem gloriam, neque ad adulationem propter auaritiam, sed ex charitate de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta faciamus.

Nolite thesaurizare vobis thesauros &c.] Hactenus de fugienda ambitione, nunc de auaritia dicturus est. Quibus duobus malis nihil in moribus hominum pestilentius esse puto, expugnatumque difficilius. Quemadmodum itaque diligenter docuit, ne bonorum operum finem nobis proponamus inanem gloriam: ita hic docet, ne pecuniam. Non quod nefas sit, recipere mercedem ab illis quibus laboraueris, aut per iustos labores comparare vitæ necessaria: sed quod semper intentio nostra debeat esse directa ad gloriam splendoremque domūs paternæ & Ecclesiæ: & commodum, emolumentum atque salutem omnium, qui in ea versantur. In hunc finem & corpora nostra rebus necessarijs sustentare debemus, nempe vt patri nostro in hac domo seruire possimus. In hunc, & liberos nostros educare: In hunc, rectis sententijs, varijsque artibus imbueri. Quicumque hoc faciunt, hi declarant, se verè nouisse patrem caelestem, cuius & ipsi verè sunt ingenui filij: habentque omnia inter se communia, quantumuis quisque domum habeat, quam furibus, prædonibus, latronibus, alijsque iniustis hominibus possit præcludere.

dere. Libenter enim pro modulo suarum facultatum recipit omnem fratrem: hospitatur, nutrit, vestit, & quibuscumque potest rationibus iuuat. Hoc est verè thesaurus in cælo recondere. Hoc est in illa inexpugnabili domo patris nostri, quod nullus neque fur, neque prædo, neque latro, neque vllum omninò malum accedit. Qui verò in hoc opes congregant, ut in ocio, luxu, libidine, splendore, strepituque mundano viuunt, aut cum diuite illo Horatiano sibi plaudant, Ipsi domi simulacrum nummos contemplantur in arca: Hi thesaurizant in terra, pro thesauro carbonem tandem, iuxta prouerbum, habituri.

Sat. 1. lib. 1.

Vbi est thesaurus tuus, &c.] Quasi dicat: Qui sunt ingenui filij patris illius cælestis, hos decet, quantumuis corporibus quidem adhuc gradiantur in terris, mentis tamen cogitatione assidue versari in cælis: quippe quò sciunt sibi omni studio esse contendendum. Hoc autem non possunt, si thesaurus sibi in terra reponere cœperint: Vbi enim thesaurus, ibi & & cor. quod non tantum de pecunia, sed & de cunctis possessionibus sentiendum est, inquit Hieronymus. Gulosi deus, venter est: ibi ergò habet cor, vbi thesaurus. Luxuriosi thesaurus, epule sunt: lasciuia, ludicra: amatoris, libido. Huic seruit vnusquisque, à quo vincitur. Porro quemadmodum illi qui corporis oculos habent obductos caligine, nihil cernunt eorum que sunt in hoc mundo, neque scire possunt quò sibi sit gradiendum: ita qui mentis oculum habent terrenarum cupiditatum nube obductum, nihil eorum vident quae sunt in cælis: neque viam inuenire possunt, quò illuc perueniunt. Beati enim mundo corde, quia ipsi Deum videbunt. Hoc est quod sequenti similitudine ostendit, qua dicit, Lucerna corporis est oculus. Ex qua & illud intelligitur: Si mens nostra, qua prælucente atque ducente, totus homo illuminatus debet ea que sursum sunt querere, depressa est in terram, huiusque cupiditatibus excæcata: quantas necesse est esse inferioris hominis tenebras? Et si opera, quae in speciem bona videntur, qualia sunt, elemosynarum largitio, oratio, ieiunium, per hypocrisis facimus ad ostentationem captationemque inanis gloriæ aut turpis lucri: quid de reliquis operibus nostris ac moribus fiet?

Nemo potest duobus dominis seruire.] Admonet nos his verbis Dominus, ut non audiamus istos, qui se Deo & hominibus, qui se terræ celoque partientes, ita sequuntur æterna, ut tamen hæc temporaria nolint contemnere. Nichil enim aliud efficiunt, nisi dum vtrunque captant, neutro potantur. Duos autem do-

minos, intelligit contraria præcipientes, ut admonet Chrysostomus: quales sunt, Deus & diabolus, virtus & vitium, cælum & terra, & quales apud Comicum introducuntur Mithio & Demea. Nam duobus inservire, inter quos est concordia & amicitia, nihil vetat. Hi enim vnus quodammodo sunt. Imò verò de multis legimus sanctis, qui fidelissimè seruiuerunt hominibus, etiam tyrânis & idololâtris, & Daniel cum pueris illis Hebræis Nabuchodonosori, in illis duntaxat, que non aduersabantur Deo: & tamen in hoc ipso super omnia seruiuerunt Deo, agnoscentes ordinationem eius, & ontus seruitutis sibi ab ipso impositum patienter ferentes, & expectantes liberationem suam. Hoc quum videtis posset duobus seruire, re vera tamen erat vni seruire Deo. Præterea seruire, hoc loco est seruiliter addictum esse: ut intelligamus non esse peccatum, habere diuitias: sed, contra prophetæ præceptum, cor eis apponere. Diuitias, inquit, si affluant, nolite cor apponere. Alioqui Abraham, Jacob, & Iob legantur amplissimas habuisse possessiones: sed non seruiuerunt illis: id quod satis declararunt, si quando quid relinquendum erat, aut dilargiendum. Contra enim qui seruiunt opibus, adeò nihil inopi largiuntur, ut etiam aliena rapiant: & si quid casti pereat, sibi quoque pereundum esse putant.

Aut enim vnum odio habebit, &c.] Hoc ad indicandum duos illos dominos dicit, de quibus hic loquitur, putà Deum & Mammonam. Quum enim dicit, Aut vnum odio habebit, Mammonam intelligit: quem odio habent, quotquot ex animo diligunt Deum. Quum autem subiicit, Aut vnum sustinebit, rursus Mammonam innuit: quem tanquam tyrannum serunt propter cupiditates opum, etiam si non diligant: id quod mirificè etiam ethnicus poeta Aristophanes expressit in Comædia cui titulus est, Plutus. Deum autem negligunt, etiam si fortè non oderint. Est autem Mammona vox Syriaca, Diuo Hieronymo auctore, idem apud eos significans, quod apud Græcos Plutus: quem poeta deum faciunt, diuitiarum præsidem. Et lucrum lingua Punicâ Mammon dicitur, auctore Augustino.

Ideo dico vobis, nò solliciti sitis etc.] Nequaquam his verbis laborem & prouidentiam prohibet Dominus: cum nobis omnibus hæc iniuncta sit lex, ut in sudore vultus nostri vescamur pane nostro, Gene. 3. Et Paulus de vidua scribit: Quòd si qua suis, & maximè domesticis, non prouidet: fidem abnegauit, & est infideli deterior, 1. Timoth. 5. Sollicitudinem itaq;

itaque prohibet rerum corporalium, & cam præcipue, quæ cum diffidentia est coniuncta. Sed omnem curam & sollicitudinem nostram eò conuerti vult, ut ea operemur, quæ patri nostro cælesti placeant. Quod si faciamus, illi de nobis cura erit, neque vnquam patietur nobis deesse necessaria vitæ: quod & Propheta luce clariùs docet, Psal. 63. Spera, inquit, in Domino, & fac bonitatem, & inhabita terram, & pascèris in diuitijs eius. Delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui, &c. Porro quòd dicit, animæ vestræ, animam pro vitæ posuit.

Quid manducetis.] In quibusdam additur, & quid bibatis: sed hoc superfluum esse videtur, quòd cibi nomine potus quoque continetur, & aquæ potus nemini nò pateat, quodque neque apud Chrysostomum, neque apud Hilarium addatur, neque in peruetustis exemplaribus, neque Augustinus legit. D. Hieronymus monet in quibusdam codicibus fuisse ascriptum: Verum edisserens, negligit.

Nonne anima plus est quàm esca?] A maiori argumentum est, hoc sensu: Multo preciosior est anima, quàm cibus. Qui itaque dedit quod melius est & præstantius, nonne dabit quod vilius est & abiectius? Simile argumentum est de corpore & vestimento.

Respicite volatilia cæli.] Hoc iam à minori argumentum est, quasi dicat: Si vilibus istis & triuolis prospicit ea quibus opus habent, etià ad abundantiam & ornatum, idque adeò ociosis: qui fieri posset, ut vos destitueret, sibi tam charos, præsertim iuxta legem ipsius & iustè laborantes, & cum fiducia plena ab ipsius liberalitateque paterna manu omnia expectantes?

Nonne vos magis, &c.] Id est, Nonne multò estis chariores Deo, quàm illa?

Quis autè vestrum cogitans &c.] Experimento quotidiano docet, inutilem esse sollicitudinem nostram. Quantumuis enim corpus tuum alas ac foueas, nihil tamen adijcere poteris ultra staturam, quam dederit Deus. Vnde & Paulus ait, Neque qui plantat, neque qui rigat, est aliquid: sed qui incrementum dat Deus. Officium quidem suum quantacunque cum fide, quantocunque cum studio potest, quisque facere debet: neque id pecuniæ aut vilis quæstus gratia, sed ut probetur Domino Deo: Sollicitudinem verò de necessarijs vitæ in illum conijcere vniuersam.

Considerate lilia agri.] Hæc parabola potissimum eò pertinet, ut sollicitudinem de indumento nobis eximat: quemadmodum superior illa, de cibo seu victu.

Euthym.

Lilia agri.] Lilia, ut Euthymius exponit, quosuis intelligit flores. Quòd autem adie-

cit, agri, non est ociosum: quòd hortensia nò nihil debere videri possint curæ humanæ: quæ admodum antè dixerat, volucres cæli, ut ab altibus distingueret. Ad eandè vilitatis exaggerationem pertinet, quòd statim mutato etiam nomine, gramen dixit, non iam liliū aut florem: deinde, quòd hodiè duntaxat esse: cras verò non tantum non esse, verum etiam in clibanum mitti, ut comburatur. Et tamen Deum, rem tam vilem & abiectam, non modò vestire, verum etiam sic, id est, tam speciosè vestire. Sic itaque priore comparationis parte amplificata, tandem infert alteram, adiecta increpatione, qua nostram supinitatem obiurgat, quòd tam manifesta non animaduertamus.

Quantò magis vos?] Vos, inquit, q. d. quorum causa cõdidit omnia, adeò ut pro vestra quoque salute vnigenitum illum suum vnice dilectum filium daret in mortem, & parum fidentes.

Porro clibanus (nè vocabulū interim prætereamus) instrumentum est, auctore Perotto, quò aliquid coquitur sub testa. Plerumque ex ferro fit: sæpè etiam ex opere sigilino. Accipitur & pro furno. Imò verò κλίβανος Græcis idem significat, quod furnus Latinis.

Hæc enim omnia gentes inquirunt.] Q. d. quæ dum patrem illum cælestem non nouerunt, neque regnum eius, neque bonitatem ditissimam, omnia sua studia huc conuertunt, ut per fas, per nefas in his terris ditefiant. Ab harum impia stoliditate vos longè abesse oportet, qui etiam scribas & phariseos, eosque in speciem iustos, excellere longè debetis.

Scis enim pater vester.] Nò dicit, Dominus, aut Deus vester: sed, pater vester: ut ipso nomine nos admoneat impossibile esse, ipsius paternæ naturæ & charitatis ratione, ut filios sibi obedientes, & à se omnia expectantes, destituat aut fraudet.

Quia his omnibus indigetis.] Hæc verba diligenter expendit Chrysostomus. reprehendens eos, qui obijciunt, oportere esse sollicitos de rebus istiusmodi, quòd vita humana eis carere non possit. Imò, eo minùs debemus esse solliciti, quò minùs carere possumus: Nam hoc magis nobis ea largitur pater cælestis: cuius sapientia neque ignorat nostram necessitatem, neque bonitas hanc destitui patietur. Nec ideo vetat nos esse sollicitos, quòd velit nos vel miserè perire fame, vel turpiter incedere nudos: sed ut abundantius etiam habeamus ea, quibus aduersus vtrunque malum est opus, nimirum à tam diuite, pio, benigno, ac liberali patre petentes, & accipientes potius, quàm à curis nostris vanissimis.

Quarite ergo primum regnum Dei &c.] Hoc est, Vnum hoc vobis ante omnia proponite: huc omnes curas vestras, omnem sollicitudinem, oia studia, omnes labores cōuertite, vt quisq; pro sua virili, pro sua vocatione & functione, pro gratia sibi à Deo data, studeat augere ac dilatare regnū patris sui cælestis, hoc est, Dei. Qui Apostolus est, nullis neq; laboribus, neq; periculis grauet aut deterreatur, quò minus per terras, per maria, ad extremos vsq; orbis terrarū fines, fortiter sua legatione fungatur. Qui Episcopus, non desinat aduigilare, nè vel gregi dominico desit pabulū Euangelicæ doctrinæ, vel in caulas ouiliæq; irrepant lupi. Similia curent pastores, presbyteri, & quoquot sunt cuiuscunq; vel ordinis, vel gradus, vel dignitatis: quisque pro sua forte & vocatione. Quia Imperatores quoq; Reges, Principes, & quoquot sunt magistratus, iustis legibus & armis, & quacunq; decet administratione, hoc agant, vt à populo Dei procul, quantum fieri potest, arceant omnem vim & iniuriam, publicā verò pacem & tranquillitatem conferuent. Ex subditis porrò qui diues est, præter studia sua & operas, ipsas quoq; opes cō potissimam conuertat, vt pauperum inopiam subleuet, maxime illorum, si quos videt per animi pietatē, & bonarū literarum studia cō cōtendere, vt vel nunc sint, vel aliquāddò possint esse vtilis ministri Ecclesiæ. Qui pauper, sed valido corpore, pijs & iustis laboribus, iuxta præceptum & legem Dei querat, quò & egestatem à se depellat, & si quid forte supererit, iuxta Pauli doctrinam impertiat inopi & infirmo. Qui pauper, & propterea infirmus, si nihil aliud potest, saltē per patientiam pijsq; precationes tum suam, tum communem omnium salutem Deo patri nostro cōmendat. Qui cæcibus, in sui cælibatū libertate studeat placere Christo, & quibuscunq; potest officijs, ecclesiæ eius inferuire. Qui maritus, vxorem & liberos ad omnem pietatem & religionem instituere & educare. Qui senex est, doctrinæ vitæque grauitate, omnisq; virtutis exemplo iunioribus ita præluere, vt patris illius cælestis imaginē quandā in eo suspiciant, ament ac venerent. Qui iuuenis, religione erga Deū, reuerentia erga natu maiores, breuiter omni studio atq; diligentia ad veram sapientiā & omnem virtutē contēdat. Atq; in his omnibus, per omnes omniū ordinum & ætatū gradus, nos mutuo in omni charitate, prout quenq; decet, siue in doctrina, siue admonitione, siue exhortatione, siue obsequio, siue quacunq; alia recta ratione, iuuenimus. Ecce, hoc est querere regnum Dei & iustitiam eius. Quod si serid fecerimus, haud dubiè omnia, quibuscuque opus haberemus,

etiam abundè nobis ab optimo illo liberalissimoq; patre nostro cælesti adijcerent: aded, vt suauiter quidē viueremus in hac terra, multò aut suauissimè, post huius vitæ decursum curriculū, apud ipsum patrē in cælis victuri. Nūc verò, quandò maxima hominū pars huic doctrinæ contraria facit, nihil miraculi est, quòd omnia nobis eueniunt contraria, fame, pestilentia, bellis, denique quicquid malorum vel cogitari potest, in nos irruentibus: ipsis etiam cælis & elementis, quæ DEVS in vsum nostrum, vt nobis seruiant, condidit, nostram ingratiitudinem apud creatorem accusantibus, eiusque iustissimo permisso aut etiam iussu, in nos conspirantibus ac fauentibus.

Sed audire mihi hīc videor nonnullorum vocem, in hanc sententiam respondentem: Ego quidem & credo verissima esse quæ dicis, & fecero libentissimè quæ præcipiuntur, si videro cæteros homines idem conari. Nunc quid ego solus efficiam? Quis potest in tanta malorum turba esse bonus? Aut si quis maxime bonitatem & innocentiam suam tueatur, an in communi omnium afflictione & ruina me vnum sit seruaturus & curaturus Deus? Quisquis es, o qui ita, non tam mihi, quam Deo respondes, an non meministi, quomodo, præter alios multos, varijs temporibus, vt Ioseph, Dauid, Heliā, Daniēl &c. mirabiliter ex ipsa morte ereptos, seruauerit cum sua familia Noe, cæteris omnibus, quoquot erant in toto mundo, hominibus diluuiō extinctis? Tū ne dubitas Deū & velle præstare quæ promittit, quia verax est & bonus, & posse, quia omnipotens? Deinde, an verò tu putas te solū esse, qui talia mediteris? Imò verò quæadmodum Helias, quum se solum putaret relictum, audiuit adhuc septem millia virorum superesse, quorum genua non sint incuruata ante Baal: ita ego tibi non dubitauero affirmare, superesse adhuc plusquam septuaginta septem millia, qui serid ac strenuè sese in his, quæ hīc præcipiuntur, exerceant, omnibus conatibus ac studijs ad regnum Dei & iustitiam eius contendentes. Iohannes post enumerata illa signatorum ex Israël tam multa millia, vidit aliam turbam, quā dinumerare nemopoterat. quantum dum in area trituarum, palearum multitudo operit triticum, vt vix pauca appareant grana: vbi tamen ventilari cæperit triticum, & à palcis repurgari, videbis ingentes acervos tritici purissimi. Non temerè desperandum est de hominibus, neque temerè iudicandum: de quo mox in capite sequenti audiemus. Quæadmodum sunt hypocritæ, qui foris apparent sancti, quum intus sint scelestissimi: ita inuenias qui inter homines

nes versantur, tanquam nihil differant à vulgo, quum tamen pectora circumferant myrothecia spiritūs sancti.

Non itaque ad huius mundi faciem est respiciendum: sed quisq; magna cum alacritate amplectatur doctrinam Dei, & vitam suam ad eam componat, neque de huius rei successu vlla ratione desperet. Quantunus enim infirmus sit, quantunus immersus peccatis, nihil obfuerit, si saltem resurgere cupiat, & voluntatem Dei facere desideret. Hoc votum, hoc desiderium nunquam destituit Deus. De quo præclerim in hunc ipsum locum disseruit Iohannes Chrysosto. Quamobrem cæteris omnibus neglectis, omnem sollicitudinem & curam nostram huc conuertamus, vt regnum Dei & iustitiam eius queramus. Quod si fecerimus, nullius boni defectum, neque hīc, neq; in futuro seculo patiemur. Vnde locum hunc his verbis concludit Dominus:

Nolite ergo solici esse in crastinum. &c.] Memineris hīc eius quod iam antè monuimus, Dominum his verbis minime prohibere iustos pro rebus necessarijs labores, & prouidentiam. Idem in hunc locum multis docet Augustinus, admonens vehementer cauendum esse, nè fortè quum viderimus aliquem feruum DEI prouidere, nè ista necessaria desint vel sibi, vel eis quorum sibi cura commissa est, iudicemus eum contra præceptū Dñi facere, & de crastino esse sollicitum. Nā & ipse Dominus, cui ministrabat angeli, tamen propter exemplum, nè quis postea scandalum pareretur, cum aliquem seruorum eius animaduertisset ista necessaria procurare, oculos habere dignatus est cum pecunia, vnde vsibus necessarijs, quicquid opus fuisset, præberetur: quorū loculorum custos & fur, sicut scriptum est, Iudas fuit, qui eū tradidit. Lucas præterea Euangelij sui cap. 8. scribit, mulieres multas, inter quas Maria Magdalena, Iohanna vxor Chufæ, & Susanna, secutas fuisse Dominum Iesum, ac de facultatibus suis ei ministrasse.

CAPVT VII.

Nolite iudicare, et non iudicabimini: nolite condemnare, et non condēnabimini. In quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini: & in qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis. Quid autem vides festucam in oculo fratris tui, & trabem in oculo tuo non vides? Aut quomodo dicis fratri tuo: Frater, sine, eijciam festucam de oculo tuo, et ecce trabs est in oculo tuo? Hypocrita, eijce primum trabem de oculo tuo, et tunc videbis eijcere festucam de oculo fratris tui. ¶ Nolite sanctum dare canibus, neque mittatis margaritas vestras ante porcos, nè forte conculcent eas pedibus suis, et canes cōuersi dirumpant vos. ¶ Petite, et dabitur

dabitur vobis: quærite, et inuenietis: pulsate, et aperietur vobis. Omnis enim qui petit, accipit: & qui quærit, inuenit: et pulsanti aperietur. Aut quis est ex vobis homo, quem si petierit filius suus panem, nunquid lapidem porriget ei? Aut si piscem petierit, nunquid serpentem porriget ei? Si ergo vos, cum sitis mali, non sitis bona dare filiis vestris: quanto magis pater vester qui in caelis est, dabit bona petentibus se? ¶ Omnia ergo quaecunque vultis ut faciant vobis homines, ita & vos facite illis. Hæc est enim lex & prophetarum. Intrate per angustam portam, quia lata porta & spatiosa via est, quæ ducit ad perditionem, & multi sunt qui intrant per eam. Quam angusta porta & ardua via est, quæ ducit ad vitam, & pauci sunt qui inueniunt eam. ¶ Attendite ad falsos prophetas, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. a fructibus eorum cognoscetis eos. Nunquid colligunt de spinis uvas, aut de tribulis ficus? Sic omnis arbor bona, fructus bonos facit: mala autem arbor, malos fructus facit. Non potest arbor bona malos fructus facere, neque arbor mala fructus bonos facere. Omnis arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur & in ignem mittetur. Igitur ex fructibus eorum cognoscetis eos. Non omnis qui dicit mihi, Domine Domine, intrabit in regnum caelorum: sed qui facit voluntatem patris mei, qui in caelis est, ipse intrabit in regnum caelorum. Multi dicent mihi in illa die, Domine Domine, nonne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo demonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? Et tunc confitebor illis, quia nunquam noui vos. Discedite a me omnes qui operamini iniquitatem. Omnis ergo qui audit verba mea hæc, & facit ea: assimilabitur viro sapienti, qui ædificauit domum suam super petram: & descendit pluuia, & uenerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & non cecidit. Fundata enim erat supra petram. Et omnis qui audit verba mea hæc, & non facit ea: similis erit viro stulto, qui ædificauit domum suam super arenam: & descendit pluuia, & uenerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam: & cecidit, & fuit ruina eius magna. ¶ Et factum est, cum consummasset Iesus verba hæc, admirabantur turbæ super doctrinam eius. Erat enim docēs eos sicut potestatem habens, & non sicut scribæ & pharisæi.

Psal. 6.

* supra

IN CAPVT VII.

Nolite iudicare &c. *ἴνα μὴ κρίνητε.* Vbi Euthymius admonet, iudicare hic nihil aliud esse quam condemnare. Et Theophylactus, Non reprehendere, inquit, prohibet, sed condemnare. Vnde quod in veteri vulgata translatione legitur, Nolite iudicare, & non iudicabimini: nolite condemnare, & non condemnabimini, posterius hoc, Nolite condemnare &c. non a translatores, sed ab alio aliquo, interpretandi causa forte in margine adiectum, postea in textum irrepsit: quum neque in vetustissimis exemplaribus habeatur, neque ab Hilario, neque ab Hieronymo, neque ab Augustino legatur in commentarijs. Vnde satis liquet, non prohiberi hic iudi-

cium illud, quo bonum a malo, rectum a prauo, verum a falso, & quum ab iniquo discernimus: ac ne illud quidem, quo manifestè peccantes reprehendimus: sed quo temerè iudicat vulgus hominum de his, quæ bono etiã aïo fieri possunt: aut propter quæ statim execratur eos, qui etiam si forte alicubi peccent, tamen infirmitate magis humana, quam animi malitia peccant. Sunt enim quedam facta media, inquit Augustinus, quæ ignoramus quo aïo fiant, quia & bono & malo fieri possunt. Ut carnis vesci aliquis potest & vinum bibere propter infirmitatem stomachi, ex vtriusque, ut dicitur, medici consilio. Alii idem facit non tantum nulla coactus necessitate, neque tantum

ut quæ

ut gula ventrique obsequatur, (quod tamen indignum est homine quouis, ne dicam viro Christiano) verum etiam (quod est multo etiam sceleratius) in contumeliam eorum, qui quum non habeant opus aliter facere, libenter obsequuntur vel Ecclesiarum precepto, vel patriæ consuetudini, quæ nihil aliud spectant, quam ut siue abstinentia, siue frugaliori cibo carnis lasciuia domita, spiritui subijciatur. Porro ubi se malitiosus hic animus certis euidentibusque signis prodit, merito reprehenditur. Verum ubi nihil aliud videmus, quam quod edit & bibit, quo animo autem faciat, ignoramus: Christiani viri est, in meliorem partem id, quod fit, interpretari. Ceterum supra, adulteria, furta, rapinas, blasphemias, ebrietates, homicidia, & quicquid huiusmodi scelerum est, nemo sanus neque potest neque debet in bonam interpretari partem. Si quem itaque videris talia patrare, hunc tu pro charitate fraternam, quæ semper studet, quantum quidem in ipsa est, seruare omnes, argue inter te & ipsum solum. Quod si te audierit, lucratus es fratre tuo. Si vero te non audierit, adhibe præterea unum aut duos, ut in ore duorum aut trium stet omne verbum. Quod si ne hos quidem audierit, dic Ecclesie. Hanc vero si noluerit audire, iam etiã tanquam ethnicum & publicanum condemnatum vitabis. Nequaquam itaque his verbis Dominus noster iudicia tollit: oia enim fierent confusissima in rebus humanis: sed potius format, nimirum ne pharisæorum more iudicemus, ea quæ recta etiam sunt, calumniantium, dubia in deteriorem partem interpretantium, exaggerantium quæ leuia sunt: denique si quæ viderint etiam in grauius aliquod crimen prolapsum, magis hoc agendum ut perdant, quam ut sanent. Nostra iudicia ex charitate proficisci debent, adeo, ut quos ipsa etiam scelerum enormis atrocitas, animorumque peruersa durities condemnare compellit, non tamen ipsorum hominum odio, sed publicæ pacis atque oim salutis amore condemnemus, optantes insuper atque obsecrantes Dominum, ut hoc ipsum nostrum iudicium, & suppliciorum tormenta, quæ secundum leges condemnatis infligimus, ipsis ad salutem conuertat. Sic Paulus illum qui noueram suam stuprauerat, tradidit satanæ ad interitum carnis, ut spiritus saluus esset in die Domini Iesu. Ab hac iudicandi regula *ἵνα δὲ πρὸς τὸν* discrepat pharisæicum illud hominum genus, quod hic notat ac reprehendit Dominus, quod acerbe inuehitur in aliorum vitia etiam leuia, ad sua vero quantum grauius, planè cæcutiens. Vnde mox ita profequitur: Cur autem vides festucam &c. Verum interiecta ratio qua dicitur, In quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini: refricat mihi rei cuiusdam ridiculæ memoriam, quam commemorare libet, quod cõferat ad explanationem eorum quæ hic docentur. Noui sacerdotem quendam, non nihil afflatum spiritu noui illius (ut vocant) Euangelij: qui quum magistratum gereret Ecclesiasticum, ut sibi ius dicendum esset contra scortatores, adulteros, incestus, & quæ sunt eius generis flagitia, cõspicit ad omnia, quantumuis enormia, conuiuere. Quæ de re à familiaribus admonitus, interrogatusque, quid ista tam manifesta atrocitas, non iuxta consuetudinem, & canones atque statuta Ecclesie puniret, respondit, Nè meo iudicio memetipsum condemnem, qui similia patrare non desino. Is (ut videtur) sibi persuaserat, neque se propter sua scelera correptum iri à Deo, si ipse non corripere eos in quos haberet potestatem, propterea quod hic scriptum sit: In quo iudicio iudicaueritis, iudicabimini. Verum non hæc est sententia verborum Domini: quippe qui ob hoc ipsum constituit magistratus, Apostolis & Episcopis dans clauem Ecclesie, & principibus gladium, ut iudicet, corripiant, ac puniant. Qui si ipsi flagitiose viuunt, habent iudicem Deum: cuius iustum iudicium & inuitabilem iram sibi etiam hac ratione duplicabunt, nimirum non de suis tantum peccatis, verum etiam alienis daturi pœnas. Quantum rectius ille sapuisset, si suam functionem & munus agnoscens, ante omnia quid de sua ipsius vita emendanda cogitasset: deinde verò gnauiter aduigilasset, ne præter sua, aliena quoque peccata in sese coaceruaret. Quod si forte quis magistratum siue Ecclesiasticum, siue civilem gerens, sentiat in se defectus aliquos, quod minus primo statim conatu succedant omnia ad perfectam vite suæ innocentiam vel recuperandam amissam, vel partem conseruandam, non tamen propterea sinat populum sibi à DEO commissum, in ea quæ non oportet, diffuere: sed potius illo, quanto potest studio, intra disciplina legumque cancellos coercito, de sua vita corrigenda non desinat per ieiunia, lachrymas, preces tum suas, tum aliorum religiosorum hominum Deum interpellare, adhibito interim suo infatigabili studio, cum summa in Deum fiducia coniuncto.

Porro illud iudicium genus, quod in potestatis eminentia constitutum, ipsum palam sine penitentia flagitiosè viuunt, & tamen tyrannidem exercet in subditos, etiam innocentes plerumque, ne dicam in peccata prolapsos, nequaquam amore iustitiæ publicæque tranquillitatis & pacis, verum ut per auarissimam tyrannidem se suosque miseris illis expilandis locupletet, indignum est de quo hic verba faci-

amus, Quamquam interim Christiana mansuetudinis est, tales etiam, si forte contingat, patienter ferre, donec Dominus Deus populi sui miseris, dederit meliores. Id quod nulla, opinor, alia ratione facilius impetrauerimus, quam mansuetudine ac patientia, Dominum Deum interea deprecantes, ut & illis meliorem mentem largiat, & nos melioribus praelatis dignos efficiat. Dominus enim est qui regnare facit hypocritam propter peccata populi, Job 34. Satis, opinor, ex his quae diximus, intelligi potest, quam non velit hoc suo praecepto Dominus abrogare iudicia, sed potius formare. Tu itaque verba eius hoc modo interpretaberis: Nolite condemnare, hoc est, odio supercilioque Pharisaeo vel fratribus innocetibus per calumnias obrectare, quae admodum illi sepe meis discipulis, quod aut manibus illotis cibum caperet, aut sabbato, urgente fame, spicas manibus confricantes ederent: vel in lapsum inclementer sauire, quae admodum solent illi, magis quarentes mortem peccatoris, quam salutem, zelum iustitiae interim simulantes: quum hi qui verum sunt iusti, similes patri caelesti, nolint mortem peccatoris, sed ut conuertatur & uiuat. Vos itaque nolite imitari illos, sed potius patrem vestrum qui est in caelis: ut quemadmodum ille non vult mortem peccatoris, sed ut conuertatur & uiuat, ita & vos quoscunque sanare potestis atque seruare, hoc faciatis: si quos verum videtis insanabiles, aut quos necesse sit propter publicam pacem secundum leges plectere, ne hos quidem odio hostili condemnabitis, sed potius orabitis pro eis, ut correptione illa, qua iuxta Dei voluntatem, ordinationem, & bonas leges necesse est illos corripere secundum carnem, cedat illis ad salutem animae. Ea charitate, misericordia, atque clementia si vbi fueritis erga fratres vestros, similem vobis experiemini iudicem Deum. Quo enim iudicio iudicatis, iudicabitur de vobis &c.

Quid autem vides festucam? i. leue aliquod erratum.

Et trabem? i. grande flagitium.

Hypocrita, eijce primum &c. Merito vocat hypocritam, graui indignatione, quippe qui non ex suis bonis, sed alienis malis laudem apud homines venetur, aliena peccata non eo animo castigat, quod illis bene velit, iustosque & saluos esse cupiat, verum ut ipse sanus iustusque appareat.

Quod autem ait, *Eijce primum &c.* rursus indicat se non tollere iudicium, sed formare, ut iudicatur, a nobis ipsis incipiamus.

Nolite sanctum dare canibus. Quemadmodum precedenti praecepto docuit vitare hypocritam, odium, malitiam, acerbiteremque in iudicando: ita hic docet obseruare ac sequi pru-

dentiam & vigilantiam: ne videlicet per negligentiam oscitantiamque indignos admittamus ad religionis Christianae mysteria. Haec enim tum per sanctum, tum per margaritas intelliguntur: per sanctum, quod nefas sit & sacrilegium ea prophanare: per margaritas, quod blasphemiam sit genus, res nullo precio comparandas, tamquam viles contemneret. Canes sunt, qui toto pectore dediti prophanis rebus, abhorret ab ijs qui sapiunt sanctimoniam. Praeterea mordaciter oblatrant praetereuntibus, etiam nulla laesi aut iritati iniuria. Sues, qui totum immersi voluptatibus oblectentis, execrant puram castamque Euangelij doctrinam. Canibus putrida cadauera foetidusque vomitus iucundior est omnibus condimentis & aromatibus: quibus si projicias sancta, hoc est, mysticam Euangelij doctrinam, & quae cum hac sunt coniuncta, nihil aliud lucrifeceris, quam ut rebus, a quibus abhorrent, iritati, in te ipsum irruat, laceratur, si potuerint. Exemplo sunt tot haereticorum portenta: qui si nihil aliud quam prophanas philosophorum doctrinas didicissent, canes tamen videri potuissent: quo nomine nonnulli etiam ex illis gaui si sunt appellari, Cynicos sese vocantes. Vbi verum de scripturis sacris gustarunt, quartum virtutes non ferebant ventriculi illi canini, etiam in rabie conuersi, lacerare coeperunt Ecclesiam Dei. Sus canum mauult, quam gemmas: quae adeo non sunt illi ornamento, ut magis etiam scditatem eius prodant, quae admodum & de circulo aureo in naribus suis, ait sapientissimus Salomon. Vitinam non accidat idem sacerdotibus plerisque, quorum impura & foetida vita oes execrantur, quod sit cum sacerdotio tanquam fulgentissima gemma composita: quae gemma si abesset, nemo eos admodum reprehenderet, quod viderent nihil indignum sua conditione suoque ingenio facere: quod brutam & inconditam hominum turbam sic maxima ex parte viuere videamus. Vitinam haec probe expendere illi, qui conferunt sacerdotia vel (ut ipsi vocant) beneficia Ecclesiastica. Quorum plerique, hac praesertim aetate, non modo praesumpta ignauia non exquirunt, qui digni sint, in quos conferant: verum etiam per sacrilegam auaritiam, accepta pecunia, in eos conferunt, quos palam vident esse indignissimos. Quid hos audire putamus, vbi reuersus paterfamilias, de traditis talentis coeperit exigere rationem? Quidam ad extremas condonatus est tenebras, vbi fletus est & stridor dentium, quod vnum talentum in terram defossit, sine scelere quidem, sed tamen integrum, Domino suo reuerso redderet. Quid itaque de his fiet, qui creditos sibi thesauros Ecclesiae, illa tremenda corporis & sanguinis

Do-

Dominici mysteria cura & salutem animarum, pro quibus Christus mortuus est, canibus & suis proiciunt? Horum nimirum culpa factum videtur, quod hodie tam sit miseranda facies Ecclesiae, ut iam nullae vires humanae ad expellendum canes & sues sufficient: (bonorum omnium pace hoc dixerim: Neque enim ignoro, quam sint adhuc multi sacerdotes optimi, quibus grauissime dolent eadem, quae ego hic deploro: neque vnquam ab ipsa etiam infantia mea, non volui optime sacerdotum ordinem) nec aliud videatur refugium, quam quod apud Euangelistam sequitur: Petite, & dabitur vobis, &c. Oia enim deploratissima fuerint, nisi Dominus precibus nostris commotus, respexerit nos. Quamobrem diligenter attendamus ea quae sequuntur. Nihil enim efficacius est ad consequendum omnia quae hic praecipunt, quam tunis ardua, quam confugere ex toto corde ad Dominum Deum, optimum illum benignissimumque patrem, idque seruentibus precibus. Id quod tot locis tum praecipit grauissimis, tum luculentissimis docemur exemplis. Nullius negocij est, impuram sacerdotum vitam conuicij profcindere: id quod ignauissimus quisque sceleratissimusque facit intemperantissimè: sed efficere, ut habeamus meliores, hoc opus, hic labor est. Ad hoc debebamus omnes omnia nostra conuertere studia, ad hoc liberos educare, hoc nunquam intermittendis precibus a Deo contendere. Episcopi enim & sacerdotes sunt, qui nauem, qua vehimur, omnes gubernant. Sic enim Diuus Clemens, qui Diuo Petro principi Apostolorum in Pontificatu successit, in epistola prima ad Iacobum fratrem Domini, ex ore ipsius Apostoli Petri scribit: Similis nauis, quae per vndosum pelagus diuersis locis & regionibus viros portat, ad vnam potentis regni urbem properare cupientes. Sit ergo nauis huius dominus, omnipotens Deus: gubernator verum, Christus. Tu demum prouidentem officium Episcopus stodit atque gubernat. Nautae sunt, impleat, presbyteri nautarum: diaconi, dispensatorum officium faciat. Epibatae, milites sunt classarum, i. qui in nauibus merent: sed hic more Graecorum praeparant, nautologis conferant: Epibatis autem, totius fraternitatis multitudo similis sit &c. Reliqua videre est apud ipsum Clementem. Nos locum duntaxat indicamus, ut admoneamus omnes, quantum sit momenti, quatenus in hac nauis officium facere, quod citius feliciusque perueniamus in portum. Quis autem hic non ad stuporem usque nostram admiret dem-

tiā, qui (quasi ludus sit quod hic agitur) partibus difficilissimis piculosisque pueros adhibemus, omnium rerum imperitos, neque de salute nauis, verum de ventris sui ingluuie libidineque duntaxat sollicitos? Sed cohibedus mihi hic, quantumuis iustus grauisque, est dolor, ne longius me a proposito abripiat. Confugiamus (ut coeperam dicere) ad Dominum huius nauis ardentibus precibus, firmoque proposito ac voto vitae in melius commutandae: obsecrantes, ut nos omnes emendet ac feruet, effundatque in nos spiritum suum bonum: spiritum concordiae, pacis, & verae charitatis, hoc enim impetrato, caetera facile succedent vltro.

Petite, & dabitur vobis: quae sit, & inuenietis: &c. Quis non ignauia hanc nostram, ne quid atrocius dicam, cum illa rerum magnitudine difficultateque componens desperet, nisi optimus clementissimusque praecipitor ac Dominus, hoc tam salutari praecipito nos fulciat, firmet, & consoletur? Petite, inquit, & dabitur vobis, q. d. Non est quod obmurmuretis, dicentes: Quis potest omnia illa tam ardua praestare? Quis potest corda hominum introspicere, ut sciat quis dignus sit, aut indignus, ut ad haec admittatur mysteria? Petite, inquit, hoc a patre vestro caelesti, & dabitur vobis. Non oportet autem oscitantem esse petitionem: propterea subiicit: Quae sit, & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis. Quamquam enim haec tria operose distinguit Augustinus in opere, quod in hunc Domini sermonem scripsit: Retrahat, tamen lib. primi capite decimono no affirmat, omnia haec longe melius ad instantissimam petitionem referri. In hanc sententiam & Chrysostomus interpretatur, ite Theophylactus & Euthymius. Et confirmatur haec interpretatio verbo, quo statim haec omnia concludit, dicens: Quanto magis pater vester qui in caelis est, dabit bona petentibus se? Et tamen haec ipsa petendi instantia, coniuncta habet studia nostra. Qui enim non tantum verbis a Patre caelesti salutaria petit, verum etiam infatigabili studio eadem iuxta sententiam praecipitorum eius quaerit, adeoque conatur pijs operibus eadem quaerit, quodammodo promereri, atque haec omnia agit magna cum fiducia alacritate: is declarat se verum, seruum, & ex animo petere, dignumque se praebet, qui quicquid petit accipiat. Neque verum desistendum est, si forte non statim impetres quod petis. Tu modò magna cum fiducia perseuera, nec desine pulsare. Nouit pater quantum sit tempus sit ut largiat quod petis: qui ob hoc ipsum non nunquam videt occluso ostio non exaudire te, ut fiduciam tuam exerceat, specta.

spectationemq; reddat, ac tandem magno cu
fœnore largiatur, quæ tardiùs largiri videtur.
Qui sic petit, sic querit, sic pulsât, hunc impe
tratum esse quæ petit, etiam argumento do
cet per comparationem à minore, dicens:

*Aut quis est, ex vobis homo, quæ si petierit filius
suus panem &c.]*

Quum dicit, panem, indicat nos ea debere pe
tere, quæ decet filios à patre petere & acci
pere, hoc est, bona & salutaria. Stulti enim pa
tris fuerit & iniqui, ea dare filijs, q̄ noxia sint,
quâtuus etiam pertinaciter petât. Idem in
dicant ea quæ sequuntur:

Si ergo vos cū sitis mali &c.] Mali dixit, nō vitu
perans humanam naturam, inquit Chrysoft.
neque mortalim genus malum esse pronun
tians: sed ad exprimendum distinctionis inter
Deum atq; homines prægrande discrimen: &
ad comparationem benignitatis suæ, amorem
patrum malignitatem vocat. Tâta quippe est
in illo excellentia charitatis. Quis itaque de
tanta bonitate & charitate non audeat spera
re bona omnia?

Omnia ergo quæcunq; vultis &c.] Sic etiâ cap.
7. postquam docuit, quomodò sit orandum,
subiecit: Proindè, si remisistis hominibus er
rata sua, remittet & vobis pater vester cœlestis.
Vt sciamus, vndè nobis omnia sint expectan
da bona, & qua ratione impetranda: nimirum,
si quemadmodum iam dictum est, petamus:
deindè studio obsequendi voluntati eius nos
dignos gratiæ illius exhibeamus. Quæ porro
sit illa Dei voluntas, breuissimo compendio
docet, nempe, vt quum sumus fratres, vnus
patris cœlestis filij, fraternam charitatem inter
nos integram incontaminatamque conserue
mus, adeò vt nemo alium se fratri exhibeat,
nihil aliud faciat fratri, quàm ab illo sibi fieri
velit. Præterea, ita coniungit doctrinâ de in
uocatione, cum doctrina de operibus nostris,
vt quiuis intelligere possit, neq; nos quicquã
posse sinè illius ope & gratia, neque illum gra
tiam suam largiri, neque opè ferre velle igna
uis & oscitantibus.

Hæc enim est lex & Prophetæ.] Q. d. Quum ex
hoc sensu cõmuni, qui nulli mortalium non est
inditus, putâ æquum esse, vt quisq; faciat alijs,
quæ sibi velit fieri: nemo non possit sibi con
siliium sumere, qualis esse debeat erga proxi
mum suum: non est quod quis excusationem
querat, quasi nesciêrit quid facere debuerit:
quod maxima pars hominum literas ignorâs,
legis & Prophetarum libros non possit euol
uere, vt inde viuendi præcepta discat. Non ex
igit Deus ab omnibus omnium librorum le
ctiõem, sed præceptum hoc exigit, quod cuiq;
suis etiam animus dictat, quod (inquam) præ

ceptum, scopus est, finis & summa oim eorũ,
q̄ legis Prophetarumq; libris docent. Cap. 22.
huius Euangelistæ audiemus cuidam Legis
doctori, interroganti, quod esset magnũ mã
datũ in lege, respõsum esse, Diliges Dñm Deũ
tuũ ex toto corde tuo, & in tota aia tua, & in
tota mente tua. Hoc est primum & magnum
mandatum. Secundum autem simile est huic:
Diliges proximum tuum sicut teipsum. In his
duobus mãdatis vniuersa lex pendet & Pro
phetæ. Nonnè hæc per omnia docet eadem?
Quum enim docet petere, querere, & pulsa
re: quid aliud docet, quàm toto pectore con
fugere ad Dominum Deum, id quod fieri nõ
potest, nisi perfecta charitate erga ipsum De
um? Rursũ verò quum ait: Omnia ergo q̄
cunq; vultis vt faciant vobis homines, & vos
facite illis: quid aliud dicit, quàm, diliges pro
ximum tuũ sicut teipsum? Ex charitate nanq;
hæc proficisci vult: non ex pensationis expe
ctatiõis, aut spe commodi nostri seu quæstũs.
Ex mundo enim & recto coram Deo corde
proficiscantur necesse est: vt luculenter docet
Augustinus.

Intrate per angustam portam, &c.] Arctã por
tam & strictam viam q̄ ducit ad vitam, non eo
sensu dicit, quasi aspera sit & intolerabilis ra
tio viuendi, quam Christus nobis præscripsit.
Multò enim asperior est via, per quam suos
agit diabolus, & multò grauius onus, quod
eis imponit, si quis recta hæc ratioe inter ipsa
conferat: id quod & alibi ostendimus. Per
quas curas, sollicitudines, anxietates, labores,
pericula, mortes, agit ille auaros, inuidios, ira
cundos, homicidas, latrones, fures, scortato
res, adulteros, ambitiosos, & quicquid est sce
leratorum hominum? pro quibus omnibus
Christus vnum nobis iniunxit præceptum, vt
super omnia diligamus patrem nostrũ cœlestẽ,
& fratres nostros tanquàm nosipfos. Quo vt
nihil æquius iustiusq; potuit præcipi, ita ni
hil salubrius, nihil iucundius, nihil optabi
lius nobis in vita contingere potest, per hanc
enim charitatem incredibile dictu est, quàm
sit felix suauisque vita huana, vt meritò huius
admiratiõis in hanc vocem exultans eruperit
Propheta: Ecce quàm bonum, & quàm iucũ
dum, habitare fratres in vnum. Sicut vnguen
tum in capite, quod descendit in barbã, bar
bã Aaron. Quod descendit in oram vesti
menti eius, sicut ros Hermon, qui descendit in
montem Sion. Quibus verbis significat, per
charitatem nos vnitos, affatim imbui omnibus
illis charismatibus ac donis spiritualibus, quæ
sinè mēsurã Deus pater effudit in caput huius
nostri corporis, ita per charitatis vinculum
compacti, hoc est, vnigenitum filium suum,
Domi

Dñm nr̄m Iesum Christũ, adeò, vt non tm̄ in
barbã, hoc est, apostolos, capiti, hoc est, Chri
sto, proximos, verum etiã in totam defluxerit
vestem, i. vniuersam Ecclesiã. Vndè in hac so
cietate, ita vnita, mandauit Dñs bñdictionẽ,
i. oim bonorũ inexhaustam affluētissimamq;
copiam: & præterea vitã vsq; in seculũ, i. nun
quã finiendã. Quicunq; igit iuxta hoc Dñi
præceptũ ingrediunt, atq; in hac fratru vnitate
se cõtinēt, in māsuetudine & humilitate cor
dis, sinè sollicitudine, in magna animi trãquil
litate sequunt ducẽ nr̄m Dñm Iesum in patriã
cœlestẽ, hostilibus interea ringētibus ac circũ
fremētibus mediũ, quod dicit, digitũ ostē
dentes. Et quantũuis angusta sit porta stri
ctãq; via q̄ ducit ad vitã, nõ tm̄ angustã, qui sic
animati incedunt. Verissimè enim horũ oim
noie dixit Propheta: Quũ inuocare, exaudi
uit me Deus iustitię meæ: in tribulatiõis dila
tãsti mihi. Hoc est, quũ in maximas periculo
rum angustias adductus essem, tu viam saluti
meę latã effecisti, meq; in tuto & tranquillo
collocãsti. quur itaq; angustã portã arctãq;
viã dicit? Quia talis primũ ingressus appã
ret, hominibus præsertim crassis, carni mun
doq; deditis. Quo verò longiùs fueris ingres
sus, eo fit latior, leuior, amœniorq;. Hæc adeò
vera iuxta ac manifesta, vt etiã ethnicos corda
tiores nõ sugerint, quod satis appãret, quũ ex
alijs multis, tũ ex illis q̄ de litera Pythagorica
cõmentant. De quo extat Verg. carmen cuius
initiu est: Litera Pythagorę discrimine secta
bicorni &c. Item quod ex Prodicò narrat Xe
nophon de Hercule deliberante, vtrum virtu
tis an voluptatis viã ingrederet, in eo lib. cui
titulus est, De factis dictisque Socratis. Caro
quidẽ ad ocia & voluptates inuitat assidue, at
q; hæc multò maxima pars hoim sequit: vndè
meritò lata dicit huius via. Et tm̄ in illis ipsis
voluptatibus quantũ sit cruciatuũ, & quantũ
in ocio tãdij, etiam ipsa rerũ experientia do
cet: adeò, vt nullorũ sit fugacior vita, quàm il
lorum qui ista sectant. Cõtrã verò, qui moder
ratis ieiunijs & laboribus sese exercent, nõ tm̄
in animo suo sentiunt hinc voluptates penè
incredibiles, verum etiam corpus ipsum sanũ
& integrũ in vitã longissimã conseruãt. Sed
vt maximè accidant, vt sit, grauiissima aliqua,
om̄ia tm̄ hæc leuia facit spes futurorũ bonorũ,
quibus nulla ex parte conferri potest momẽ
taneum hoc vitę huius afflictionum. Existi
mo enim, inquit Paulus, quod non sunt con
digne passiones huius temporis ad futuram
gloriam, quæ reuelabitur in nobis.

Quam angusta est porta, &c. Vetus trãslatio
sic habet: vt quã, per admirationem effera
mus, Quã angustã &c. Vndè appãret, eius

translationis authorẽ pro vni, quod nunc pas
sim Græcè legitur, & non ineptè legisse.

Et pauci sunt, qui inueniunt eam.] Segnitẽm,
inquit Chrysoftomus, plurimorum euidenter
expressit: ac docuit auditores, vt non ad mul
torum prospera hæc ac læta respicerent: sed
potius ad laboriosa paucorum. Nam plures,
inquit, non modò per hanc non ingrediuntur
viã, sed eam ne eligunt quidem: quod extre
mũ est omninò delinẽ.

Attendite à falsis prophetis, &c.] De vitijs, q̄
nos ad illud virtutum cacumen contendẽtes
infestant, ac remorari retraherẽq; conantur,
quanta potuimus fide ac diligentia hucusque
sumus interpretati Domini, præceptoris, du
cis ac principis nostri Iesu, Christi sententiã.
Verum vniã tanta dexteritate hoc, quod
superest, postremũ explicare possemus, quã
to studio fideq; superiora illa sumus conati.
De heresi em̄ deinceps agẽdum est: qua nescio
an vllũ sit formidabilius malũ. Cetera em̄ apto
grassant Marte: hæc ex insidijs nos adorit, ac
dum pietatẽ, religionẽ, sanctimoniam, Euange
lium deniq; & Christũ ipsum simulat, ex opti
mã dulcissimẽque matris Ecclesię gremio ad
se in sui patris diaboli nassam pellectos, præ
dam facit tartareo illi tyranno, bestijs illis in
fernalibus, illis crudelissimis furijs obijcien
dos, horribiliterq; cruciatibus nunquã finie
dis dilaniãdos. Sedet in insidijs, inquit Dauid,
cũ diuitibus (vel, vt ex Hebræo legit, pagorũ)
in occultis, vt interficiat innocetẽ. Oculi eius

in pauperem respiciunt. Insidiatur in abscon
dito, quasi leo in spelunca sua. Insidiãt vt ra
piat pauperẽ, rapere pauperem, dum attrahit
eum in laqueo suo. Hæc ille de diabolo, cuius
ministri sunt ad eas ipsas insidias heretici: de
quibus & Ap. post. 2. Cor. 11. Nã eiusmodi pseu
doapostoli sunt operarij subdoli, trãfigurã
tes se in Apostolos Christi. Et nõ mirum. Ipse
enim Satanas trãfiguratur se in angelum lucis.
Nõ est ergo magnũ, si & ministri eius trãfigu
rent, sicut ministri iustitiæ: quorũ finis erit
secũdum opera ipsorũ. Quibus Prophetæ atq;
apostoli verbis aptissimè cõsonãt ea q̄ hic mo
net Dñs Iesus. Attendite à falsis prophetis, in
quit, &c. Quod vetus interpres vertit, attẽdi
te: Græcè est, προσέχετε, quod est, cũ attentioe
cauere. quo verbo vsũ esse monet Chrysof.

vt nos ad eos excutiendos redderet acriores:
quod nõ itã sint manifesti, vt canes & porci,
quorũ supra meminit: sed sub pietatis præ
textu sese occultent. Pseudopphetas, falsos
siue falsò prophetas dicere poterimus. Quod
quanquã de omnibus quidem intelligi po
test, qui aliud habitu atq; sermone promittũt,
aliud opere demonstrant: vel, vt Chrysosto
k m.

Phil. 4.

Xenoph.

Phil. 134.

Num. 8.

Phil. 9.

Chrysof.

mo videtur, qui quum sint vitę prauitate corrupti, speciem tamen virtutis induti sunt: specialiter tamen de hereticis intelligendum est, inquit Hieronymus. Huius sententię subscribit Theophylactus: Vafri, inquit, & impostores heretici: propterea dicit, atredite, hoc est, caute. Blandiloquentiã enim prætexunt, & vitam simulant sanctã: sed intrinsicè latet aculeus. Sed quorũ opus est ad hoc testes cõuocare, quum manifesta sit ipsius nominis ge-
nuina significatio? Propheta em̄ est, qui Spiritu sancto afflatus vel futura prædicit, vel ab alijs prædicta seu scripta, eodem Spiritu doctus, interpretatur. Pseudopropheta verò, qui Spiritu mendaci afflatus, verum prophetam simulat. De quibus Apostolus Petrus 2. epist. cap. 2. Fuerunt verò & pseudoprophetae in populo, sicut & in vobis erunt magistri mendaces, qui introducent sectas perditionis, &c. Non est itaq; quod dubitemus Dominum hęc de hereticis loqui: hoc est, de illis qui instinctu diaboli, sui glorię, aut principatũs causa, peruersis diuinarũ scripturarum interpretatiõibus, falsas ac nouas opiniones (quod Augustini verbũ est) vel gignunt, vel sequuntur.

Ad hono-
ratum de
vilitate
credendi.

Qui veniunt ad vos, &c. Recte inquit, veniunt. Vtrò enim se ingerunt, qui tales sunt. Nã qui sunt veri Prophete, non veniunt nisi missi: neque aliud loquuntur, quàm ille mandauit qui misit. Vnde verissimus ille Propheta Christus, Iohã. 14. cum summo studio suis mädassent obseruationem sermonis sui, subiecit: Et sermo quem audistis, nõ est meus, sed eius qui misit me, patris: Quin cap. 7. apud eundẽ Euãgelistam idẽ multò etiam grauius protesta-
tur: Mea doctrina, inquit, nõ est mea, sed eius qui misit me. Si quis voluerit voluntatẽ eius facere, cognoscat de doctrina, vtrum ex Deo sit, an ego à meipso loquar. Qui à seipso loquitur, gloriam propriam quærit. Qui autem quærit gloriam eius qui misit eum, hic verax est, & iniustitia in illo non est. Idem aliàs multis locis profiteretur. Apostolus autem Paulus: Quomodò prædicabunt, inquit, nisi missi fuerint? Ecce certissimũ signũ, quo discerni possunt pseudoprophetae, i. heretici, à veris Prophetis, i. fidelibus verbi Dei doctoribus & interpretibus. Hi em̄ nõ veniunt, nisi missi: neq; aliud loquuntur, quàm mädauit ille qui misit. Illi verò etiam vtrò semetipsos ingerunt, aut missionis titulum fortè dolo consecuti, nõ ea quæ iussi sunt, loquuntur: sed ea quæ libido, ambitio, auarus, gloriosus & sediciosus animus, deniq; diabolus, suggerunt. Sed quam tu mihi missionem narras? inquit. Dixi aliàs, hic repetam paucis, adiectis præterea paucis. Christus fuit missus à Patre, vt iã audiuimus.

Vide di-
ctata in
cap. 3.

Is rediturus ad patrem, misit Apostolos, dicens: Sicut misit me pater, ita & ego mitto vos. Quod quum dixisset, flauit in eos, & dixit eis: Iohã. 16. Accipite Spiritum sanctum. Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt. Atq; his ipsis Apostolis datã esse potestatem mittendi alios cum eadẽ autoritate, tum ex Actis, tũ ex Epistolis Paulinis manifestius est, quàm vt opus habeat vlla probatione. Ceterum quẽadmodum olim inter sacerdotes Leuitici generis voluit vnũ esse summum, de quo Deuter. 17. itã scriptum legimus: Qui autem superbiõrit, nolens obedire sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat Domino Deo tuo, ex decreto iudicis morietur homo ille: itã in sacerdotio Christi-
ano Petrum constituit principem, dicens: Pafce oues meas, Iohã. 21. Id quod & antè se facturum dixerat: Tu es Petrus, & super hanc petram edificabo Ecclesiam meam: & portæ inferorum non praualebunt aduersus illam. Et dabo tibi clauẽ regni cælorum, &c. Neq; enim fieri potest, vt vnitas illa, concordia, & pax, qua nihil Deo gratius est, nihil hominibus vtilius, in Ecclesia consuetur, nisi omnes illius summi sacerdotis autoritatem agnoscamus: illi nos, tanquàm à Christo constituto æconomõ, subijciamus. Hic habet potestatem à Deo mittendi Episcopos & pastores. Quam potestatem quãquam & ceteri habuerunt Apostoli, tamen æconomix summa autoritas semper secuta est Cathedram Petri. Vnde & Actorum 15. quum grauis orta esset quæstio, an oporteret Gentes ad fidem conuerfas circumcidi, & legem Moysi obseruare, Petrus surgens dixit: Viri fratres, vos scitis, quod ab antiquis diebus in nobis elegit Deus, per os meum audire gentes verbum Euãgelij; & credere, &c. Atque ab omnibus pedibus itum est in sententiam Petri. Quæ cathedra aliquandò quum fuisset constituta Antiochia, indè translata est Romam, Ignatio loco Petri Antiochia relicto Episcopo, (vel vt in quibusdam exemplaribus legitur, Zachæo, postea Euodio, hinc Ignatio) vt beatus Papa & martyr Anacletus, qui Romã ab ipso Petro ordinatus fuit presbyter, in tertia epistola scribit, quæ est de patriarchis & primatibus. In eadem epistola hæc verba sunt: Si quæ verò aliã causã difficiliõres inter vos orta fuerint, ad huius sanctæ Sedis apicem eas, quasi ad caput referre, vt Apostolico terminentur iudicio: quia sic Dominum vel-
le, ab eoquẽ itã constitutum esse, antedictis testimonijs declaratur. Hæc verò Apostolica sedes cardo & caput (vt prædictum est) oim̄ Ecclesiarũ, à Dño, & nõ ab alio, est constituta.
Et

Et sicut cardine ostium regitur, sic huius sanctæ Sedis autoritate omnes Ecclesie, Domino disponente, reguntur. Hæc ibi sanctus ille pötifex & martyr, ipse Petri principis Apostolorum discipulus, & ab eodem ordinatus presbyter, ac tandem quartus post eundem Sic ex Baptista Platina colligitur: tã Irenęus lib. 3. cap. 3. Sed Platina suffragat ipse Anacletus in prima sua epist. vbi Clementẽ prædecessorem suum appellat. id quod innumeris eorundem testimonijs probari posset. Nobis suffecerit vel vnus Cyprianus, tãtã nõinis, doctrinæ ac sanctitatis Episcopus & martyr. Eius in epist. 7. lib. 1. q. est ad Corneliũ Papã, hæc sunt verba: Neq; em̄ aliundè hæreses obortæ sunt, aut nata sunt schismata, quã indè, quod sacerdoti Dei nõ obtemperatur: nec vnus in Ecclesia ad tempus sacerdos, & ad tempus iudex vice Christi cogitat: cui si secũdum magisteria diuina obtemperaret fraternitas vniuersa, nemo aduersum sacerdotũ collegiũ quicquid moueret: nemo post diuini iudiciũ, post populi suffragiũ, post coepiscoporũ cõsensum, iudicẽ se nõ iã Episcopi, sed Dei faceret: nemo dissidio vnitatis Christi Ecclesiã scinderet: nemo sibi placens ac tumes, seorsum foris nouã heresim cõderet. Tu vide reliqua, nõ minũs graua hisce, in eadẽ epist. Vnũ huic adijciam Augustinum. Is in eo libro, quẽ scripsit cõtra epist. Manichæi, quã vocat, fundamẽti, cap. 4. sic ait: In Catholica em̄ Ecclesia, vt omittã sincerissimam sapiẽtiã, ad cuius cognitiõem pauci spiritales in hac vita perueniunt, vt eam ex minima quidẽ parte, quia hoies sunt, sed tã sine dubitatiõẽ cognoscãt: ceterã quippe turbam nõ intelligẽdi viuacitas, sed credẽdi simplicitas tutissimã facit, vt ergo hanc omittam sapiẽtiã, quam in Ecclesia esse Catholica nõ creditis, multa sunt alia q̄ in eius gremio me iustissimè teneant. Tenet cõsensio populorum atq; gentium: tenet autoritas miraculis inchoata, spe nutrita, charitate aucta, vetustate firmata. Tenet ab ipsã sede Petri Apostoli, cui pascendas oues suas post resurrectionẽ suam Dominus commendauit, vsq; in præsentẽ Episcopatuũ successio sacerdotũ. Tenet postremò ipsũ catholicã nomẽ, quod nõ sine causa inter tã multas hæreses sic ista Ecclesia sola obtinuit, vt cum oēs heretici se catholicos dici velint: quærent tãtã peregrino alicui, vbi ad Catholicam conueniat, nullus hereticorum vel basilicã suã, vel domũ audeat ostẽdere. Ista ergo tot & tãta Christiã nõis charissimã vincula, recte hoĩem tenet credentẽ in catholica Ecclesia, etiã propter nr̄e intelligẽ-

tia tarditatẽ, vel vitæ meritũ, veritas nõdũ se apertissimè ostendat. Hæc ibi Augustinus. Non minũs grauius luculenterq; de eadem successiõis autoritate scribit Diuus Irenęus lib. 3. cap. 3. Sed nullus fuerit finis om̄ibus de hac re testimonijs congerendis. Iam cum tot tam irrefragabilibus scripturarum atq; summorum Doctorum testimonijs comprobata sit huius Ecclesiæ, & illius sacrosanctæ Sedis autoritas, nonnẽ ipso meridiano sole clarius est, vnde oporteat mitti eos, quorum prædicationi credendum sit? Nimirũ, si non ab ipso illius Cathedræ præside, (Neque enim opus est omnes proficisci Romam, vt illic ordinentur) tamen ab illis Episcopis, quorũ potestas mittendi coniuncta sit cum potestate illius Cathedræ, atque ab illa tanquàm à fonte, ab ipso DEO nobis illic aperto & consecrato, promanet. Neque obscurum est, quo signo cognosci debeat, vtrum verè sint missi, an missionis titulum per dolum sint suffurati. Nisi enim doceant eadem quæ mandant illi, à quibus sunt missi, hoc est, ea quæ tanto seculorum, nationum, arque summorum Doctorũ consensu credit ac docet Ecclesia hæc, cui præsidet ille æconomus, cui delegata est à Domino Deo mittendi potestas: certum est iuxta verbum Domini, quod supra ex Iohãnis 7. retulimus, quod ex semetipsis loquuntur & gloriam propriam quæruunt: ideo quæ neque veraces sunt, neque iusti: sed pseudoprophetae, fures, ac latrones. Quomodò enim poterit in ore eorum esse veritas, qui ipsam Ecclesiam Dei viuĩ, quam eximius ille Apostolus Paulus 1. Timoth. 3. clarissimo elogio pronunciat columnam & firmamentum veritatis, aut perfidẽ deserunt, aut etiam hostiliter oppugnant? Vnde & diuus Irenęus libro tertio, cap. xl. Vbi enim Ecclesia, inquit, ibi & spiritus: & vbi spiritus Dei, ibi Ecclesia & ois gratia: spiritus autẽ veritas. Quapropter qui non participant eum, neque à mammillis matris nutriuntur in vitam, neque percipiunt de corpore Christi procedentem nitidissimũ fontem: sed effodiunt sibi lacus detritos de fossis terrenis, & de ceno putridam bibũt aquam, effugientes fidẽ Ecclesiæ, nẽ traducant: reijciantes verò spiritum, vt non erudiantur. Alienati verò à veritate, dignè in om̄i voluntatur errore, fluctuati ab eo, aliter atq; aliter per tẽpora de eisdẽ sentientes, & nunquã scientiã stabilem habentes. Hæc ille. Et quantumuis verborum lenocinijs, Euangelij titulo, modestiã pietatisq; pretextu foris blandiatur, intus tamen sunt pleni omni scelere & impietate. Id quod mox vbi imprudẽtibus sese insinuauerunt, ipsis etiam operibus produunt:
k a vndè

vnde sequitur apud Matthæum: A fructibus ipsorum cognoscetis eos: de quo verbo deinceps nobis dicendum est, quum ait:

A fructibus eorum &c.] Hominem arbori comparat: opera verò eius, fructibus. Quo loco D. Augustinus & Hieronymus monent, nequaquam hæc de duabus contrariis naturis esse accipienda, quarum vna sit bona, altera mala, quas Manichæorū impietas finxit. Neque enim homo ita malus est, ut non possit fieri bonus. Cui rei exēplo est Paulus Apostolus: qui dum persequēbatur Ecclesiā, erat arbor mala: Postea cōuersus ad fidem, factus est arbor bona. Et contra Salomon aliquandō præclara fuit arbor: postea verò degenerauit, adeo ut adoraret idola, 3. Reg. 11. Verū hoc docet nos Dñs, ex operum fructibus diiudicare Prophetas, vtrum à Deo sint, an à diabolo. Verūm hīc D. Augustinus q̄stionem mouet minimè negligendam, quinam sint illi fructus, quos attendere nos voluerit, quibus cognoscere arborem possimus? Multi em̄ q̄dam in fructibus deputāt, inquit, q̄ ad virtutū ouium pertinent, & hoc modò à lupis decipiūtur: sicut sunt vel ieiunia, vel oratiōes, vel eleemosynæ: q̄ oīa nisi fieri etiā ab hypocritis possent, nō superiūs diceeret, Cauete iustitiam vestrā facere corā hostibus, ut videamini ab eis. Qua sententia præposita, ipsa tria exequit, eleemosynā, oratiōem, ieiunium. Multi enim multa pauperibus, non misericordia, sed ambitione largiuntur. Nostra etiā grate multi odio in fratres: ut illi qui fraudatis sacerdotibus, quos capitaliter oderūt, ea quæ illis debētur, largiuntur mendicis. Simile est de oratiōe & ieiunio: quod factis ostēsum est capite sexto. Hī ergò non sunt fructus, ex quibus exactè cognoscere arborem possis: Si enim bono animo fiant in veritate, vestes sunt ouium propriæ. Si verò animo hypocritico, ad decipiendum imperitos, nihil aliud quàm lupos tegunt. Non tamen idcirco vestimentum suum abijcere debet ouis, inquit idē August. quòd in eo non nunquam lupus sese occultat. Nam quemadmodum olim, quandò omnibus Christum professis tam erat adamata castitas, ut huius amore nonnulli etiā à suis coniugibus defectionem meditarentur: quidam etiā in ipso coniugio virginitatem suam ex consensu cōseruarent. Alij in tanta vixerunt cibi potusq; abstinentia, ut Timotheus opus haberet, ut à Paulo admoneretur, nē amplius aquam biberet, sed modico vteretur vino, propter stomachum suum. Nec defuerunt, qui assidue precando in superstitionem prolapsi, Eucharistiarum hæresi dederint occasionem: quemadmodum, inquam, tunc lupis non patuit

alia ratione aditus ad ouilia, quàm ouium more vestitis, ita nostra atate non sine magna, pròh dolor, pròh pudor, nostra ignominia, eò dementia nos suis præstigijs induxerunt lupi, ut nostras etiā, hoc est, ouinas, vestes abijceremus, persuasi, has nō nostras, hoc est, ouinas, sed lupinas esse. Quotus enim quisque hodiè vel audire sustinet de ieiunijs? Castitatem etiā illi reiiciunt & execrantur, qui solennibus votis & sacramentis ei se obstrinxerunt. Ordinarias Ecclesiæ preces exturbauerunt, vna cum illo adorando sacrificio Misse, ab ipso Christo, sacerdote nostro & Pontifice instituto, ab Apostolis Ecclesiæ tradito, ab ipsa Ecclesia per sacerdotes, in toto terrarū orbe cum summa veneratione indè hucusquē semper oblato. Multis etiā in locis sacerdotem horrore barbæ, scissuris vestium, breuiter toto habitu, tota vita, nihil videas differre, nō dico iam à profano laico, verūm etiā à scelerato milite. Vnde factum est, ut per hosce iam aliquot annos multa millia, relictis monasterijs, & sacerdotijs Iesu Christi, secuti sint crudelia castra impij Martis: in quibus ita militant, ut nulli vnquam sceleratiūs. Atq; hīc se iam copiosissimo prouētu aperiant fructus, qui nobis sub illo tam specioso atq; plausible Euangelij titulo effloruerunt. Nam ut fornicationes, stupra, adulteria, & quicquid eius generis est immunditiæ, taceam: ut nihil dicam de monstrosis hæreticorum opinionibus, de nunquam finiendis dogmatum rixis & contentionibus, de contumacia atque intolerabili vitæ licentia: videamus obsecro, in quot sectas per hosce aliquot annos distracti simus, in quàm horrenda atq; funesta commissi bella ac prælia. Et quum nobis promiserint puram Euangelij doctrinam, hoc effecerunt, ut nunquam fuerit difficilius fideles nancisci pastores, qui Euangelium populo fideliter ac pure annunciant: adeo, ut in plerisque locis desertæ sint Ecclesiæ, atq; ab omnibus pastoribus destitutæ. Ea est ferocia populorum illis in locis, vbi illorum concionatores aliquandū docuerūt, ut viro bono & religioso tolerabilis fuerit inter feras viuere, quàm inter tales homines. Ecce huiusmodi sunt fructus, ex quibus verè cognoscuntur putres illæ ac veneniferæ arbores; quantunuis nobis foliorum florumq; specie blandiantur. Quibus autem fructibus cognoscitur arbor bona, plātata secus decursus (seu iuxta riuulos) aquarū, ut ait Psalmographus, & (ut Ieremias) ad humore mittit radices suas, quæ nō timebit cum venerit estus, & erit foliū ei viride, & in tēpore siccitatis nō erit sollicita, nec aliq̄ definet facere fructū.

Qui-

Quibus, inquam, fructibus talis arbor cognoscetur? Audi Apostolum ad Galatas capite quinto: Fructus autem spiritus, inquit, est charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas. Ecce, in quo populo horum fructuum maxima cernitur copia, hunc certum est à bono regi pastore: huius radices, gratiæ diuinæ fluminibus salubriter irrigari, ipso Dei spiritu ac radijs illius solis iustitiæ feliciter vegetari. Verūm, non immeritò quis mireretur, quum tam multa sint, tamq; manifesta discrimina inter pseudopphetas, & fidos pastores verosque verbi Dei interpretes: qui fiat, ut intra tam paucos annos tanta vbiq; hominum multitudo ab Ecclesia DEI ad illorum sectas defecerit, in quibus etiam plerique sunt docti, & si humanam quidem prudentiam spectes, homines minimè stupidi. In causa esse opinor, illorum qui seducuntur, voluntatem, minimè rectam coram Deo: nempe quòd non ex animo desiderent cognoscere voluntatem eius vt faciant: sed vt vaticinatus est Paulus, magistros sibi ad sua desideria coaceruent, illi nimirum, quibus terrenarum atque carnalium concupiscentiarum scabię pruriunt aures. Quales sunt elati illi atque superbi, qui dominationem contemnentur, superiori potestati, hoc est, ordinationi Dei, teste Apostolo, resistunt: quibus graue est obedire præpositis suis, reddere omnibus quod debetur, cui tributum, tributum: cui vesticigal, vesticigal: cui timorem, timorem: cui honorem, honorè. Qui sic sunt affecti, his nulli sunt gratiores propheta, quàm qui impotētissimè debacchantur in Papam, Cardinales, Episcopos, & clerum vniuersum: item in Cæsaris potentia, atque omnes reges & principes, quotquot iusta vindicta sceleratos istorū conatus coercerent. Similè gratiā ineunt apud impudicos sacerdotes, monachos, nonnas, dum persuadent vota continentiae neminem obligare &c. Item apud vniuersum hominū vulgus, carni deditum, dum abrogatis ieiunijs, permittunt quotius die vesci quibuslibet: docet hominē sola fide iustificari: operibus neq; promereri quæquam aliquid, quod pertineat ad regnum cælorum, quātunuis sint bonæ: neq; quod ad gehennā, quantunuis mala. Hæc atq; horum similia, quia gratissima sunt illorum voluntati, fit vt excæcati cupiditatis, nihil possint de vera falsaq; doctrina iudicare. Mentior, nisi Dominus ipse palam hoc testatus est Ioan. 7. quum ait: Si quis voluerit voluntatem eius facere, cognoscat de doctrina. Q. d. Vos non Dei, sed vestram, hoc est, carnis vestræ voluntatem vultis facere: ergò non potestis cogno-

scere de doctrina, vtrum quis ex Deo, an à semetipso loquatur. Satis, vt opinor, ex his quæ dixim⁹, intelligi potest: principid, quos vocer hīc Dñs pseudopphetas: deindè, quibus notis à veris prophetis queant discerni: putā, si nō veniant legitima missione cōmendati, aut aliud loquatur, quàm ille mandauit qui misit: Postremò verò, (quod hīc maximè nobis obseruandum præcipitur) an doctrina eorum veræ pietatis genuinis fructibus commendetur. Atq; hos ipsos fructus non nisi à mundo corde cognosci ac diiudicari posse, cuius recta sit in conspectu Dei voluntas ac desiderium cognoscendi voluntatem ipsius Dei, idq; in hoc ipsum, vt illi obsequatur.

Nanquid colligunt de spinis vvas, aut de tribulis ficus? Immoratur non nihil similitudini de bona malaque arbore, docens impossibile esse, vt ille homo aliquid operetur quod sit verè bonum, cuius animum ac voluntatem occipauit ac regit Satan ille malignus: vel vt aliquid quod sit verè malū, cuius animum à spiritu sancto gubernatur: Quid igitur dicemus? Fieri ne potest, vt homo malus benè doceat? Fieri omnidò posse, & nos ipsi sæpè experimur in multis, & Dominus noster Iesus Christus palam significauit Matth. 23. quum ait, Super cathedram Moſis federunt scribæ & pharisæi: Omnia ergò quæcunq; iusserint vos seruare, seruate & facite: secūdum opera verò eorum nolite facere. Dicunt enim, & nō faciunt &c. Diuina hoc fit prouidētia, inquit Augustinus, & præcipuè (quod manifestè indicat sermo Domini) quòd in ea constituti sunt cathedra, quæ doctrinæ cælesti consecrauit Deus: hoc est, legitimam docendi atq; regendi potestatem habent. Qua de causa & Caipham prophetasse, expressè dicit Iohannes Euangelista: id quod grauitè etiā cōfirmant ea, quæ supra de auctoritate cathedræ, & missionis vñctione diximus. Neq; qui tales audiunt, de spinis colligunt vvas, vt ait Augustinus, sed de vite, hoc est, vñctione, per spinas, id est, vitam illorum malam: tanquàm si manum aliquis per sepem mittat, inquit idem Augustinus, vt certè de vite quæ sepi fuerit inuoluta, vnam legat, non spinarum est fructus, sed vitis. Neque tam facile est ex moribus externis ipsorum prophetarum, diiudicare prophetas, (illos enim miris imposturis præstigijsq; interdum nōrunt fucare) quàm ex fructibus spiritus, quem per doctrinam suam gignunt in discipulis. Id quod satis intelligi potest ex illis quæ iam supra dicta sunt.

Omnis arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Quod ait, excidetur, & in ignem mittetur, duplicè significat

k 3 pœnam,

Pœnam, qua scelerati plectuntur, ut admonet Iohannes Chrysoftomus: Vnam, quod amiffa gratia Dei, regno cœlorum, beata illa omnium sanctorum fodalitate, atque fuaiffima præfentia ac facie patris cœlestis, priuantur: Alteram, quod æternis gehennæ flammis horribiliter veniunt exurendi, quæ pœna quanquam grauior est, quam pro captu intelligentiæ cogitationisq; humanæ, infinitis tamen partibus superatur ab illa priore: de quo inter cætera sic ait ipse Chrysoft. Intolerabilis quidem res est etiam gehenna, quis nesciat? & supplicium illud horribile. Tamen si mille aliquis ponat gehennas, nihil tale dicturus est, quale est à beatæ illius gloriæ honore repelli, exofumq; esse Christo, & audire ab illo, Non noui vos: atque argui, quod esurienti ac sitienti negauerimus cibum & potum. Est enim satius, mille fulmina sustinere, quam vultum illum mansuetudinis pietatisq; plenum, nos tamen auersantem videre, & illos totius tranquillitatis oculos, nequaquam nos adspicere sustinentes. Hæc & multo plura de hac re Chrysoftomus Homilia 24. in Matthæum.

Non omnis qui dicit mihi, Domine Domine, &c.] Maximè cauendum est, inquit Augustinus, nè tendentes ad sapientiam, quæ in solo Christo inueniri potest, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi, seducantur. Cauendum ergo est, nè pro Christi nomine ab hæreticis, vel quibuslibet malè intelligentibus, & seculi huius amatoribus decipiamur. Nam idè sequitur & monet, dicens: Non omnis qui dicit mihi, Domine Domine, intrabit in regnum cœlorum, nè putemus ad illos fructus pertinere, si quis Domino nostro dicat, Domine Domine, & ex eo nobis arbor bona videatur. Sed illi sunt fructus, facere voluntatem patri mei qui est in cœlis: cuius faciendæ seipsum exemplum præbere dignatus est. Hæc Augustinus: qui & quæstionem hinc mouet, dignam profectò cui excutiendæ, vir huius doctrinæ studiosus, animum aduertat. Ea est, quomodò huic sententiæ, qua dicitur, Non omnis qui dicit mihi, Domine &c. conueniat illud Apostoli 1. Corinth. 12. vbi ait: Nemo in spiritu Dei loquens, dicit anathema Iesum: & nemo potest dicere Dominum Iesum, nisi in spiritu sancto. Respondetur breuiter, quod Dominus hoc loco, dicere, extra propriæ significationis terminos extendens, pro eo accepit, quod est voce sonare, siue quis ex animo sentiat ac velit, quod sonat, siue nõ. Paulus autem, dicere, propriè accepit, pro eo quod est, ex animi sententia & veritatis amore loqui. Hac ratione impossibile est, ut aliquis dicat Dominum Iesum, hoc est, Iesum vo-

cat Dominum suum, nisi per spiritum sanctum. Quomodò enim quis verè, & ex animo vocabit aliquem Dominum suum, cuius voluntatè facere non vult? Voluntas autem hæc faciendæ voluntatem Dei, à spiritu sancto proficiscit, accendete pectus hominis igne charitatis. Nõ omnis itaq; qui strepitu labiorum sonat hæc verba, Domine Domine, intrabit in regnum cœlorum: sed qui ex animo Iesum confitetur Dominum suum, quod fieri non potest, nisi adfit voluntas ac studiū faciendæ voluntatè eius. Porro voluntas Domini, IESV, ac voluntas Dei patris, vna est. Sed maluit dicere, voluntatem patris mei, quàm voluntatem meam, nè quid offenderet Iudæos, nondum capaces tanti mysterij. Hoc monuit etiam Chrysoftomus.

Multi dicunt mihi in illo die, Domine Domine.] Illud diem, diem iudicij intelligit, quandò pro suis cuiq; meritis præmia designabuntur, & separabuntur oues ab hædis. Iterum atq; iterum erubescant hoc loco, ut & multis alijs, qui contendunt hominem sola fide iustificari. Item, qui clarissimam veritatem Euangelicæ luce proditi, confugiunt ad aliud latibulum, dicentes cum qui verè credat, non posse non operari benè: Veram fidem eius esse naturæ, vt necessariò ex se signat opera bona.

Nam Dominum Iesum hinc loqui de illis, qui non modò veram, verum etiam eximiam fidem habent, & tamen operantur iniquitatem, authores habemus eximios, eosdemque antiquissimos interpretes: inter quos & Iohannes Chrysoftomus, cuius hæc sunt verba, interprete Aniano: Non modò ille, inquit, qui habet fidem, conuersatione neglecta, regnum non poterit introire cœlorum: sed & ille qui fide multa etiam splenduit claritatè signorū, nec tamen aliquid in vita boni operis exercuit, à cælestibus similiter ianuæ repletur. Multi enim mihi dicent &c.

Et post pauca verba dicit: Voluit enim hoc loco asserere, quod fides absque operum sanctitate nil etiam valeat. Deindè id ipsum vterius extendens, adiecit & signa, vt videlicet ostenderet, quia non modò fides, sed ne ipsa quidem cuiquam mirabilia profutura sint, si ea operatus fuisset absque possessione virtutum. Et nè quis hæc miretur ita fieri, mox etiam rationem subijcit, quare sic fiant, his verbis: Omnis quippe gratia donum est solummodò largientis. Illi autem nihil ei de proprio attulerunt: propter quod etiam meritò puniuntur, quod erga eum à quo ita honorati sunt, vt talia etiam indignis donà conferret, ingrati existere maluerunt, tantorumq; beneficiorum profus immemores. Chry-

Chrysoftomo suffragatur, planeque consonat Paulus 1. Corinth. 13. quæ & testem suæ sententiæ citat: Et si, inquit, habuero prophetiam, & nouerim mysteria omnia, & omnè scientiam, & si habuero omnem fidem, adèd vt montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum.

Porro quod hinc solent objicere, Paulum illic non loqui de fide iustificante: Responderi potest, eum sine exceptione de omni fide loquens: adiecere conditionem, qua non iustificet, nempe si non sit coniuncta cum charitate. Fides, inquit, de qua loquitur Paulus, est donum gratis datum: fides autem iustificans, est donum gratum faciens, si nos iuxta verbum Chrysoftomi, de proprio attulerimus opera charitatis. Nam qui non diligit, manet in morte, vt ait Iohannes, quantūcunque credat. Et Iacobus expressè dicit, hominem ex factis iustificari, & nõ ex fide tantum: id quod duobus luculentissimis ostendit exemplis, Abraham & Rhaab, fidem dicens adiuuato fuisse factis Abraham, & ex factis fidem fuisse perfectam. Item, quemadmodum corpus absque spiritu mortuum est, ita & fidem absque factis mortuà esse. Porro facta intelligit, opera charitatis. Atq; ita inter se coniunctæ sunt fides & charitas, vt quemadmodum impossibile est sine fide placere Deo: ita neque fidem vllā sine charitate iustificare possibile sit, neque opera vlla, quantūuis ardua ac speciosa, & in quantacunque fide facta, Deo grata esse, nisi proficiscantur ex charitate: id quod luculentissimè docet Apostolus 1. Co. 13. Quumq; tot locis nos ita expressè & luculenter idem doceant scripturæ diuinæ: cuius, obsecro, pertinentiæ est, per tot iam annos, tantis contentionibus defendere dogma illud, quod sola fides iustificet, præsertim quum hoc nusquam habeat vlla scriptura sacra? Nam quod illi interpretatur, nos fide iustificari gratis: idem esse, quod sola, hoc est, sine charitate: iniquissima est & falsissima interpretatio, quum illud aduerbium, gratis, nihil aliud excludat, quam opera præcedentia: nequaquam verò charitatem, & quæ ex hac nascuntur opera bona. Quæ si segreges à fide, non magis illa valet iustificare, quam mortuū cadauer incedere, aut quicquam operari, separata ià anima: id quod palam testatur Iacobus. Porro, qualia sint illa charitatis opera, clarissimè explicat Paulus, quum ait: Charitas patiens est, benigna est, charitas non æmulari, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa, non querit quæ sunt, non iritatur, non cogitat malum,

non gaudet super iniquitate, congaudet autè veritati: omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet. Ecce tales fructus nobis procreat charitas, quæ fidei id est, quod anima corpori. Tū ne itaque soli fidei tribuis iustificationem, charitati nihil? Quin potius accedamus cum summa fidei constantia ad DEVM patrem, credentes quidem nobis peccata, quantūlibet grauias & lethalia, remitti ab eodem patre per meritum Christi, nullis etiā nostris præcedentibus meritis: sed ita, si talem patrem, tam nostris amantem, sic redamemus, vt & seriò grauiorq; nobis doleat quod illū offenderimus, cum firmo proposito, quod illius inuocato auxilio, posthac in luce, id est, vitæ innocentia ambulantes, imprimis cum illo, deindè cum fratribus nostris mutuam charitatis societatem simul conseruari. Quicumque his virtutibus commendati accedunt, hos sanguis Iesu Christi emundat ab omni peccato, nõ tantum ante Baptismum patrato, verum etiam eo, in quod per infirmitatem vel quotidie relabimur, modò relapsi per similem superiori pœnitentiam resurgamus. Sed videndum omninò est, nè ficta nostra sit pœnitentia. Qualem illorū esse quis non dicat, quos videmus pro consuetudine cõfiteri, orare, & cætera quæ ad huiusmodi ritus pertinent, facere, semper tamen in eodem luto volui atq; reuolui? Deus lux est, inquit Iohan. Si dixerimus quoniam societatem habemus cū eo, & in tenebris ambulamus: mentimur, & veritatè nõ facimus. Sed longius in hæc sumus progressi, quā hoc quidè loco proposuerim. Quare ad verba Dñi reuertamur.

Et tunc confitebor illis, Quia nunquam noui vos.] Confitebor (more Hebræorum, ni fallor) dixit pro eo quod est, apertè proloquar. Q. d. Dum permitto illis per nomen meū prophetare, demonia eiicere, multaq; edere miracula, dissimulata interim scelerata ipsorum vita, blandiuntur sibi quasi amicis meis & cohæredibus regni mei. Ast vbi venerit ille dies iudicij, quo reddam vnicuiq; secundum opera, nõ illa mea, quæ sunt prophetare, demonia eiicere, miracula edere, quæ non ipsi operantur, sed ego: verum sua, qualia sunt, cibare esurientes, potum dare sitientibus, colligere hõpites, operire nudos, visitare egrotos, & his similia, quæcunque non tantum ex fide, qua quis experimentis edoctus credit, quantà sit mei nominis virtus, verum multò etiam magis ex ingenua charitate, tum erga patrem meum, tum erga me & vniuersum genus humanum, proficiscuntur: tum, inquam, palam intelligent, quàm nunquam eos vel pater meus habuerit pro filijs & hæredibus, vel

ego pro fratribus & cohæredibus. Ille enim pro ingenuis agnoscat filijs, & ego pro ingenuis fratribus, quotquot similitudine morum nos referunt. Ille sic dilexit genus humanum, ut me vnigenitum suum atque vnice dilectum filium, daret in mortem pro salute hominum. Ego sic & patrem meum diligo, ut mandato eius per omnia sim obsecutus: & genus humanum, ut pro salute eius ac vita libenter mortem eam quantumuis acerbissimam, subirem. Quicumque hæc principio per fidem amplectuntur & agnoscunt, deinde per charitatem student, quisque pro conditione vocationis suæ, imitari: hos merito agnoscimus, pater quidem ingenuos filios, ego vero Germanos fratres, hæredes & cohæredes regni nostri cælestis. Istos vero, qui tantoperè sibi placuerunt, quod permiserimus illis per nomen nostrum mirabilia operari, dæmonia eijcere, futura prædicere, scripturas interpretari, annunciare Euangelium, baptizare, consecrare, peccata dimittere, sacramenta doctrinæ, mortis & gratiæ meæ dispensare, neque tamen ipsi interim vitæ suæ conuersatione declarauerunt, se hæc ideò facere, ut nominis nostri gloriam, ac regni imperium dilatarent, nostroque exemplo omnium hominum salutem magno ardore sitirent: sed tanquam humanis artibus ad quæstum & gloriam suam abusi sunt, istos, inquam, non tanquam filios ac fratres recipiemus in illo die, sed tanquam nothos & adulterinos à consortio regni ac hereditatis nostræ repellemus. Quanquam enim rata habemus ea quæ nostro nomine fecerunt, propter eos qui per obedientiam fidei, atque amorem nominis nostri gratiam nostram per istos oblatam, sunt amplexi, nè illi nostris beneficijs fraudentur, ipsis tamen per quos fiunt, nihil prodeunt. Quemadmodum & nunc vnus inter vos duodecim est, qui quum sit fur, diabolus, ac tandem me traditurus, tamen permittitur à me inter vos apostolatu fungi, baptizare, dæmonia eijcere, atque omnia quæ ad vestræ dignitatis functionem pertinent, facere: idque ad salutem eorum, ad quos mittitur, modò illi tanquam mea dona amplectantur: non autem eius qui affert, quum ipse interim in suis sceleribus sit periturus. An non meministis talia etiam patrem meum fecisse temporibus antiquis? An non per impij Pharaonis somnium indicauit septem annos fertilitatis, & totidem sterilitatis? Gene. 41. An non per Nabuchodonosoris somnium, quæ esset futura regnorum commutatio? Danielis 2. An non per visionem manus in pariete scribentis, eius filio Balthazari ostendit futuram

amissionem regni? Danielis 5. Nonne per os impij Balaam benedixit populo suo Israël? Numer. 23. Quin brutæ etiam asinæ os aperuit, ut humano more loqueretur, Numer. 22. Non est itaque quod putent ideò se beati huius regni fore consortes, quod passus sum doctrinæ gratiæque meæ sacramenta per eos peruenire ad electos meos, qui desiderio veritatis & iustitiæ sustinuerunt eos audire, etiam si viderent mores illorū à doctrina per omnia discrepantes, quos ipsi non sunt imitati: sed ea potius operati, quæ per os illorum intellexerunt placere patri meo cælesti. Hos tunc videbunt, applaudentibus militiæ cælestis exercitibus, lætissimo speciosissimoque triumpho introduci in regiam patris mei. Isti verò audient, Abite cum illo vestro principe diabolo, cui maluistis seruire quàm nobis, digna percepturi vestræ militiæ vestro principe stipendia, hoc est, ignominiam & confusionem, cum æternis gehennæ flammarum cruciatibus, in quibus sine fine flebitis & euilabitis. Nos verò, hoc est, ego & hi qui mea castra secuti sunt, meo ductu fortiter ac fideliter militauerunt, cum Deo patre nostro triumphabimus & epulabimur, atque omni gaudiorū, exultationis, & lætitiæ genere in huius regia nos in æternum oblectabimus. Ecce, hæc est illius tremendi verbi sententia, Discedite à me, qui operamini iniquitatem. Vbi illud obiter videtur non prætereundam, quod D. Hieronymus admonet, non dixisse Dominum, qui operati estis iniquitatem, nè videretur tollerere pœnitentiam: sed qui operamini, hoc est, qui vsque in præsentem horam, cum iudicij tempus aduenerit, licet non habeatis facultatem peccandi, tamen adhuc habetis affectum.

Iam verò postquam sapientissimus hic noster præceptor nobis certissimam ostendit viam ad absolutam virtutem & summam iustitiam, ad eò, ut non dubitauerit eam partem sermonis concludere his verbis, Eritis igitur vos perfecti, sicut pater vester qui est in cælis, perfectus est. Et postquam indicauit nobis vitia, quæ ad illam iustitiæ gloriam contendentibus insidari solent, quaque ratione ab illis poterimus esse tuti: item quomodo cauendū ab illis, qui vel per hæresin, vel hypocrisin nobis insidiantur: tandem bipartita, eaque elegantissima parabola sermonis per exhortationem concludens, ostendit, quàm sapiant illi, qui cælestem hanc doctrinam ita amplectuntur, ut vitam suam ad eam componant. Contra verò quàm desipiunt, qui audiunt quidem, sed factis exprimere negligunt. Omnis, inquit, qui audit ex me verba hæc, & facit ea: hoc est, qui secundum hanc meam doctrinam viuunt, assimilabo illum

viro

viro prudenti, qui ædificauit domum suam super petram, id est, vitam suam constituit super immobile fundamentum. Porro petra hæc & fundamentum, interprete apostolo Paulo, ipse Christus est. Petra autem erat Christus, inquit 1. Cor. 10. Et, fundamentum aliud nemo potest ponere, præter hoc quod positum est, quod est Christus Iesus, 1. Cor. 3. Idem in eodē cap. monet, ut quisque videat quomodo superstruat. De hac petra plurima fit in scripturis diuinis mentio. Dauid sæpè de ea gloriari solet. Psal. 26. In petra, inquit, exaltaui me, & nunc exaltaui caput meum super inimicos meos. Et 39. Eduxit me de lacu miseris & de luto facis, & statuit supra petram pedes meos. Itē 60. In petra exaltaui me. Qui locus in hebreo hanc habet sententiam: In petram, quæ altior est, quàm ut ipse queam conscendere, tu Dñe deduces me. O quàm sapiunt, qui fidei constantia, alacritate spei, charitatis ardore, per innocentiã vite, per omnium virtutum exercitia, vocate, ducente, prouehēteque: neò, in hanc petram conscendunt, hanc sibi fundamentum in omnibus faciunt, in hac torius vitæ suæ structuram ædificant. Hi enim nõ solum in illa vita futura, verum etiã in presenti hac beatissimi sunt omnium hominum, atque ab omni malorum incursum tutissimi. Hoc enim significant quæ sequuntur: Et descendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & non cecidit. Quicquid enim aduersus eam domum, aduersus eam arcem machinatur Satan ille, qui tanquam fulgur de cælo decedit, Lucę 10. vnde ab Hieronymo & Theophylacto per pluuiam hoc loco intelligitur: quicquid omnes illius satellites, homines mali, antichristi, vniuersę mundi huius tēpestates, vniuersi, cuiuscunque etiã illi sunt generis, terrores, quales sunt afflictio, angustia, persecutio, fames, nuditas, periculum, gladius, quæ tanquam exundantia quædam flumina, illius qui tanquam fulgur decedit, imbribus aucta & incitata in nos irruunt, minantur: quicquid aëria ille potestates, & spirituales nequitię in cælestibus, suis illis viperinis afflatibus, suggestionibus, instigationibus, & quarumcunque tentatiõum ventis molitur, in immobilem hanc arcem, super illam petram ita fundatã & edificatã illisum cõfringetur atque peribit. Persuasum enim nobis habemus cum Apostolo Paulo, quod neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, neque potestates, neque insultiat, neque futura, neque altitudo, neque profunditas, neque vlla creatura alia poterit nos ab hac arce petraque depellere. Quicquid incursum oppugnationumque facere cõperint omnes illi hostes nostri, nos in hac petra consistentes, vel solo classico

nostro illos abegerimus. Fugerint enim omnes, si audierint nos cum illo inuictissimo Dauid canere: Diligam te Dñe fortitudo mea: Dominus firmamentum meum & refugium meum & liberator meus. Deus meus adiutor meus, & sperabo in eum. Protector meus & cornu salutis meæ, & susceptor meus. Laudans inuocabo dominum, & ab inimicis meis saluus ero. Tu vide reliqua Psal. 17. Innumera hoc ostēdunt exempla, tum eorum qui ante Christum Dominum incarnatum, per fidem in hac petra edificauerunt, tum eorum qui statim post incarnationem. E quibus duodecim egressi principes apostoli, non tantum ipsi extiterunt inuicti, verum etiam totum terrarū orbem doctrinæ huius armis domitum, regi nostro Iesu Christo subiecerunt. Tã est inaccessa hostibus omnibus huius celsitudo petre: tã inexpugnabile robur eius edificij, quod ea qua dictum est ratione super hanc fuerit ædificatum.

Contra verò, nihil infirmius est, nihil instabilius, nihil ruinofius illo edificio, quod neglecta hac petra, neglectis huius doctrinæ munitimentis, imponitur arenę salii huius, perpetuis tempestatibus fluctuatis. Hoc est, nihil est vanius illius hominis vita, qui nihil aliud in omnibus actionibus suis spectat, quàm inanem huius mundi gloriam, saltum, diuitias, potentiam, voluptates, & quicquid est stultissimarum concupiscentiarum. Appareat procul intuētibus quantumuis arduum ac speciosum ædificium, fac etiam eminere turribus atque pinnaculis iuniorum, elemosynarum, precū, victus atque vestitus asperitate, quæ quidem edificiū petre nostre impositum merito commendat: si tamen aliud fundamentum nõ habeat, quàm illas arenas, statim irruentibus tempestatū procellis, corrui vniuersum. Hoc nimirum est quod iam per alteram parabolę partem subiicit Dñs: Et omnis qui audit verba mea hæc, inquit, & nõ facit ea, similis erit viro stulto, qui ædificauit domum suam super arenam, & descendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & cecidit, & fuit ruina illius magna. Et merito horum dicitur stulta & infelix ædificatio. (quod admonet Chrysostomus) Quum enim ad quenuis impetum fiat ruinofum ædificium, & (vt dictum est) corruiat, plerumque tamen multò etiam grauioribus laborum afflictionibus atque erumnis erigitur, quàm hoc nostrum quod imponitur petre. Cõserat aliquis vitam raptoris, adulteri, scortatoris, calumniatoris, auari, iracundi, inuidi, & quicquid est huius generis, cum vita iusti, (de quo & aliàs diximus) & statim videbit verissima esse quæ dicimus. Taceo, quod inter hæc omnia huius semper est tutus, securus,

& intrepidus animus: illius verò infelix conscientia, ad quenvis leuem strepitum trepidat. Fugit, inquit sapiens, impius nemine persequente. Ac tandèm corruentis ruina fit magna. Verè magna est illa ruina, qua quis corruit in profundum illud inferni barathrum, vnde nulla est spes vnquam reuocandi instaurandi; ædificij.

Et factum est, cum consummasset Iesus verba hæc, admirabantur &c. Ad stuporem vsque admirationis dicit turbas hoc genus doctrinæ. Causam porrò huius admirationis subiugit, quòd inter docendum autoritate quandam suam præ se tulerit, in nullo alio Doctore illis vnquam auditã. Moses em̄ & propheta quò docerent, nusquam non præfabantur. Hæc dicit Dñs. Scribæ verò & Pharisei, doctrinam suam defendebant autoritate Mosis & prophetarum. Christus autè, nullius præmisso authoris nomine, tanquam diuinã habens docendi po-

CAPVT VIII.

Cum autè descendisset Iesus de monte, secutæ sunt eum turbæ multæ: & ecce leprosus veniens, adorabat eum, dicens: Dñe, si vis, potes me mundare. Et extendens Iesus manum, tetigit eum, dicens: Volo. Mundare. Et confestim mundata est lepra eius. Et ait illi Iesus: Vide nemini dixeris, sed vade, ostende te sacerdoti, & offer munus tuum, quod præcepit Moses, in testimonium illis. ¶ Cum autè introisset Capharnaum, accessit ad eum Centurio, rogans eum, et dicens: Dñe, puer meus iacet in domo paralyticus, et malè torquetur. Et ait illi Iesus: Ego veniam, et curabo eum. Et respondens Centurio, ait: Dñe, nõ sum dignus vt intres sub tectum meum: sed tantum dic verbo, & sanabitur puer meus. Nã & ego homo sum, sub potestate constitutus, habens sub me milites: & dico huic, Vade, & vadit: & alij, Veni, & venit: & seruo meo, Fac hoc, & facit. Audiens autem Iesus, miratus est: & sequentibus se, dixit: Amen dico vobis, non inueni tantam fidem in Israel. Dico autem vobis, quòd multi ab oriente & occidente venient, & recumbent cum Abraham et Isaac et Iacob in regno cælorum: filij autem regni eijcientur in tenebras exteriores: ibi erit fletus et stridor dentium. Et dixit Iesus Centurioni: Vade, et sicut credidisti fiat tibi. Et sanatus est puer ex illa hora. ¶ Et cum venisset Iesus in domum Petri, vidit focrum eius iacentem et febricantem: et tetigit manum eius, et dimisit eam febris: et surrexit, et ministrabat eis. ¶ Vespere autè factò, obtulerunt ei multos dæmonia habentes: et eijciebat spiritus verbo, et omnes malè habentes curauit, vt adimpleretur quòd dictum est per Esaiam prophetam, dicens: Ipse infirmitates nostras accepit, et ægrotationes nostras portauit. ¶ Videns autem Iesus turbas multas circum se, iussit discipulos ire tras fretum. Et accedens vnus scriba, ait illi: Magister, sequar te quocunque ieris. Et dicit ei Iesus: Vulpes foueas habent, et volucres cæli nidos: filius autem hominis non habet, vbi caput suum reclinet. Alius autè de discipulis eius,

ait

testatem, sic incipit: Beati pauperes spiritu &c. Et statim, cum veteris illius doctrinæ comparationem faceret cum sua, quanta cum autoritate dixit, At ego dico vobis &c. Ac tandèm se in extremo die fore iudicem omnium inuit, dicens: Multi dicent mihi in illo die, Domine domine, &c. Ac tum confitebor illis: Nunquam noui vos, Discedite à me qui operamini iniquitatem.

Demus igitur operam fratres charissimi, vt huius præceptoris doctrinã ita amplectamur fide, & factis exprimamus, vt possimus annumerari viris illis sapientibus, edificatibus super firmam petram. Quòd si fecerimus, o quam gratã audiemus auribus nostris huius iudicis sententiã: Venite benedicti patris mei, possidete regnum paratum vobis ab exordio mudi. Huic Doctore nostro ac principi laus sit, gloria, honor & imperiũ, vnã cum Deo patre & spiritu sancto, in omne æuum. Amen.

ait illi: Dñe, permitte me primum ire, & sepelire patrem meum. Iesus autè ait illi: Sequere me, & dimitte mortuos sepelire mortuos suos. ¶ Et ascendente eo in nauiculam, secuti sunt eum discipuli eius: & ecce motus magnus factus est in mari, itã vt nauicula operiretur fluctibus. Ipse verò dormiebat. Et accesserunt ad eum discipuli eius, & suscitauerunt eum, dicens: Domine, salua nos, perimus. Et dicit eis Iesus: Quid timidi estis, modicæ fidei? Tunc surgens, imperauit ventis & mari, & facta est tranquillitas magna. Porrò homines mirati sunt, dicens: Qualis est hic, quia vèti & mare obediunt ei? ¶ Et cum venisset Iesus trans fretum in regionem Gerasenorum, occurrerunt ei duo habentes dæmonia, de monumentis exeuntes, seui nimis, itã vt nemo posset transire per viam illam. Et ecce clamauerunt, dicens: Quid nobis & tibi Iesu fili Dei? Venisti huc ante tempus torquere nos? Erat autem non longè ab illis grex porcorum multorum, pascens. Dæmones autem rogabant eum, dicens: Si eijcis nos hinc, mitte nos in gregem porcorum. Et ait illis: Ite. At illi exeuntes, abiierunt in porcos. & ecce magno impetu abiit totus grex per præceptum in mare, & mortui sunt in aquis. Pastores autem fugerunt, & venientes in ciuitatem, nunciauerunt hæc omnia, & de his qui dæmonia habuerant. Et ecce tota ciuitas exijt obuiam Iesu. Et viso eo, rogabant eum, vt transiret à finibus eorum.

IN CAPVT VIII.

Cum autem descendisset Iesus de monte, &c. ¶ Priusquam ascenderet in montem, editurus illud nouum atque sublime doctrinæ genus, populum sibi conciliarat varijs, ijsque maximis beneficijs, sanatis omnibus malè affectis, varijs morbis torminibusque contractis, demoniacis, lunaticis, paralyticis, & quibuscunque morbis languoribusque detentis: vt in fine capitis quarti vidimus. Itaque sibi comparatos in montem subduxit, vt & situ loci significaret se nihil humile docturum, & figuræ responderet, in Mose expressã, qui legem proditurus, montem conscenderat. Præterea, cum homo corpore cõstet & animo, nominus vtrunque quidem curauit: sed corpora in locis humilibus & planis, animos in eminentia montis: nos erudiens, quotiès de cibo animi agitur, ascendendum esse ex terrenis hisce sordibus & luto curarum carnalium. Neque rursus peccatum esse, demittere sese ad necessariam curam corporis, modò in Domino. Hic igitur de monte rursus descendens, multitudinis infirmitati sese accommodat, in qua semper multi sunt segnes, debiles, claudi, ægroti: qui corporalibus etiam beneficijs alliciendi sunt ad studium rerum cælestium. Atque in his sanandis hoc ipsum agebat per imaginem, quòd per doctrinam agebat sanandis animi morbis. Vtraque res

alteri conciliabat fidem atque autoritatem. Libentius illi credimus, quem amamus: & beneficijs conciliatur amor. Ac facilè pondus apud nos habet illius oratio, quem conspiciamus in factis tam esse potentem.

Et ecce leprosus veniens, &c. ¶ Marcus addit, ad genua prouolutum adorasse: Lucas præterea, prolapsum in faciem: vt exemplo nos doceatur, qua modestia, verecundia, atque fiducia compositos esse oporteat eos, qui ad Deum accedunt adoraturi. Porrò gestus modestiæ respondet oratio: Domine, inquit, si vis, potes me mundare. Quòd ait, si vis, non est dubitantis de bonitate voluntatis diuinæ, verum summo pudore immunditiam suam agnoscentis, atque à sola misericordia DEI salutem sperantis: idque ea conditione, si Christus sciat hoc vtile fore, & facturum ad gloriam Dei illustrandam. Vnde Marcus ait, Iesus autem misertus, protensa manu tetigit illum. Quòd ait, potes, ostendit se credere diuinam in Domino potetiam, quæ solapossit hunc morbum curare, cæteris omnibus incurabilem.

Et extendens Iesus manum, tetigit eum, dicens: &c. ¶ Quòd attingit leprosum, ostendit se supra legem esse, ac Dominum (vt sentit Chrysostramus) legis, qua vetitum erat tangere immundum: (Est autem omnis leprosus immundus)

Leui. 15.

du) atque nunc tempus adesse, quo intellecturi essent homines, non illam carnis lepram execrabilem esse apud Deum: sed lepram animae, qua vniuersum genus humanum laborabat, ideoque eiectum atque exclusum ab illa beata turba innocentum, cui concessum est ascendere in montem Domini, expectare cogebatur donec ad se descenderet Christus. Præterea diuinam quidem virtutem operari miraculum illud, sed cum natura humana cōiunctam, vniuersamque. Ideo simul & manu tangit, & verbo imperat. Oportuit enim & Deum esse, & hominem, qui nos à nostra lepra mundaret, atque cælestis militiæ societati restitueret. Cuius rei rationes nimis longum fuerit hic explicare. Explicuit luculenter Iohannes Ludouicus Viues de veritate fidei Christianæ lib. 2. eo capite cuius argumentum est, Quod cōgruebat Christum humanitate vestiri.

Interea monemur & nos hoc stupendo Domini ac Dei nostri exemplo, qui ab illa incomprehensibili puritate ac luce in has nostras tam execrabiles sordes sese demisit: monemur, inquam, huius exemplo, ne fratres nostros propter infirmitates, sordes ac ægritudinum purulentiam fastidiamus. Quod egregie agnoscens beata illa Elizabeth, Hungarorum regis filia, & Ludouici Turingiæ principis vxor, pauperes non tantum elemosynis pauperum, verum etiam vlcera eorum lauans, osculabatur. Si volumus inter filios Dei numerari, & percipere hæreditatem cum filio illo vnigenito: a quissimum est, vt illius in fratres nostros charitatem imitemur.

Volo mundare. Id est, mundus esto. Quis non admiretur, suspiciat, & adoret tam obuiam benignitatem Domini? Leprosus diuinam eius potentiam palam confessus, de voluntate tantum proposuit. Dominus voluntatem promptam esse respondet: potentiam efficacia verbi declarat. Volo, inquit, Mundare. Et protinus mundata fuit illius lepra. Sic in mundi creatione dixit, Fiat lux: & facta est lux. Fiat firmamentum: & factum est, &c. Gen. 1.

Vide nemini dixit. Quod vetat, ne cui dicat: suo exemplo modestiam nos docet, vt Chrysostomo, Theophylacto, & ferè omnibus huius miraculi interpretibus videtur, ne ex beneficiis nostris laudem & gloriam ab hominibus captemus. Quin & in ipso qui fuerat leprosus, docet, non debere nos dona, si quæ sumus consecuti à Deo, iactare: sed potius aliorum expectare iudicium: neque hoc stultè & imperite multitudinis, sed illorum, qui norunt iudicare, & iudicandi habent auctoritatem. Qui si palam pronunciauerint te gratijs diuinis ornatum atque ditatum, iam tempus

est, vt tu omnibus modis in hoc incumbas, vt per istas tuas dotes glorificetur ille qui dedit, Dominus Deus: quemadmodum & hunc leprosum fecisse scribit Marcus, nepe egressum, coepisse prædicare & diuulgare sermonem, ita vt iam non posset Iesus manifestè introire in ciuitatem: sed foris in desertis locis esset, & venirent ad eum vndique. Vnde credibile est, mandati Domini hanc fuisse sententiam, vt nemini de beneficio in se collato diceret priusquam sacerdoti sese exhiberit. Huius verò audita sententia, non vetuisse beneficium in se Dei per animi gratitudinem prædicare, exhortarique ceteros, vt ad eundem salutem confugerent. Neque enim Dominum per simulationem imperiale homini silentium, credere fas esse opinor: quum Marcus scribat eum comminatum ei esse, statimque eiecit imperasse, ne cui quicquid diceret: sed abiret ostensum se principi sacerdotum, vt vetus translatio habet: quæ ex greco simpliciter sonet, sacerdoti. Neque mihi videtur credibile, illum qui tanta fide, modestiaque paulò antè beneficium à Domino impetrarat, tam citò contempsisse tam acre eiusdem madata, vt prius rem diuulgaret, quam intelligeret: per illud ipsum, quod acceperat mandatum, hoc licere. Adde quod hoc ordine sensusque accepta historia miraculi, ad vnguem quadrat ad id, quod ipso miraculo mysticè significatur: nepe, vnde & quo modo proficitur peccatori respicienti peccatorum remissio, quibusque ritibus in Ecclesiam Dei sit recipiendus. Non aliud ea proficitur, quam à Deo, idque per contactum humanitatis Christi, qui verè est summus ille pōtēx & sacerdos in æternum. Huic autem ante omnia pronoluntum ad pedes, atque in faciem prolapsum, supplicè fieri oportet, magnoque pudore atque dolore animi agnoscere scditatem lepre sue, petereque mundationem, id est, peccatorum remissionem. Atque hæc est illa confessio, quam docet ecclesia oportere neo fieri, antequam quis adeat hominem sacerdotem. Quæ si ritè fuerit pacta, secundum formam siue figuram in hoc leproso expressam, mundus sit haud dubiè leprosus, iustificatur peccator: non dum tamen de illa sui iustificatioe permittitur gloriari: sed prius iubetur adire sacerdotem, quem Deus constituit in terra iudicem lepre, i. peccati: atque huic aperire pectoris sui arcana, quemadmodum illi Aaroni aut cuilibet filiorum eius cutem carnis suæ nudabat, iuxta id quod scriptum est Leu. 15. Is porro si fuerit peritus, vt sciat discernere inter lepram & non lepram: facillè intelliget, an verè sit mundus. Si viderit eum ex animo cōfiteri, detestarique peccata, atque seriò meditari meliorem vitam, exemplo Dauidis, Mariæ Magdalenz, Zachæi,

Zachæi, & multorum aliorum: confugere verò ad misericordiam diuinam tribunal, paratum ad obsequendum sacerdotis consilio, quemadmodum Zachæus vltro se obtulit, dicens: Dimidium bonorum meorum Domine do pauperibus, & si quid aliquid defraudauit, reddo quadruplum: nihil obstat, quò minus eum mundum pronunciet, hoc est, à peccatis absoluat. Sin ille superbiens, noluerit sacerdoti se exhibere inspiciendum, hoc est, pectoris sui aperire arcana, (quemadmodum videmus nostra ætate fieri ab illis, qui sibi placent ac plaudunt ob nouam nescio quam, libertatem spiritus, quam se inuenisse præ cæteris hominibus iactant) dicatque Deo se esse confessum: qua, quæso, ratione talem absoluat sacerdos? Ac ne illos quidem quare debeat absolueri, satis intelligo, qui ex consuetudine consentunt quidem: nec tamen vllum dant specimen, ex quo queat intelligi, quòd ex animo respiciant. Quales sunt illi, qui nolunt excludere concubinas, Nolunt dimittere possessiones iniustas, Nolunt agnoscere fratri, à quo sibi videntur læsi. Quid dicam de illis, qui cōquirendis opimis prælaturis ac sacerdotijs nullum faciunt finem, de grege verò Dominico pascendo ne cogitant quidem? Taceo cætera genera hominum propemodum infinita. Talibus si satis est ad mundationem, esse de more confessos, (quanquam hæc tã capitalia ne consentunt quidem, arbitrati nihil in his esse peccati) atque audisse recitari absolutionem à sacerdote: vehementer errauit Diuus Hieronymus, quum scriberet in Matthæi cap. 16. apud Deum non sententiam sacerdotum, sed reorum vitam requiri. Et multa videbuntur superuacanea & ociosa in illis, quæ in lege accuratè sunt præcepta de inspiciendis purgandisque leprosis, priusquam recipiatur in societatem & communionem populi Dei. Sed absit à nobis illa blasphemia, vt dicamus illa Dei oracula esse ociosa & vana. Quin potius audiamus doctissimos illos viros, Origenem, & ceteros qui ea nobis de peccatorum lepra pulcherrimè sunt interpretati. Vbi verò venerit respiciens peccator, principio quidè pronolutus ad pedes nri, deinde ad sacerdotem vt ministrum ac legatum eius, exemplo huius leprosi, atque ita sententiâ muditæ suæ obtinuerit, iam licet clara voce laudem dicere Deo: quod huic leprosus fecisse, iam ex marco retulimus. Iam licet cū Esaiâ exclamare, Confitebor tibi Dñe, quoniam iratus es mihi: conuersus est furor tuus, & consolatus es me. Et iterum cum eodem propheta: Corripuisti me, & viuificasti me: & ecce in pace amaritudo mea amarissima. Tu aut eripuisti aiam meam, vt non peri-

ret: proiecisti post tergum tuum omnia peccata mea. Iam licebit exemplo Dauidis docere iniquos Psa. 51. vias Dñi, vt impij ad eum conuertantur. Nā in hoc etiam hic leprosus diuulgauit sermonem de beneficio Dñi in se collato, vt plurimos ægrotos ad exquirendum illum medicum excitaret: id quod rei euentus satis ostendit.

Sed quid sibi vult, quod adijcit, Et offer munus, quod iussit offerri Moses in testimonium ipsis? Hoc non potest satis explicari, nisi adhibeantur verba ipsa ex Leuitico.

Leuit. 24.

Verum illa & plura sunt, & grandiora cōtinent mysteria, quam vel vacet, vel infirmitas nostra ferat omnia nunc persequi. Illud in genere dicam: Si quis duo illa capita 13. & 14. diligenter legat, atque superata occidente litera, ad viuificationem spiritum penetret: is, ni fallor, inueniet, quam oculos esse oporteat episcopos & pastores, quibus mandata est cura gregis Dñici, vt summa diligentia attendant, ne qua in hunc irreat lues atque contagio, quæ paulatim serpens, totum gregem inficiat, & abominabilem faciat. In hoc enim acceperunt à summo illo pontifice Iesu Christo potestatem remittendi retinendique peccata, nequaquam vt noxios absoluant, & infontes condemnent. Absit vt talem tyrannidem voluerit in Ecclesiam suam introducere Dñs. Sed, quod & iam antè diximus, vt quemadmodum illi sacerdotes suis sententijs non fecerunt mundos aut immundos, sed à castris excluderunt, quos cōpererunt immundos: quos autem mundos, in castra receperunt, (quod tamen ibi mundare & contaminare dicitur) sic & hic, inquit Hieronymus, alligat vel soluit Episcopus & presbyter, non eos qui infontes sunt, vel noxij: sed pro officio suo, cum peccatorum audierit varietates, scit qui ligandus sit, quiue soluedus.

Neque verò his quicquid obstat, quod leprosus is de quo agimur, etiā peculiariter populi Iudaici typum gerit, in hoc, quod Dño descendente de monte occurrit primus, quemadmodum ille populus, filium dei è cælo in terram descendente primus excepit, idque per contactum, quod ex hoc populo neus carnem nostram assumpsit, quodque ad sacerdotes Leuitici generis ablegat. Nā in eo quod fuit leprosus, quodque à vero pontifice Christo Iesu quaerit mundari, item quod iubetur ea præstare, quod pertinent ad disciplinam & obedientiam, quod debet magistratibus à Deo ordinatis: typus est omnium, quicquid, ex quacumque etiā natione & gente, salui fiunt. Nam hoc est offerre munus, quod iussit offerri Moses, eam declarare modestiam, obedientiam, innocentiam, & charitatem, vt omnes hotes intelligant, nos eius esse patris filios, eius præceptoris discipulos, eius Dei cultores ingenuos, qui non venit solueret

legem, sed adimplere. Non quod nos alligati simus vmbri illis & occidēti literæ legis. Lex enim spiritalis est, inquit Apostolus. Sed si verè credamus Deo, si impietatis lepra discedat, ut ait Ambrosius in Lucā, si occultorū cognitio sit sacerdos, si puri testis affectus: denique, si vndiquaque ex nobis illi relucent mores & innocentia fructus, qui per sacrificia illa & cæremonias legis fuerunt adumbrati, iā iuxta præceptum Dñi offerimus munus in testimoniu illis: hoc est, ex quo cum omnes hoies, tū verò præcipuè sacerdotes & Episcopi, quorū officium est oues suas nouisse, queant intelligere, quod simus de grege dñico, de populo mundo, non eijcedi e castris: sed cum sanctis & electis nei fouēdi, conferuandiq; in castris, donec defuncti hac militia, debellatoq; hoste diabolo, duces nostrum ac principem Iesum Christū, lætissimum agentes triumphū, sequamur in ciuitatem & regiam patris nostri. Cui, inquam, Deo patri, dū in his terris peregrinamur, nūquam cessare debemus offerre munera illa innocētiæ, bonorum operū, sanctarum precum & gratiarum actionū, idq; per Christum Iesum catholicū eius sacerdotem, inquit Tertul. lib. 4. aduersus Marcionem.

Optima quippe beneficiorū custos est ipsa memoria beneficiorum, (inquit Chrysof.) & perpetua gratiarum cōfessio. Propterea & reuerenda ac salutaria illa mysteria, quæ in omni certè Ecclesiæ congregatione celebramus, Eucharistia (id est, gratiarum actio) nūcupatur. De quo pulcherrimè differit Chrysofotomus in hunc locum, in fine homiliae 26. in Matthæū.

Ut itaq; oīa quæ de leproso hoc dicta sunt, in pauca quædam contrahamus: quod leprosus est, totius generis humani figura est, peccatorum lepra contaminati, & ex castris Dei excommunicati atq; eieciti. Quod ad Dominum Iesum confugit, ostendit cuius beneficio contingat ab hac lepra mundari. Quod in genua & faciem prolapsus, summa verecundia supplex se Domino mundandum offert: ostendit, quomodo compositos ad Deum accedere oporteat. Quod mundatus, iubetur de beneficio in se Dei tacere, donec ritè cognitus à sacerdote, oblatoq; secundum legē munere, palam sit pronuntiatus mundus: docemur principio quidem, nō in hoc nobis dona cælestia dari, vt superbientes contempnamus auctoritatem potestatis, quæ ordinata est à Deo: sed potius, vt omnis anima omni mansuerudine modestiaq; potestati sublimiori sit subdita. Quod mūdus iam declaratus à sacerdote, munus pro sui mundatione offert: docet nos, sacrificium laudis immolare Deo pa-

tri per summum pontificem Iesum Christum Dominum nostrum. Quod, iuxta Marcū, incipit prædicare multa, diuulgareq; sermonē, &c. docet nos, iam reconciliatos Deo & Ecclesiæ eius, in hoc totos esse debere, vt per oēs occasiones, quoscunq; possumus, excitemus, vt confugiant ad Christum, adhuc quidem in corpore suo mystico, quæ est ecclesiā, in huius mundi deserto degentem, donec tandem cōpleto numero electorum, vnā cum ipso iam palam, vniuerso mundo spectante, gloriosum lætissimumq; agentes triumphū, intremis ciuitatem regiam patris nostri. Quod verò idē hic leprosus primus occurrit Domino Iesu sanandus, hac quidem parte typum gerit populi Iudaici, à quo primò exceptus est filius Dei, è caelis ad nos descendens: quemadmodum Centurionis famulus, populi gentilis: de quo iam dicere aggrediemur.

DE FAMULO CENTVRIONIS.

Vm autem intrōisset Capharnaum. Non erit admodum difficile, huius miraculi mysteriū explicare, si prius sustulerimus scrupulum, qui vrsit multos, quod Lucas historiā hanc paulò aliter narrat, quàm Matthæus. Hic enim dicere videtur, cēturionem, ipsum adijse & obsecrāsse: Lucas autem ait, quod miserit ad eum seniores Iudæorum. Et adijcit, quomodo illi sua legatione sint functi: Quod impetrauerint à Domino, vt secum ad centurionem iret: Quanta ciuilitate ac modestia centurio miserit amicos obuā Domino, qui suo nomine peterent, nē se tantoperè vexari molestariue fineret, se hominem esse ethnicū, & sanguinariæ militiæ centurionem, profus indignum, qui vel in conspectum Domini veniat: tantum abesse, vt dignus sit, ad quem vltro veniat ipse Dominus, prophanaq; illa sua subeat tecta: Possē id, quod petat, minori negotio expediri: Dominum esse omnis creaturæ, cuius dicto audientes sint ipsi etiam angeli: Possē itaq; vel simplici verbo abigere morbum. Vel, si diuinæ eius sapientiæ hoc visum sit potius, posse vel cuilibet ex ministris siue discipulis, huius rei potestatem & curam mandare, &c. Ab his itaq; discrepare videntur verba Matthæi, quum ait: Adijt eum cēturio, &c. Verum nihil hic esse inter Euāgelistas discordiæ, luculenter ostenderunt August. lib. 2. De consensu Euāgelistarū, cap. 20. Iohan. Chrysof. in Matt. Hom. 27. & Euthymius in hūc ipsum locū Matthæi. Lucas pleniū exposuit, quæ breuius perstrinxit Matthæus. Atq; idem significare possunt, quod Matthæus, Adijt eū centurio: & quod Lucas, Misit ad eum &c. Nā & per alios aliquem adiri dicimus metonymicōs: vndē peruentores appellatos esse admo-

August. Chrysof.

net Augustinus, qui ad potentia quorumlibet tanquam inaccessibiles animos, per conuenientium personarum interpositionem ambitionis arte pertingūt. Si ergo ipsa peruentio, inquit, vilitatē dicitur per alios fieri: quāto magis accessus per alios fieri potest? Deindē, si cui hæc fortē nō fatissimant, quid prohibet principio misisse Seniores Iudæorū & amicos, vt scribit Lucas: deindē etiam ipsum accessisse, vt Matthæus? His itaq; omisiss, videamus ea quæ magis ad rē faciunt, hoc est, institutiōem animorum nostrorum, quo consequamur & nos ea, quæ consecutus est hic centurio.

Præterea ex Marco & Luca apparet, quod & leprosum in hac ciuitate mundauerit. Sic enī illam historiam auspicatur Lucas: Et factū est cum esset in vna ciuitatē, & ecce vir plenus lepra &c. Marcus aut, quum scripsisset illū propter famā, quam leprosus ille iam curatus excitat, fecerit in loca deserta, subijcit: Et iterum intrauit Capharnaum post dies octo. Est aut Capharnaum ciuitas Galilææ, nō procul à stagno Geneareth, in cōfinio Zabulon & Nephthalim, nobilis in primis, adeo vt Aug. non dubitet eam Galilææ metropolim appellare. In hac multa legitur dñs edidisse miracula. Vndē capite 11. huius Euāgelistæ, vbi duritiā incredulitatis exprobrat ciuitatibus, hæc alloquitur his verbis: Et tu Capharnaum, nūquid vsq; in cælum exaltaberis? vsq; in infernum descendes. Quia si in Sodomis factæ fuissent virtutes, quæ factæ sunt in te, fortē mansissent vsq; in hanc diē. Veruntamen dico vobis, quia terræ Sodomorū remissus erit in die iudicij, quàm tibi. Hæc breuiter de loco. Iā reuertamur ad opera Dñi Iesu. Quemadmodū illo suo secessu nos docuit, inanem gloriā & stultæ plebis applausum, vbi fortē quid benè egerimus, tanquam pestem quandam esse fugiēda: ita reditu suo in ciuitatē, nobis perpetuum studium de omnibus benè merendi cōmendat. Sed iā ad famulū centurionis. In hoc euidēs edidit specimen nōs Iesus, se venisse ad salutem, non Iudæorū tantum, verum omniū hoim, cuiuscunq; vel nationis, vel professiōis essent. Erat enim hic non tantum ethnicus, vt iam antè monuimus, verum etiam miles. Quin & ex ipso morbi genere hoc posse deprehēdi monet Rupertus Abbas, quod in paralyticos nihil vsquam statuerit lex, nusquam hos excōmunicauerit: quæadmodum lepra, fluxu feminis, menstruis, cæterisq; immunditijs cōtaminatos. Adde quod hunc non presens per contactū carnis mortalis sanat, sicut leprosus: sed absens, per potēntiam verbi. Ad Iudæos venit in carne visibilis. Ad nos venit per verbū inuisibilis, sed oculis fidei cognitus. Vndē quæad-

modum Thomæ per visum tactumq; credēti prætulit eos, qui non viderunt, & crediderūt: ita cēturionis huius fidem, præfert oīm Israelitarum fidei. Præterea videre est in hoc paralytico immensam dei misericordiam, per alienam fidem & intercessionem seruantis eū, qui ipse ad se venire non potuit. Quemadmodum & illum, quæ per tegulas demiserunt ad pedes Iesu, Luc. 5. & Matt. 9. Quibus exēplis obturatur os illis, qui negant infantes esse baptizandos: sed expectandum donec ipsi veniant, & profiteantur fidem. Nā si huic paralytico profuit fides heri sui: & illi de quo cap. 9. baiulorū fides, quare nō proderit paruulis illis susceptorum & cōmunis Ecclesiæ fides? Neq; illud prætereundū opinor, fidem huius cēturionis, quæ tātoperè delectatus est Dñs, nequaquam fuisse nudam, sed charitate, modestia & probitate vitæ insigniter ornatam. Id palam testantur apud Lucā missi seniores, his verbis: Dignus est vt hoc illi præstes: diligit enim gentē nostrā, & synagogā ipse ædificauit nobis. Quin hoc ipso quod tā sollicitus fuit de salute famuli, satis animi pietatem & charitatē in suos declarauit. His itaq; obseruatis, persequamur Euāgelistæ verba.

Domine, puer meus iacet in domo paralyticus. Leonac. *παράλυτος* est in parte corporis, quod ἀποπληξία in toto. Hæc enim est priuatio sensus & motus in vniuerso corpore, cum functionum à voluntatis imperio prodeuntium lesione, subito superueniēs. Latini attonitū morbum vocāt. *παρὰ* verò est, vbi alterū latus, aut dextrū aut sinistrum, sensum & motum perdit. Latini resolutionem nominant.

Dñe, non sum dignus &c. Quod ego enī ethnicus sum, & miles: quales ne vilissimus quidem quisq; ex gente Iudaica dignos habet, ad quos ingrediatur: tātum abest, vt dignus sim te hospite tanto.

Sed tātum dic verbo, &c. Hoc bifariam accipi posse, iam antè indicauimus: Nempe, quod vel simplici verbo morbum depellere possit, vel alicui ex discipulis siue ministris aut angelis mandare, qui id, potestate à se accepta, faciat. Prior sententia pluribus probatur.

Nam & ego &c. Confirmatio est eius quod dixit, à minori.

Audiens aut Iesus, miratus est. Quærun t hūc quidam, quō admirationis affectus cadat in Christū, quum oīa prescuerit, q̄ erant futura? vt breuiter simpliciterq; respōdeā, admiratio hæc, nihil aliud fuit, quàm significatio, quod rarissimæ fidei exemplum in hoc centurione videret. Neq; nouum est in scripturis diuinis, neo tribuere verba humanorum affectuum, à quibus tamen constat eum esse alienissimum.

Non

Non inueni tantam fidem in Israel. Multis modis illorum stultitia, nē dicam impietas reprehendi potest, qui verbum hoc in argumētum arripit, quasi Dominus centurionē hūc fidei nomine prætulerit, non modò patriarchis, prophetis, & Apostolis, verum etiam ipsi virgini matri. Hieronymus breuiter diluit, de presentibus eum loqui dicens, non de omnibus retrò patriarchis & prophetis. Quamquam suspicatur per tropum synecdochen in centurione fidem gentiū præponi fidei Israelis. Quis porrò ignorat, quanto latius propagata sit fides in gentibus quam in Iudæis? Vndē subiecit Dominus: Dico autem vobis, quòd multi ab oriente & occidente veniēt &c. Et hoc per synecdochen dixit, significās, ex omni totius mundi parte venturos esse. Potest per eūdem tropum, totum esse pro parte: in Israel, pro, in maxima parte populi Israelitici. Nam, in propria venit, inquit Iohan. & sui cum non receperunt. Quòd nequaquam de omnibus, sed de maxima Iudæorum parte intelligendum est. Alioqui, quis eū recepit magis? quis cōplexus est arctius, quam virgo mater, quæ utique fuit Iudæa? Quemadmodum itaq; dictum hoc Iohannis, quòd sui (hoc est, Iudæi) nō receperint eum, nihil pertinet ad sanctissimam, atq; omnibus gratijs refertissimā virginē matrem, neq; ad sanctum Ioseph, neq; ad Simeonem, neque ad Annā, neq; ad apostolos: ita neq; hoc quòd hīc Dñs exprobrat incredulis Iudæis, nempe quòd sic tot sanctorum exemplis, tot legis ac prophetarum doctrinis, tot miraculis atq; stupēdis dei in se beneficijs instructi, ornati, atq; ditati, tamen patiantur se ab homine ethnico, adeoq; prophano milite, fidei virtute superari: ad sanctos illos pertinet, etiam si ex illorū sint gente.

Et recumbēt cū Abraham & Isaac & Iacob &c. Hos tres potissimū nominat, quòd in ijs perfectē sit omnis facta promissio, vt luculenter perscriptum est in libro Geneseos.

Ilij verò regni. Hoc est, increduli Iudæi, ex patriarchis illis oriundi secundum carnem.

Eijciuntur in tenebras exteriores. Tenebræ semper interiores sunt, inquit Hierony. sed quoniā qui à dño forās expellitur, lumē relinquit, idcirco exteriores tenebræ noiatae sunt.

Ibi erit fletus & stridor dentium. Hinc D. Hieronymus obiter probat resurrectionem corporum. Si, inquit, fletus oculorū est, & stridor dentium, ossa demonstrat. Vera est ergò corporum, & corundem quæ ceciderant, membrorum resurrectio. Si quem porrò sententia ista Christi de fletu oculorum ac stridore dentium in tenebris exterioribus, hīc semel prolata, non terret aut mouet: is, vt terreatur, nō-

rit eādem adhuc quinquies infra repetitam à Christo, bis videlicet Matt. 13. semel 22. semel 24. semel item 25.

DE SOCRV PETRI SANATA.

ANte omnia hoc moneo, me nolle hīc immorari rationi inquirēdæ, quare miracula hāc alio recensentur ordine à Marco & Luca, quam à Matthæo. Siue enim hoc arcani aliquid habeat mysterij, vt suspicatur Abbas Tuitiensis, siue nō curārint Euangelistæ, quo ordine collocarent ea, quæ ex immenso gestorum acervo memoriae suggestit spiritus sanctus, (minima enim pars eorum, quæ docuit & gesit in carne Dñs Iesus, descripta est, vt palā testatur in sine Euangelij sui Iohannes) nihil apud cordatum piūmq; lectorem infirmabit historiae fidem. Quamobrem huc potius nostra studia cōuertamus, vt inuocato eodē illo spiritu, rectē intelligamus ea quæ scripta sunt, quòd rectē in nobis formētur vera fides, firma spes, & ingenua charitas. Nam his virtutibus pręditos, vt ingenuos filios, agnoscat pater noster qui est in cælis. Matthæus hāc, vt & superiora illa, paulò breuius perstrinxit, quam Marcus & Lucas. Illi enim expressē addiderūt, vndē profectus sit Dñs in domū Petri, nempe ex synagoga Iudæorum, idque, vt apparet, ex pręcedētibus & sequentibus die sabbati, cerciter horam prandij. Sabbatis enim illum in synagoga docuisse scribunt Marcus & Lucas: locrum verò Petri, liberatā à febrī, surrexisse ac ministrasse eis, scribunt Matthæus, Marcus & Lucas. Hoc autem hora prandij factum esse, hinc est colligere, quòd omnes expressē scribunt, quid egerit appetēte vespera. His ita secundum literam consideratis, (cui quamquam inharendum non est, nequaquam tamen est negligenda, quippe cuius ceu cortice tegitur ille suauissimus fructus spiritus) experiamur quid nobis ille benignissimus nri spiritus velit referare de mysterijs arcani illius sui consilij, quòd nobis sub his tanquam picturis, pro sua inscrutabili sapiētia, & incomprehensibili erga nos charitate, voluit adubrare, vt haberemus, in quo tāquam per lufum exerceamus fidem nostram, & animorum nostrorū oculos tanquam in theatro mirabilium operum Dei non solum pulcherrimo, verum etiam saluberrimo spectaculo pascereamus. Diximus iam, in leproso significatum esse populum Iudaicum: in centurione, populum gentile. Hic domū Petri ingreditur, relicta iam synagoga, idq; tēpore prandij, hoc est, claro meridie. Quid aliud intelligim? per domū Petri, quam per eiusdem nauiculam? Est igitur domus Petri, Ecclesia Christiana, ex duobus illis populis cōgregata, cui regēdæ pręfectus est à Dño, quum

IN MATTHAEI CAPVT VIII.

quum audiret, Pasce oues meas. In hanc domū ingressus est Christus, illucescente iam toti terrarum orbi sole Euangelij, vmbri legis Mosaicæ euanescentibus, ac velo templi disciffo: ea nimirum hora, qua visum erat iam non solum animos nostros salutari doctrina, verum & animos pariter & corpora ad immortalitatem pascere cibo potuq; sacrosancti corporis & sanguinis sui. In hac domo iam, quòd reliquum est diei, trāsgit, significans se facturū, quòd & verbis promisit, cum diceret: Ego vobiscum sum oibus diebus vsq; ad consummationem seculi. Porrò domus illa quā esset cōmunis duorū fratrum Simonis & Andreae, simul cum Dño ingressi sunt Iacobus & Iohannes, itidem fratres, quòd disertē cōmemorat Marcus. De his duobus paribus fratrum, etiā suprā capite quarto facta est mētio. quā Mosis quoquē ituro ad populū, vt eum educeret ex Aegypto, & legatione functuro apud Pharaōem, associatus est à Deo frater eius Aaron, Exodi 4. Atq; eos hac lege coniūxit Deus, vt Aarō quidem loqueretur pro Mose ad populū, Mose autē esset Aaroni in ijs quæ ad Deū pertinerent. Nolo nunc ea persequi, q̄ scripta sunt de duobus testamentis Gal. 4. de duobus gladijs Luc. 22. & multa alia, quæ de mystico binario sunt, nē temerē me altius in hęc demittā, q̄ vt pro mea hac infirmitate queam redire. Illud puto me sine periculo posse dicere, esse in vnoquoq; homine tria, spiritū, animā, & carnem. Hanc illis duobus semper esse molestam, q̄ perpetuò labore febrī pessimarum concupiscētiarum. Quanta est febris insanus ille & furiosus amor? quanta fœda & beluina libido? quanta auri illa sacra fames? quanta ira? quanta odium? quanta ambitio? & quicquid horum est malorū. Hęc omnia carnem nostrā, per focrum Petri significatā, vt sentit Ambrosius in Lucam, infano ardore infestant. Quòd si probē cōueniat inter duos illos fratres, animū dico & spiritū, tanq̄ inter Petrum & Andream, sed ita, vt in recipiendo hospite Chro: facile impetrabunt, vt beneficio tanti hospitis caro liberata ab illa febrī, feruiat etiam ipsi Christo, vnā cum spiritu aīoq; in pectoris domicilio recumbēt. Sic & in corpore mystico semper duos videmus magistratus, vnum Ecclesiasticum dicimus, alterum ciuilem, qui ita imperat populo, vt vnus quidem alteri sit veluti interpres voluntatis diuinæ, atq; omnino earum rerum administrator, q̄ proximè ad populū. Inter quos si ita cōueniat, vt in vtriusq; ore sit Deus, quæadmodum in ore Mosis & Aaronis, neq; aliò respiciant, q̄ vt ad arbitrium & voluntatē Dei plebē gubernent: non

dedignabitur Deus, admota manu depellere seditiosorum affectuum febrim à plebe, eandemq; erigere, vt nō grauatim faciat ea q̄ ordo functioq; cuiusq; postulat in domo Dñi. Propterea Lucas scribit eū adstitisse supra febricitantem, & increpauisse febrim, atq; ilicò hanc, illa dimissa, fugisse. Quantos motus sepē exortos in populo Israelitico legimus? Quantos in Ecclesia Christiana? Sed nunq̄ aliter sedatos, q̄ si principes populi & ecclesie pręlati, tanq̄ suis viribus diffisi, exemplo Mosis, Aaronis, & horū Apostolorū, supplices cōfugerent ad Deū, atq; huius auxilio freti, non tyrannica fauitia, sed paterna fraternave correptione seditiosos illos motus componerent.

Sic & in nobismetipsis, insurgentibus contra spiritum seditiosus affectibus carnis, facere nos suo exemplo docuit Paulus, Rom. 7. his verbis: Condeletor legi Dei secundum interiorem hoīem: Video autē aliam legem in membris meis, repugnatē legi mentis meæ, & captiuatē me in lege peccati, q̄ est in membris meis. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum.

Vt igitur summam hęc tandem cōplectamur, quemadmodum in leproso & paralytico videmus, vtriq; populo, Iudaico, inquam, & gentili, paratam esse salutem, si confugiant ad Christū Dñi: ita in focru Petri videmus, mortalitatis huius carnis, quam, dū in hoc mundo peregrinamur, circumferimus, affectus & infirmitatem non alia ratione, q̄ per gratiam eiusdem nri nostri Iesu Christi domari curariq; posse. Quid itaq; consultius facere poterimus, q̄ horum Apostolorū exemplo, ita pectoris nostri domiciliū cōponere, vt ille non grauatim huc sit ingressurus, & cum aīa spiritusq; nostro cōuiuuium agiturus? nequaquē verò ille dedignabitur huc ingredi, si modò viderit se nobis nō ingratum fore hospitem. Dixit enim, Deliciæ meæ sunt, esse cum filijs hoīm, Prou. 9. A tali verò hospite, quid nō impetrauerimus? quos morbos nō sit in nobis curatur? medicus ille? Nemo tā graui decumbit morbo, Nemo tā est peccatis immersus, Nemo aded carnaliū affectuum febrī cōcutitur, quem nō facile medicus hic sit erecturus, si modò in domo Petri, hoc est, Ecclesia Chri catholica, decumbat, & huius pro illo fiat intercessio, vt dignetur medicus ille sua saluifica dextra miseri manum contingere. Hac ratione fiet, vt in vnoquoq; nostrū integer spiritus, & anima, & corpus, sine querela feruetur in aduentum nri nostri Iesu Christi, iuxta votum Apostoli 1. Thess. 5. Similiter in Ecclesia vtriusq; ordinis principes, vnā cum populo Dei, spiritū intelligimus

præcipuam in hoc partem, qua diuina percipimus: aſam verò, vim illam, qua naturales exercem? ratiocinationes: corpus aut, affectus, qui crassius neſcio quid, ac quaſi corporeū habet. Qui niſi regantur, carnalem efficiunt hoīem, ac tandē in mortem pertrahunt. Nam ſi ſecundūm carnem vixeritis, moriemini: ſi ſpiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Neq; diſſimilia ſunt, q̄ palam cernimus in corpore Eccleſiæ. In quo ſi ordo ſacerdotalis, quem indē ſpiritualem dicimus, non aliō respiciat, q̄ ad Deum: atq; ad huius conſilia, regulasq; doctrinæ Dei, per os ſacerdotale prolata, populū gubernēt principes & magiſtratus ciuiles, oīa in ſumma tranquillitate florebut. Sin illi duo, quaſi Dei obliſi, ſeſe abijciant in ſeruitutem affectuū plebeiorum: iam quæ mox rerum facies conſequatur, non eſt obſcurum.

Porrò quia in hac domo maſurus eſt Chriſtus per id quod reliquum eſt diei, imò & per noctaturus: conſuant huc quicunq; habet infirmos, atq; dæmonijs agitatoſ. Hic enim ſalutem inueniēt. Nam hoc eſt quod iam nō apud hunc tantūm Euangeliſtam, verūm apud Lucam & Marcum ſequitur, q̄ attrulerūt ad eum oīes malē habentes, adēd vt iam tota ciuitas congregata eſſet ad oſtium, vt ait Marcus: idq; occidente iam ſole. Nos ſumus in quos ſines ſeculorum deuenerūt, inquit Apoſtolus. Poſtrema eſt hæc ætas mūdi, qua tota ciuitas Capharnaum, hoc eſt totus mundus conſluit ad oſtium Eccleſiæ.

1. Cor. 10.

Eſa. 53.

Vt impleteretur quod dictum eſt &c. Teſtimonium hoc Eſaiæ de paſſiōe Chriſti, & ſublatis in ſe hoīm peccatis, dictū eſt à propheta. quōd aut Matthæus illud ad curationem morborū corporum accommodat, idēd facit, quia, vt iam antē monuimus, hæc ipſa curatio typus fuit curationis animorum à peccatis: quæ per paſſionem Domini facta eſt.

Chryſoſt.

Videns autem Ieſus turbas multas circum ſe, inſiſit &c. Chryſoſtomus hoc ita accipit, quaſi turbis imperauerit, vt eō traicerēt. Alij verò, tam Græci q̄ Latini, referunt ad diſcipulos: vt his imperauerit, vt appararent nauim trāſmiſſuro lacum. Vndē vetus tranſlatio habet, iuſſit diſcipulos ire trans fretum: quum, diſcipulos, in Græco nō ſit: ſed explicandī gratia, vel ab ipſo interprete, vel, quod magis credidero, ab alio quopiam adiectum. Porrò quōd conſuente iam vndiquē populo ad miraculorum ſpectacula, ſe ruruſum ſubducit nōſiiterūm nos exemplo ſuo docet, fugere applauſum multitudinis, & gloriam huius mūdi. Præterea voluit & alias captare occaſiones ampliū docendi, qualis ſit noſtra profeſſio vitaq; qui nomē dedimus Chriſto, dum huius mundi tempe-

ſtatibus iactamur. Et ecce in promptu occaſionem, qua doceat, quā non ſint huic profeſſioni idonei, delicati illi, molles, & auidi quæſtūs mundani.

Et accedens vnus ſcriba, &c. Scriba hic, vt ait D. Hieron. literā tantūm legis nouerat occidentem, literator duntaxat, non aut ſpiritu- alis auditor: ideoq; nō Dñm vocat Ieſum, ſed magiſtrum, tanq̄ vnū de pluribus æſtimans. Neq; ob aliud ſe comitem obtulit Ieſu, quā q̄ viſa multitudine magnitudinēq; ſignorū, de inſinuando ſe cogitaret, ſi fortē & ipſe poſſet eam ſiue artem, ſiue potentiam conſequi, quōd quæſtum faceret, & gloriam ſibi admirationēq; apud hoīes compararet: quēadmodūm Simon ille magus, Act. 8. hunc verò non, vt merebat, à ſe repellit Dñs: verūm errorē indicat, vt intelligat, loq̄ aliud agi negociū: loq̄ difficile eſſe præſtare illud, ad quod ſe offert, q̄ arbitretur. Neq; gloriam, neq; diuitias huius mundi, doctrinæ huius virtutiſq; miraculis captari: ſed homines per iſtarum rerum contemptū, per paupertatē, per ignominia, & laborum afflictionūq; tolerantiam, inuitari ad gloria regni nunq̄ interituri. Quōd ſi hæc via placeat, ſe non recuſare comite: ſed videndum eſſe, nē temerē ſe comitat itineri, vndē cum ignominia ſit refleſtendum. Non eſt cuiuſuis hunc ducē ſequi quocunq; ierit. Iohānes in Apocalypſi vidit agnum ſtatem ſuper montem Sion, & cum eo cētum quadraginta- quatuor millia, habētia nomē patris eius ſcriptum in frontibus ſiuis: & cantantia canticum nouum, quod nemo potuit diſcere, niſi illa cētū quadraginta quatuor millia, qui empti ſunt de terra. Hi ſunt, inquit, qui cum mulieribus non ſunt coinquinati: virgines enim ſunt. Hi ſequuntur agnum quocunq; ierit. Hi empti ſunt ex hoibus, primitiæ vero & agno: & in ore eorum non eſt inuentus dolus. Sinē macula enim ſunt ante thronum Dei. Hæc neq; nouerat, neque intellexerat ille ſcriba. Al. oquit abſtinuiſſet ab illo tam temerario verbo.

Apoc. 14.

Cyprian.

Alius aut de diſcipulis eius &c. Hic diſcipulus, quiſquis fuit, videtur infirmitate humana cōmorus, quaſi ſiſſe anſam honeſto aliquo prætextu diſcedendī à Dño, territus mētiōe tāq̄ paupertatis. Sed quia ex infirmitate humana, non animi malitia, loquebat: non permittitur illi à Dño, vt abeat. Verūm ſiue captaret, quōd cum bona gratia diſcederet, ſiue, reſerua- peret hoc pietatis officium priū exhibere pa- renti, poſteā ſequi Dñm: Dñs docet hoc ſuo reſponſo, impedimenta omnia excutienda eſſe, & abijcienda illi, qui vocatur ad hoc, vt fiat Euangelij præco. Sic enim apud Lucā reſpon- det: Sine vt mortui ſepeliant mortuos ſuos: tu

verò

verò vade, & annuncia regnum Dei. Ad hanc legationem, vt nemo ſe debet offerre neq; ingerere quæſtūs aut glorię mundanę gratia, ita quicunq; vocatus à Deo, ſemel fuerit amplexus, huic iam non licet reſpicere ad hæc mundana. Vndē apud Lucam cōtinuū ſequitur de alio quodam, qui ait: Sequar te Dñe: ſed per- mitte mihi priū, vt dicā vale his qui ſunt domi meæ. Ait ad illū Ieſus: Nemo qui manu ſua admota aratro, reſpexerit à tergo, aptus eſt regno dei. Neq; verò hiſce ac huiuſmodi verbis atq; ſententijs repræhenditur illorum pia religio, qui decentem curam ac honorē impē- dunt ſanctorum, ſiue parētum ac propinquo- rum ſuorum, ſiue etiam alienorū corporibus ſepeliendis, quum hic honor plurimis ſacræ ſcripturę locis nobis cōmendetur. De quo D. Auguſt. elegantem conſcripſit librum, cui titulum fecit, De cura pro mortuis. Quin Dñs ipſe honorem hunc adēd non repudiauit, vt Mariam Magdalenam non vulgari prædicarit elogio, q̄ ad ſepeliendum ſe vnguetum ſuper corpus ſuum effuderit, Matth. 26. Verūm quū huiuſmodi plurima ſint in vita humana pietatis officia, tamen alia alios decet. Si per igna- uiam aut contemptum neglexiſſet ſepelire pa- rentem, ingratiſſimum hominem iudicaret Chryſoſtomus. Cūm autem, nē rerum maio- rum ſerīē turbaret, Ieſu obtempans, non abiit, nō mediocri laude dignum exiſtimat. Liber- rimus eſſe debet ordo ſacerdotalis ab omni- bus huius mundi curis: vt luculentiffimē docet D. Cyprianus Epiſtola nona lib. 1. Sed ō ſi quis hæc poſſet perſuadere illis, qui quum ſint ſacerdotes, tñ non tantūm à tutelis & curatio- nibus non abſtinent, quarum ibi mentionem facit Cyprianus: verūm etiā mercaturas, quæ- ſturas, & quicquid eſt prophaniſſimorū nego- ciorum exercent. Vndē non eſt mirum, hor- rendis tempeſtatum procellis iactari nauem Eccleſiæ, quum iſtiuſmodi rerum curis gra- uati, inebriatiq; affectibus carnis, tā profun- dum ſomnium dormiāt illi, qui vices Chriſti in hac nauī gubernanda ſuſceperunt. Nā hoc eſt, quod ea, quæ iam ſequitur, nauigatiōe nobis tanquām ænigmatē quodam depinxit.

Et aſcendente eo in nauiculam, ſecuti ſunt eum diſcipuli &c. Turbis iam dimiſiſ, & vt Chry- ſoſtomus putat, in vltiorem ripam traicere iuſſis, diſcipulos ſecum in nauem aſſumit, vt tempeſtate, quæ ipſo ita diſponente erat exci- tanda, exerceret atq; doceret, quæ nobis omni- bus expectanda ſint atq; ferenda, dum pelagus huius mundi nauigamus: irruentibus in nos ſupernē poteſtatibus illis aërijs dæmonū, infernē verò malis terrenis, maximē verò ty- rannis, falſis fratribus, hæreticis, ethnicis, Iu-

deis, & quicquid eſt impiorum hominum, qui ab illis ipſis vctis, hoc eſt, aërijs illis ſpiritibus excitantur, vt nos affligant. Itā iactari exerce- ritq; oportet eos, qui tendunt ad regnum im- mortalitatis & veram gloriam. Quale quiddā etiam poëtæ, Homerus in Vlyſſe, Vergilius in Aenea, adumbrāſſe videntur. Sed nobis nulla timenda, nulla formidanda tēpeſtas eſt, quan- dō vnā nobiſcum nauigat Chriſtus. Tameſi enim dormire videatur, ſubtrahereq; tātiſpēr auxilium, dum percipiamus, quōd ſit inter hæc nauigantibus conſugiendum, non tamen ſi- nit perire. Sed vbi plurimūm videtur eſſe pe- riculi, præſentemq; viris intentare omnia mor- tem, ibi maximē diuinam ſuam virtutem præ- ſentem declarat. Sed precibus noſtris excitā- dus eſt, idq̄ magna cum fiducia. Exurge, in- quit Dauid Pſal. 43. quare obdormis Domi- ne: exurge, & nē repellas in ſinem. Diſplicue- rit illi diſſidentia. Propterea diſcipulos incre- pat, dicens: Quid timidi eſtis modicæ fidei? Quafi dicat: Vos tot conſpectis miraculis, au- ditaq; doctrina mea, nō oportebat vlla re ter- reri, quaſi vos vſquam deſtituat auxiliū Dei, ſi modò vos non deſecerit fiducia. Quæ certē non debebat deficere, meo iuſſu, adeoque me ipſo comite nauigantes. Paulò plura in hunc locum dictaui: ſed quæ magna ex parte textui ſunt aſcripta.

Et quum veniſſet Ieſus trans fretum, in regionē Geraſenorum &c. Vetus tranſlatio habet, Ge- raſenorum. Sed Græci legunt γερουζαν, id eſt, Gergeſenorum. Hieronym⁹ in locis Hebrai- cis prodidit, ſua etiam nūm ætate viculū exti- tiſſe in mōte ſitū, haud procul à lacu Tiberia- dis, vbi porcos in mare præcipites iſſe memo- rabant. Quanquā apud Marcum hic ipſe lo- cus Gadarenorum vocatur, & eodem nomine apud Lucam. Vndē colligere licet, eidem vr- bi, quæ regioni dedit nomen, diuerſa fuiſſe nomina: & eandem dictam Geraſam, & Gada- ram. Id quod indicat & Diuus Hieronymus in locis Hebraicis, addens Geraſenorum mē- tionem fieri in Euangelio. At idem mox in * Gergeſſa, refert illic porcos præcipites iſſe in mare: vt conſequatur, * Gergeſſam vicu- lum eſſe in regione Gadarenorū, aut eandem eſſe * Gergeſſam & Gadarā. Quam Græci vo- cāt Gergeſam, opinor Hieronymo dici Gar- Hieron, gaſin: quam ait eſſe ciuitatem trās Iordanem, iunctam monti Galaad, quæ ipſius ætate dicta ſit Geraſa, vrbs inſignis Arabię. Hanc, vt re- fert, quidam exiſtimabant eādē eſſe cū Ga- dara. Euthymius etiam in cōmētarijs ita ſcri- bit: Euangelia ſecundūm Marcum & ſecundū Lucam, Gadarenorum ſcribūt. Verūm ſtagno Tiberiadi adiacet ciuitas Gergeſa, & non Ga- m 2 dara.

dara. Quidam autem dicunt binominem esse illam ciuitatem, & hoc & illo vocari nomine. Verum illis Euthymij commentarijs adiectæ sunt annotationes, nescio quo auctore, q̄ admonent, emendatiora exemplaria habere Gergesenorum, non Gerasenorum, neq; Gadarenorum, etiam apud Marcum. Et Gadariâ quidem ciuitatem esse apud Iu'æos, cui præcepit adfuit stagnum, non aut mare. Gerasam autem ciuitatem esse Arabiæ, cui neq; mare neq; stagnum sit propinquum. Gergesa igitur, inquit, vnde dicti Gergeseni, vetus est ciuitas, iuxta eam q̄ nunc Tiberias appellatur, & in decliu loco stagnum habet adiacens, in quod demonstratur, porcos à dæmonibus esse deiectos. Poteris autem interpretari habitaculum egredientium, vt propheticè fortasse ab euentu nomē acceperit, *ⲙⲁⲧⲏⲁ ⲙⲁⲗⲁⲓ ⲙⲁⲗⲁⲓ* Hæc de loco.

Quod ad historiâ miraculi attinet, Marcus & Lucas vnus tantum dæmoniaci meminerunt: quum Matthæus duos fuisse dicat. Vbi Chrysofomus admonet, nō pugnare inter se Euāgelistas: sed q̄ illi vnus dūtaxat meminerint, suspicatur inde factum esse, quod vnus illorū fuerit duriori dæmone vexatus, quàm alter. Ideo de atrociori locutus, de altero tacuisse: qui illi priori tanq̄ subseruierit. Nam à formidabili potentia nomen illi fuit, Legio: quod Marcus & Lucas expressè scribunt. In eadem sententia est D. Augustinus. Nam Theophylactus & Euthymius Chrysofomū sequuntur.

Ambro.

Quod ad mysterium attinet, D. Ambrosius in Lucam putat populum gentilem significari, horribiliter à dæmonibus possessum. Et apparet ethnicos fuisse illius regionis homines, quod tantam haberent porcorum copiâ, quâ Iudei porcina nō vesceretur. Rupertus Abbas eleganter interpretatur de duplici morte, aīe & corporis. Nos ea studiose legēda relinquitur.

De monumentis exeuntis Chrysofomus, & hūc secuti Theophylactus & Euthymius putant, idē in monumentis versari solitos fuisse, vt persuaderent hominibus errorem, qui multorum animos occuparat, q̄ animæ humanæ, ex corporibus egressæ, mutetur in dæmones, & circa monumenta corporum suorū remaneant. Quorum insaniam nō est opus mul-

tis refellere. Nam quod ferantur animæ impiorum, satis est intelligere ex illis, q̄ de anima diuitis illius legimus Luc. 16. Rursus, q̄ bonas mansiones consequatur iustorum, docet nos anima Lazari ibidem. Et Paulus, cum cuperet dissolui & esse cum Christo. Item Stephanus, quum diceret, dñe Iesu, suscipe spiritum meū. Acto. 7. Quæ nunquàm illi dixissent, si non credidissent aīas sanctorum viuere cum Christo. Sed mihi respiciēti ad historiâ feriem, videt quiddam subesse recōditioris mysterij. Nam quæ admodum in leproso & paralytico ostēdit Iudæis & gentibus paratâ esse salutē in Christo Iesu: in focu Petri, per gratiam eiusdem fieri, vt caro nostra ab effectu febri curata, feruiat spiritui: in domo Petri, quanta sit confluentia multitudo hoīm ex toto mūdo ad ecclesiam Christi catholicam: in traiciendo mari, quantis tempestatibus iactanda sit nauis Ecclesiæ, ante mundi huius cōsummationem: ita in his dæmoniacis videtur voluisse delineare seu adūbrare imaginē quandam iudicij, quod futurum est, quum nauis hæc ad littus appulerit. Tunc enim Dñs noster Iesus Christus diuina sua virtute faciet è monumentis prodire, quotquot in illis primis nostris parentibus Adam & Eva, per dolos & imposturas diaboli corruerunt in mortē, & ipso dæmones præ cruciatu vociferari: q̄ iam relictis in totū nobis, quos tam crudeliter possessos, tam formidabiliter affixerant, præcipitandi sint in abyssum æterni incendij. Neq; verò aliud impetrabunt, quàm vt cū impuris illis hoīb, q̄ bus suauis fuit per omnē vitam in cæno peccatorum volutari, q̄ aquis de petra Dñi, ac later: dextro templi promanantibus expurgatos, in innocentia viuere, in lacum æternæ miserię præcipitentur, vbi in fletu ac frigidore dētium suam illam infelicissimâ sortem sine intermissione & sine deplorabunt.

Et viso eo, rogabāt eū, vt transiret à sinibus eorū. Causam, cur hoc rogārint, adijcit Lucas, quia magno, inquit, timore tenebantur. Viderunt potentiam eius, & graue damnum interpretabantur porcorum interitum: sed ignorarunt bonitatem, & quantum esset lucrum, omniū porcorū interitu vel vnum seruare hominē.

CAPVT IX.

ET ascendens Iesus in nauiculam, transfretauit, & venit in ciuitatē suam. Et ecce offerebant ei paralyticum, iacentem in lecto. Videns autem Iesus fidem illorum, dixit paralytico: Confide fili, remittuntur tibi peccata tua. Et ecce quidam de scribis, dixerunt intra se: Hic blasphemat. Et cum vidisset Iesus cogitationes eorum, dixit: Vt quid cogitatis mala in cordibus vestris? Quid est facilius dicere, Dimittuntur tibi peccata tua? an dicere, Surge & ambula? Vt autem sciatis quia filius ho-

minis

minis habet potestatem in terra dimittendi peccata, tunc ait paralytico: Surge, tolle lectum tuum, & vade in domum tuam. Et surrexit, & abiit in domum suam. Videntes autem turbæ, timuerunt, & glorificauerunt Deum, qui dedit potestatem talem hominibus. ¶ Et cum trāsiret inde Iesus, vidit hominem sedentē in telonio, Matthæum nomine. Et ait illi: Sequere me. Et surgens, secutus est eū. Et factum est, discumbente eo in domo, ecce multi publicani & peccatores venientes, discūbebāt cū Iesu & discipulis eius. Et videntes pharisæi, dicebāt discipulis eius: Quare cū publicanis & peccatoribus māducat magister vester? At Iesus audiens, ait: Nō est opus valentibus medico, sed malè habentibus. Eūtes aut, discite, quid est, Misericordiâ volo, & non sacrificiū. Non em̄ veni vocare iustos, sed peccatores. ¶ Tunc acceperunt ad eum discipuli Iohannis, dicentes: Quare nos & pharisæi ieiunamus frequenter, discipuli aut tui nō ieiunāt? Et ait illis Iesus: Nunquid possunt filij sponsi lugere, quandiu cum illis est sponsus? Venient aut dies, cum auferetur ab eis sponsus, & tūc ieiunabunt. Nemo aut immittit commissurâ pāni rudis in vestimentū vetus: tollit enim plenitudinem eius à vestimento, & peior scissura fit. Neq; mittūt vinum nouum in vtres veteres: alioquin rumpuntur vtres, & vinū effunditur, & vtres pereūt. Sed vinum nouū in vtres novos mittunt, & ambo cōseruantur. ¶ Hæc illo loquente ad eos, ecce princeps vnus accessit, & adorabat eum, dicens: Dñe, filia mea modò defuncta est: sed veni, impone manū tuâ super eam, & viuēt. Et surgēs Iesus, sequebatur eū, & discipuli eius. Et ecce mulier quæ sanguinis fluxū patiebat̄ duodecim annis, accessit retrò, & tetigit fimbriâ vestimenti eius. Dicebat em̄ intra se: Si tetigero tantum vestimentū eius, salua ero. At Iesus cōuersus & vidēs eā, dixit: Cōfide filia, fides tua te saluā fecit. Et salua facta est mulier ex illa hora. Et cum venisset Iesus in domū principis, & vidisset tibicines & turbā tumultuantē, dicebat: Recedite: non est enim mortua puella, sed dormit. Et deridebāt eum. Et cum eiecta esset turba, intrauit, & tenuit manū eius, & dixit: Puella, surge. et surrexit puella, & exijt fama hæc in vniuersam terrā illam. ¶ Et trāsente inde Iesu, secuti sunt eum duo cæci, clamantes & dicentes: miserere nostri fili David. Cum autem venisset domū, acceperunt ad eum cæci. Et dicit eis Iesus: Creditis quia hoc possum facere vobis? Dicunt ei: Vtiquē Domine. Tunc tetigit oculos eorum, dicens: Secundum fidem vestram fiat vobis. Et aperti sunt oculi eorum. Et comminatus est illis Iesus, dicens: Videte nē quis sciat. Illi autem exeuntes, diffamauerunt eum in tota terra illa. ¶ Egressis autem illis, ecce obtulerunt ei hominē mutum, dæmonium habentem. Et eiecto dæmonio, locutus est mutus, & miratæ sunt turbæ, dicentes: Nunquàm apparuit sic in Israel. Pharisæi aut dicebant: In principe dæmoniorum eijcit dæmones. ¶ Et circumibat Iesus omnes ciuitates & castella, docens in synagogis eorum, & prædicans euangeliū regni, & curans omnem languorem & omnē infirmitatē. Vidēs aut turbas, mi-

fertus est eis, quia erat vexati & iacentes, sicut oves non habentes pastorem. Tunc dicit discipulis suis: Messis quidem multa, operarii autem pauci. Rogate ergo Dominum messis, ut mittat operarios in messem suam.

IN CAPVT IX.

ET ascendens Iesus in nauiculam, transiit, et venit in ciuitatem suam. Suam ciuitatem Capharnaum dicit, quod manifestum est ex Marco. Hic enim plurimum versatus est, etiam in Bethlehém natus & in Nazareth educatus sit. Unde Chrysofostomus ait, Bethlehem ipsum tulit, Nazareth educavit: sed Capernaum perpetuum ipsius erat habitaculum. Id quod intelligendum est ab eo tempore, quo captus fuit Iohannes. Nam hoc audito, relicta Nazareth, fecerit in Galilaeam, & habitauit in Capernaum, ut audiuius Mat. 4. Quod autem D. Hieronymus hic per suam ciuitatem intelligit Nazareth, aliud festinat, lapsus videtur, vir alioquin in huiusmodi oculatissimus.

Mar. 1.
Luc. 5.

Et ecce offerrebat ei paralyticum &c. [ἰσχυροί φέρουσιν, obtulerunt. Marcus & Lucas aiunt, quod confesso tecto, per tegulas eum ante pedes Iesu demiserint, quod praeter turba non possent intrare in domum. Memorabile plane, ac salutare spectaculum: in quo nobis quasi in speculo proponitur contemplanda paralyticus animae nostrae, lecto voluptatum carnalium incubantis, dum dissolutis neruis virtutum, nusquam officium suum facere potest, neque erigere sese, ut adeat ipsa medicum. Sed salua fuerit atque beata, si ferretur quatuor fidelium baiulorum, hoc est, sermone Euangelij, sublata fuerit è turba curarum affectuumque carnalium, in tectum illius domus, in cuius penetralibus diuersorium sibi elegit Christus: indeque remotis tegulis, quibus exclusum erat lumen caelestis doctrinae, apertisque; aurium fenestris tandem in se descendit, hoc est, iuxta verbum prophetarum, redierit ad cor. Hic enim Dominus Iesus respiciens fidem, non tantum eius qui sic gestatur, verum etiam illorum quorum humeris gestatur, eriget paralyticum, adeoque firmum sibi restituet, ut iam ipse lectum suum ferat quocunque voluerit.

Esa. 46.

DE VOCATIONE MATTHAEI.

ET cum transiret inde Iesus, vidit hominem &c. Vidit, quem ab aeterno praesciuerat ac praedestinarat, ut faceret apostolum, hoc est, legatum suum, & Euangelij praedicationem. Vidit desiderantem ad telonium. Hoc est, locum, in quo telones (hoc est, publicanus) sedens, a praetercuntibus exigit vectigal. Erat autem hoc genus hominum olim apud omnes etiam nationes infame, propter auaritiam & iniquitatem, quam in exigendo vectigali plerumque exercent.

Mar. 2.
Luc. 5.

Matthaeum nomine. [Marcus & Lucas Leui no-

minatū scribunt, nimirum tribus suę nomine, vulgato eius nomine ob reuerentiā condiscipuli suppresso, ut plerisque videtur. Ipse verò de se palam loquitur, quis sit, & qualis fuerit confitetur, suo nos docens exemplo, nē vel pharisaico supercilio, vel vanitate Thrasonica, vel histrionica hypocrisis aliud simulemus, quā sumus: sed ingenuo candore vilitatem nostram ac vitā impuritatem confiteamur, ad illustrandam gloriam eius, qui quum esset in forma Dei, splendor ac decus gloriae patris caelestis, huc sese demisit, ut non tantum confuerudinem ac familiaritatem cum tam fordidis abiectionibus; hominibus coniungeret, verum etiam expurgatos irā nobilitaret eueheretque, ut & fratres suos, & aeterni sui regni confortes efficeret. Quid porro ingratus cogitari potest illis hominibus, qui suae nobilitatis, suae iustitiae, suae sanctitatis mendacissimis fumis, tanti beneficii gloriam obscurare non verentur? Quam illi absunt longissimè à vera iustitia? Iustus enim, inquit sapiens, accusator est sui in principio sermonis sui. Deinde eodem illo suo exemplo nos omnes in viam spem erigit, nē de salute nostra desperemus, quantumvis obruti sumus peccatis: sed potius alacriter sequamur vocantem nos ad sequendum se Dominum. Vocat ille quidem nos assidue, idque plurimis modis: verum nos magna ex parte videmur ad omnes eius clamores obsiduisse, dum nimis affixi haeremus illis, quae sunt huius mundi & carnis. Matthaeus audita voce Domini, Sequere me, illic surgens, securus est eum. Quidam hoc loco quaerunt, sit ne Matthaeus hac vocatione statim factus Apostolus. Respondent, principid quidem secutum esse ut discipulum, factumque Domino familiarem. Unde & splendido illum excepit conuiuio. Postea verò relicto iam omnibus, factum esse Apostolum.

Phil. 2.
Heb. 1.

Prou. 1.

Prou. 1.

Quare cum publicanus & peccatoribus &c. [Videntur isti non sine ratione quaestionem hanc proposuisse, quum scripturae diuinae multis locis nobis praecipiant malorum consortia fugere. Sed non eadem praecipiantur discipulis, atque magistris. qui sunt ipsi imperiti atque infirmi, audiant Sapientis praecipitū: Fili mi, si te laetauerint peccatores, nē ac-quietas eis. Quod si adeo etiā sis firmus, ut iā nihil tibi sit ab illis periculi, sed videas praefra-ctos, ac tales, ut putent te tua conuersatione suam malitiam comprobare, iam audi pra-

ceptum

DE DISCIPVLIS IOHANNIS
adeuntibus Iesum.

Cepitū Apostoli 1. Cor. 5. Si is qui frater nominatur inter vos, est fornicator, aut auarus, aut idolis seruus, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax, cum eiusmodi nec cibum sumere. Verum ubi tu doctrina atque virtute confirmatus, videris hominem peccatis subiectum, aut falsa doctrina seductum: ac misericordia pietateque; morus, illi te adiunxeris, nequaquam ut illius similis euadas, sed ut miserum illum ex infelici captiuitate ereptum, Christo sibi; restituas, iam verè discipulus es Christi. Nā hoc animo se ad publicanorum accessisse conuiuium indicauit, quum pharisaeorum calumniae respondes, ait: Non est opus valentibus medico, &c.

Quo verbo ipsos etiam phariseos tanquam per ironiam notasse videtur, quod quum essent iniustissimi, tamen sibi tanquam iustis blandientes, ceteros homines fastidiret. Quia verò calumnia illorum quaestio niti videbatur scripturis, sed malè intellectis, Dñs factum suum luculenta scripturae autoritate defendit, illos interim qui scientia scripturarum profitebantur, aperte suę admonens inficitia: Eunt autem discite, inquit, quid sit illud, Misericordia volo, & non sacrificium. Quid vos iusti vobis videmini, si victimas offeratis in lege praescriptas, non intelligetes interm, quid sibi voluerit deus per praecipitum illarum victimarum. Oportuit autem ex collatione scripturarum discernere, quibus victimis ille maximè delectetur: Gratissimè illi sunt, suauissimèque; victimae, quae condite sunt sale sapientiae, & igne charitatis percoctae. Alioquin quod mihi multitudinè victimarum vestrarum, dicit Dñs? Plenus sum. holocausta interm, & adipem pinguiū, & sanguinè vitulorum & agnorum & hircorum nolui. &c. Vide Esa. ca. 1. Magni sacrificij vim habet apud Deum beneficentia in proximum.

Nūc em veni vocare iustos, &c. [Hoc per ironiam Dñm dixisse putat Chrysofostomus, occultè taxantē phariseos & scribas, qui sibi tanquam iustis blandiebantur, quum omnes peccauerimus & egeamus gratia Dei, Rom. 3. Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum, Psal. 13. Nemo itaque sibi more pharisaeorum blandiatur tanquam iusto: nemo Cain & Iudam imitatus desperet, quod sit peccator: nemo factuarum illarum virginum exemplo segniter agat, quod per baptismum sit a peccatis liberatus. Venit enim Christus vocare, non iustos, quos nusquam inuenit, sed peccatores: neque verò hos ad ocium & securitatem, sed ad poenitentiam. Non enim ut in peccato permaneremus, aduenit, inquit Chrysofostomus: sed ut commutati, meliora eligeremus.

Tunc accesserunt ad eum discipuli Iohannis, &c. [Marcus his adiungit pharisaeorum discipulos. et discipuli, inquit Iohannis ac pharisaeorum ieiunabant, veniuntque; & dicit illi: Quare discipuli Iohannis &c. Adierunt autem illum, liuore quodam humano commoti, quod Iesus Iohannis famam videretur obscurare. Praeterea instigati subornati; a pharisaeis, id quod apparet ex Luca, qui quaestionem hanc ab ipsis pharisaeis propositam fuisse scribit, non utique per semetipsos, ut liquet ex Matthaeo & Marco: sed per suos & Iohannis discipulos, qui ipsi vererentur illi hoc proponere: quod sentiret se iam tam manifestis tum scripturis tum rationibus conuictos turpiter obmutuisse.

Nunquid possunt filij sponsi &c. [Nō ea qua digni erant responsione illos excipit, ut exprobrat illis factum suum & animi malitiam: sed placidissimis verbis rationem suae institutiois & indulgentiae in discipulos, reddit, idque tribus parabolis. Quarum prima à sponso sumpta, indicat se esse ipsosum illum, de quo dixerat Iohannes Baptista, Iohan. 3. Qui habet sponsum, sponsus est: amicus autem sponsi, qui stat & audit eum, gaudio gaudet propter vocem sponsi. Quid. Ego veni, ut Ecclesiam fidelium per fidem mihi respondeam & coniungam: & hoc tempus est nuptiarum. Non ergo tempus est luctus, sed gaudij. Itaque; nō possunt ieiunare familiares ac propinqui sponsi. Nam ieiunare, afflictionis est: & his conuenit, qui imperfecto modo adhuc affecti sunt. Hos verò gaudere oportet, quā diū cum eis sum, quā diū mecū versantur, & vocem meā audiunt. Euthymius. Porro quod hic legimus, filij sponsi, Graece est, υιοί τῆς νυμφῆς: quod magis significat filios thalami nuptialis: id quod plus est, quā sponsi, hoc est, filij sponsi, domestici ac proximi. νυμφῆρα autem vocat Ecclesiam: quam opponit synagoga, quae seruorum est, nō filiorum.

Venit autem dies, cum auferetur ab eis sponsus, &c. [His verbis significauit se occidendum esse: illos autem postmodum frequenter ieiunatuos, ac multa mala passuros. Euthymius. Atque; haec demum sunt ieiunia quae Deo placent, quibus nos propter peccata nostra, tum ea quae patrauimus ipsi, tum quod ab Adā traximus omnes, affligimus: & quibus lugemus absentiam ipsi huius: qui praesens illis patribus promissus quidem erat, sed nondum venerat. Nobis autem venit, sed iterum recessit. Vide Abbatem Rupertum.

Nemo autem immittit commissuram panni rudis &c. [ἡ κλωστή τοῦ ἰσίδιου: quod ad verbū sonat, immittit immixturam: siue, ut alibi vertit vetus inter-

Mar. 2.
inter-

interpres, assuit assumentum. Est autē hęc secunda parabola, qua ostēdere vult, quōd tanquā adhuc imbecilles discipulos nō oneret pondere ieiunij, inquit Euthymius. Sed multo doctiūs & explicatiūs Rupertus Abbas, cuius verba hęc ascribere videtur opere precium. Planē ieiunabunt, inquit, in illis proximē vēruris diebus, quum ablati fuerit ab eis sponfus, cū passus, mortuus & sepultus resurrexerit, & in cęlum ascenderit, iam non vltra cum eis in mundo hoc corporaliter conuersatus. Nunquid verō vt vos ieiunatis, ita ieiunabunt & isti? Non vti quē. Nam hoc tale esset, ac si quis immittat commissuram panni rudis in vestimentum vetus. Deniquē ieiunia vestra, ieiunia sunt veteris hominis: homines autem isti, cū sint filij nuptiarum cęlestiū, sunt homines noui. Si ergō ieiunarent propter causas eiusmodi, propter quas & vos ieiunatis, scilicet quia Moses tabulas priores, scriptas digito Dei, proiecit de manu, & confregit eas ad radices montis: vel quia reuersis exploratoribus, quos miserat Moses explorare terram, & detrahentibus terrā, quum omnis multitudo verteretur in seditionem, iratus Deus iurauit quōd non intraret in terram illam, donec cōsumeres generatio illa quadraginta annis, iuxta numerum dierū quadraginta, quibus cōsiderauerāt terram: vel quia Nabuchodonosor rex Babylonis, siue Naburzardan princeps exercitūs eius, capta ciuitate, succendit domum Dñi, & transtulit populum in Babylonem: vel quia deinde venit Ismael filius Nathanię, & percussit Godoliam, quem p̄fecerat rex Babylonis terrę, & Iudeos qui erant cum eo: cōfurgens autē omnis populus reliquiarū, timēs Chaldeos, fugit in Aegyptū: Si, inquam ieiunarent propter causas eiusmodi, hoc esset nouos hoīes flere nenias veteris hominis, quod omninō nō congruit his, quibus datū est nō se mysterium regni Dei. Nā sicut commissura panni rudis, vbi immisā fuerit in vestimentum vetus, tollit plenitudinē eius, & peior scissura fit: (i. integritas panni rudis, quum sit fortis & dura, tollit ac detrahīt à veste, q̄ detrita erat, quantumcūq; acceperit, & maior ruptura fit. Euthymius) ita quilibet homo particeps fact̄ sanctę huius nouitatis, si eiusmodi pharisaicis traditionibus sese inseruerit, deterior quouis vetere homine fit, ita vt neq; vet̄, neq; nouus sit, & neutrum habeat, quum vtrūq; in se vno permiscere voluerit. Hęc Abbas. Summa itaq; hęc est, quōd nolit suis ieiuniū quod ieiunabūt, committere, priusquā planē sint innoati, nouēq; rationi ieiunādi facti idonei. Scimus omnes quid Galatis acciderit, quū Euangelio legis p̄cepta miserēt, quomodo ab vtrif

Exod. 31.

Num. 14.

4. Reg. vi.

2. Par. vi.

Ibidem.

Jerem. 41.

que exciderint: quorū & D. Hieronymus in commētarijs in hunc locum, mentionē facit.

Neque mittunt vinum nouum in vres veteres. Hęc est tertia parabola, qua tanq̄ enigmate innuit, quare tēctiūs per parabolas ad propositam quæstionē respōdeat, nepe propter phariseos, quibus si dixisset expresse: ieiunandum erat vsq; ad me: & cū recessero, ieiunandum erit post me, rupti fuissent inuidia, tanquā vtres veteres, multī huius mysterij non capaces. Quin ipsi quoquē discipuli, quāquā in nouationis iam essent ceu candidati, nondū tamen sic erant innoati, vt satis validi essent ad continendū vim huius multī. Vndē Ioh. 16. eos his verbis alloquitur: Adhuc multa habeo vobis dicere: sed non potestis portare modō. Quandō ergō, sunt innoati? Vsa passione, morte, ac resurrectione eius, & accepto spiritu sancto: tunc repleti sunt multo, vt intelligent omnia scripturarū mysteria: Tunc sponfi amore, ac cęlestium nuptiarū vino adeō sunt inebriati, vt non tātū in ediam, verū etiam quicquid laborum & afflictionū accidere potuit, inuictissimis animis perferrent.

Hęc ille loquente ad eos, ecce princeps &c. Hic princeps erat synagoga Iudaicę, nomine Iairus, vt Marcus & Lucas expresse scribunt. Reliquerat autem filiam iam iam moriturā: Vndē Marcus eum dixisse cōmemorat, Filia mea in extremis est: Lucas verō, quōd iā moreretur. Credibile autē est, eum principē dixisse, quōd in extremis esset, seu ageret animā: ac mox tanquā corrigens quod dixerat, ad amplificandam rei necessitatē, imō iam mortua est. Itaq; nihil dissidiū est inter Euangelistas, etiam si diuersa dicant.

Sed veni, impone manum tuam super illam, &c. Fidem quidē se habere declarat Iairus hic, non tamen tantam quantā centurio, de quo supra dictum est. Ille em̄ ait, Dic tantū verbum, & sanabitur puer meus. Attamē nō est eū aspernatus Iesus: sed surgēs, secutus est vnā cum discipulis. Procciderat enim ad pedes Iesu, vt ait Marcus, & deprecatus erat eum multū. Idē ait, q̄ p̄ter discipulos etiā turba multa secuta sit eum, & compresserint eum. Sed nullius negocij est, collatis Euangelistis, enarrare historiam. Neq; vulgarem hinc voluptatē senserit pius lector siue auditor. Multō tamen & ampliorē & salubriorē, qui aperto Sileno, viderit quid intūs cōtineat mysterij. Aperuerunt nobis illū eximij doctrina ac sanctitate viri, Ambrosius, Beda, & Rupertus Abbas. Archisynagogus, vt Bedę videtur, mosen nobis representat. Filia verō eius, synagoga Iudaicam, cuius Moses quodammodō pater fuit. Mulier autē sanguinis profluuii laborans, ecclesiā ex gentibus

tibus collectam. Porro ab eo tēpore, quo nata est synagoga, hoc est, populus Iudaic⁹ electus est à Deo, gētes laborarunt profluuii sanguinis, hoc est, omni genere fœdissimi libidinis & idololatrię sunt contaminati. Vndē Lucas dixerit exprimit puellę huius ætatē, nepe quōd fuerit ferē annorū duodecim: quot annos mulierem hanc sanguinis profluuii laborasse, cōuenit inter omnes illos tres Euangelistas. Cæterū quum iam tempus adesset, vt decē homines ex omnibus linguis gentium, apprehēderent fimbriam viri Iudæi, iuxta Zacharię vaticinium cap. 8. hoc est, plenitudo gētium intraret, apprehensaq; doctrina Apostolorū, diceret: Ibimus vobiscum: Audiuimus em̄, quoniam deus vobiscum est, tunc mortua est Iairi filia, i. synagoga per incredulitatem & inuidiā amisit Deum. Cæterū ingressa iam gentium multitudine, per mulierē sanatā p̄figurata, tum demū Deus exaudiēs preces Iairi, ingreditur & ad synagogā, & apprehēsa manu eius eriget eam, vt reliquię gentis Iudaicę saluā fiat, iuxta verbum Esaię, citatum à Paulo Ro. 9. Sed iam reuertamur ad textum.

Et ecce mulier &c. accessit retrō &c. A tergo accessit, q̄ non auderet p̄ fœditate morbi palām appellare Iesum, p̄sertim in tanta turba tot p̄sentibus testibus. Quāq; & hic aptē respondet imago ipsi rei. Gentes em̄ fidē receperunt, Christo iam passo, & in cælum reuerso. Tunc apprehensa fimbria vestimenti, i. Apostolorum doctrina, liberati sunt à morbo fœdissimo, quem nulli medici, hoc est, nulli neq; philosophi neq; sacerdotes idolorum, in quos, iuxta Marcum, omnia sua insumpserāt, potuerant curare.

At Iesus conuersus &c. Marcus & Lucas scribunt Dominum prius quæsisse, quis se tetigerit, nimirū vt confessionem beneficij eliceret, & fidē p̄clarum exēplum in lucem produceret: nequāq; vt vel afflictam mulierē traderet, vel sibi gloriā humanā, hoc est, vanissimam, cōpararet, sed vt omnes doceret, quantum possit firma in Deū fiducia: p̄terea fidē archisynagogi, alioqui vacillantē, cōfirmaret, simulq; pharisis suam exprobraret incredulitatē. Eusebius lib. 7. historię ecclesiasticę ca. 14. tradit mulierem hanc ciuē fuisse Cæsarię Philippi, domūq; eius in ea sua (i. Eusebij) adhuc gr̄ate solitā fuisse ostēdi, cū duplici proforibus statua, vnus mulieris, altera Domini Iesu. Ex basi verō, cui insitebant, ad pedes eius statua quæ erat Iesu, herbam quandam noua specie nasci. Quæ quum excreuerit eousquē, vt fimbriam epei illius indumētū contingeret, vires habere ad omnes morbos depellendum. Nihil autem habere virium, si antequā fimbriam contigerit, fuerit decerpta. Meminit & Theophylactus in hunc locum.

Et cum venisset Iesus in domum &c. Hic Marcus & Lucas interponunt nuncium de morte puella.

Et vidisset tibicines, & turbam tumultuantē. Eos ex more gentis habebant, vt nenias ad funera canerēt. Vsq; hodiē, inquit Hiero. puella iacet in domo principis mortua: & qui videntur magistri, tibicines sunt, carmē lugubre canentes. Turba quoquē Iudæorum, nō est turba credentium, sed turba tumultuantium.

Recedite: non est enim mortua &c. Sentiebat alijs quidem mortuam esse, qui non potuerūt excitare: sibi verō dormire, cui facilius sit excitare mortuā, quā alijs dormientē. Et re vera mors corporum nostrorum somnus quidā est, quum excitanda sint & in vitam reuocāda in nouissimo die. Vndē & Lazarum dormire dixit, Ioh. 11. & loca vbi mortuos sepelimus, κοιμητήρια (i. dormitoria) dicūtur, vt nos admooneant & consolentur indubitata spe resurrectionis futurę. Porro quōd turbam illam eiecit, tanquā indignam, quæ videret quod erat facturus Iesus, significauit, quid esset euenturum incredulis Iudæis, neq; Iudæis tātū, sed omnibus qui per incredulitatem ludibrio habent Christum: nimirū, vt eiecti nihil intelligant, nihil sciant eorum quæ Deus operatur in conspectu amicorum suorum.

Intrauit &c. Lucas ait, quōd nō permiserit quenquā secum intrare, p̄ter Petrū & Iacobum & Iohannē, & patrem ac matrem puellę. Illos tres Apostolos etiam in montē secum duxit, vbi erat trāsfigurandus, Mat. 17. Et in hortum, descensurus in mortis agonem, Mat. 26. In hortum, vt essent testes infirmitatis humanę, pro nobis assumptę: in montē, vt maiestatis diuinę: in domum Iairi, vt futurę resurrectionis. Tantarum rerum mysteria principē paucis hęc communicauit, non sinē arcano diuinę suę sapientię consilio. Puella hęc recēns adhuc fuit mortua, nondū elata forās. Quare turba eiecta, secretō eam, parentibus duntaxat ac tribus apostolis spectātibus, excitat. Viduę verō filium, iam forās elatū, in publico, spectantibus omnibus, Luc. 7. Porro Lazarum iam quatruiduanum, & fœtentem in sepulcro, non tantū publicē, intente hominum turba, verū etiam spiritu fremēs, & fuis lachrymis, & magna voce clamans, Ioh. 11. Quibus factis tanq̄ imaginibus quibusdā nos docet, quanto facilius sit, hominē per infirmitatē humanā recēns adhuc in peccatum lapsū, p̄sertim intūs adhuc inter domesticos latente peccato, erigere, q̄ vel elatum iam, hoc est, eousquē progressum, vt factus sit fabula

vulgis:

vulgi: vel inueteratū ac foetidū. Et charitatis est, ea quę secreta adhuc sunt, secretō corrigere. Vndē puellę huius malum veluti attenuas, dormire eam turbę dixit, non mortuam esse. Eodē pertinent, quę ca. 18. huius Euangelistę docet, de arguendo fratre, in nos peccate. Quia verō nemo lapsus resurgere potest, nisi Domino Iesu manum porrigente: neq; boni quicquam operari, nisi illo manus nostras regente: subijcit hęc Euangelista, qđ introgressus Dñs, manum puellę tenuerit. Quo verbo cōmotus D. Ambrosius, exclamat: Beatus ille, cui manum sapiētia tenet. Vtinām meos quōquē teneat actus, &c.

DE DVOBV3 CAECIS.

Quis non cum summa animi delectatiōe admiretur consequentiam mirabilium operum Dei? Audiuius per mulierem à fluxu sanguinis liberatam, salutē populi gentilis nobis prefigurari: per filiā Archisynagogi resuscitatam, fore vt reliquię populi Iudaiici conuertantur ad Christum, & reuiuiscant. Hoc vbi factum fuerit, vterq; populus vna voce clamabit ad Dñm, petens ab illo illuminari lumine sapientię diuine: nec patietur repulsam, quōd magna cum fiducia, magnaq; perseverantia clamet. Sequentur em̄ Dñm toto itinere, vsq; ad ipsius domum. In quā cum fuerimus iam ingressi, tunc verē ac perfectē aperientur oculi nostri, vt quę nunc in enigmate tanquā per speculum videmus, tunc videamus facie ad faciem. Oculi nostri carnales nequaquam sunt capaces cęlestis illius luminis. Quare cęci sumus, nisi qđ suo quodam modo videre dicimur ea, quę per fidem, quę ex auditu est, credimus. Hęc de mysterio præfati, videamus textus literam.

Miserere nostri fili David. Filii Davidis appellabant, inquit Chrysof. quoniā id nomē magni erat honoris: vndē prophetę quōquē sapius reges quos honorare, & magnos ostēdere volebant, sic appellabāt. Quidā putant, qđ hoc nomine significauerint illū esse Messia, quem audierāt ex posteritate dauidis esse nasciturū.

Credis quia hoc possum facere vobis? Fidē ab illis stipulatur: quōd nemo sine hac sit idoneus ad percipiēdum Dei beneficia, præsertim vt ab animi cęcitate liberetur. Nisi enim credideritis, inquit, non intelligetis.

Esa. 7. iur.
Esa. 1. xx.

Videte nē quis sciat. Hac imagine nos admonet, gloriam, etiam si suapte sponte comitatur rectē facta, à nobis tamen fugiendam potiūs esse, quā assecūdam. Atq; hoc ex sua persona nos admonet dñs: ex cęcorum verō persona, quos iubet celare beneficium, monet, nē quis dotes suas iactet, & inanis glorię causā ostentet. A quo malo nulli alij dono plus est

periculi, quā illuminationis. Vndē Paulo Apostolo datus est stimulus carnis, nē magnitudine reuelationū extolleretur. Pleriq; adeō sunt stolidi, vt frustra se habere scientiam putent, si nō hoc vulgus sciat ac laudet, quos etiā Persius reprehendit his verbis: Vsq; adeō ne Scire tuū nihil est, nisi te scire hoc sciat alter?

Illi autem exentes &c. Hoc fecerūt, nō contumacia, quasi rebelles præcepto Dñi: sed vt huius benignitati se debere hoc beneficium, quod celari non potuit, per animi gratitudinem confiterentur.

DE HOMINE MUTO ET dæmoniaco.

Vndecimus mutus linguā recipit ad loquendum, inquit Hieronymus. Quōd autē gręcē dicitur κωφός, magis tritū est sermone communi, vt surdus magis qđ mutus intelligatur. Sed moris est scripturarum, κωφός indifferenter vel mutū vel surdum dicere. Spiritu aliter autē, sicut cęci lumen recipiūt, sic & muti ad loquendum lingua laxatur, vt cōstitatur illum, quem antea denegabat. Hęc Hieronymus. Similia apud Gręcos Euthymius. Nō erat natura mutus, inquit, sed dæmon linguā eius ligauerat, & ante hęc, animā: adeoq; ab alijs adducitur. Nec fidē exigit, si quidem nec fari, nec intelligere poterat. quod agnosceret saluator, protinus dēmonē eiecit, ipso etiam ignorante. Quomōdō; vinculis absolutus esset, intellexit & locutus est homo. Similia Chryso. & Theoph. Qui tamen adduxerunt eum, fidem habuisse nō est dubiū. Atq; horū fides misero illi profuit. Sic & paruulis illis qui baptizātur, quo propriam fidē nondū possint habere, aliena opus est, vt per gratiā dei, consequantur iustitiam, quum sine forde non nascantur aliena, inquit D. Bernardus epistola 77. ad Hugonē.

Namquā sic apparuit in Israel. Hoc verbo prætulērūt Dñm omnibus, nō solum præsentibus tunc, verūm etiā omnibus quotquot vnq; fuerāt patriarchis & pphetis. Hoc quia p summa inuidia indignissimē ferebāt pharisęi, nec tamen potuerūt negare opera, quę & maiora & plura, & faciliūs operabatur dñs, qđ vllus vnq; fuerat operatus, cōuertuntur ad impiā calūniā, dicentes per magicas artes virtute dæmonum illum ea operari. De qua calūnia dabitur locus dicendi copiosius paulō pōst, cap. 12.

Et circūibat Iesus omnes ciuitates &c. Egregiū exemplū se proposuit dñs Iesus, quo docuit, qđ non oporteat pastorē gregis Dñici vel fatigari laboribus, vel impiorū hominū calūnijs deterreri, quō minūs pergat benefacere populo. Qui fidelis est pastor, nō respicit ad gratiā hominū, sed ad profectū gregis, quō hunc Dño suo benē curatū & auctū tradat. Opportunissimum

sumum erat, apostolos in hoc exemplū intueri, quos iā iam erat emissurus, ac tanquā pro-gymnastibus quibusdam preparaturus ad arduam illam legationē, quam illis erat iniuncturus antequā rediret ad patrem.

Messis quidem multa, operari autē pauci. Messis vocat eos qui credituri erāt, tanqđ paratos vt ad fidē colligātur: quia iam eis disseminata erat fama miraculorum eius. Exiuit em̄ fama eius, inquit, in vniuersam Syriā. Operarios autē & messores dicit discipulos suos, quos mittere volebat ad taliū collectionē. Quin ipsi prophetę iam olim semina huius segetis iecerant, quę adueniente Christo tāquā sole, exorta est, atq; huius viuifico calore ac luce fota adoleuit maturuitq;. Vndē Ioh. 4. ait, Alij laborauerūt, & vos in laborē eorū introistis. Euthy.

Regate ergō Dñm messis &c. Quicumq; fidelis est agricola, siue œconomus Dñi, assidue hoc rogat dñm, nimirū nolens perire quicquam de illa tā nobili segete, sed omnia collecta & cōseruata in horrea cōuehi. Quāto ille cū dolore, quanto cū gemitu, quātis cum suspirijs videt ignauitā illorum, qui magnā etiā conducti mercede, tñ ocio, negligētia, deniquē perfidia, finūt perire segetē? Fidelis œconomus Moses, quum videret se solum imparē esse tāte messi, importunis etiā quodāmodō precib; adortus est Dñm messis, dicens: Cur afflixisti seruū tuum? Quare nō inuenio gratiā coram te? Et cur imposuisti pōdus vniuersi populi huius super me? &c. Neq; verō irrita fuit eius precatio. Exauditū em̄ sic alloquitur Dñs: Congrega mihi 1. xx. viros de senib; Israel, quos tu nōsti qđ senes populi sint ac magistri, & duces eos ad ostium tabernaculi fœderis, faciesq; ibi stare tecū, vt descendā & loquar tibi, & auferā de spiritu tuo, tradāq; eis, vt sustētent tecū onus populi, & non tu solus graueris. Quā dissimile huius est votum illorū, qui auaritia ac dñandi cupiditate cōgerunt prelaturas ecclesiasticas, quibus tamen ministrādis neq; idonei sunt ipsi, neq; operam impēdunt, neq; alios ad administrationes admittunt?

Est & aliud genus hominū, quod quē & dotes habeat operādi in messe dñi, neq; detrectet laborē, tñ superatū affectibus humanis, maxi-

CAPVT X.

ET cōuocatis duodecim discipulis suis, dedit illis potestātē spirituū immundorū, vt eijcerent eos, & curarēt omnem languorē & omnē infirmitatē. Duodecim autē Apostolorū nomina sunt hæc: Primus, Simō qui dicitur Petrus, & Andreas frater eius, Philippus & Bartholomęus, Iacobus Zebedæi, et Iohānes frater eius, Thomas et Mattheus publicanus, et Iacobus Alphęi, et Thaddæus, Simō Cananęus, et Iudas Schariotis, qui et tradidit eū. Hos duodecim misit Iesus, præcipiens eis et dicens: In

viam gētium nē abieritis, & in ciuitates Samaritanorū nē intraueritis: sed potius ite ad oues, quæ periērunt, domūs Israel. Euntes autē prædicate, dicentes: Quia appropinquabit regnū cælorum. Infirmos curate, mortuos fuscitate, leprofos mundate, dēmones eiicite: Gratis accepistis, gratis date. Nolite possidere aurum, neq; argentū, neq; pecuniam in zonis vestris, nō peram in via, neq; duas tunicas, neq; calceamēta, neq; virgā: dignus est em̄ operarius cibo suo. In quācunq; autem ciuitatem aut castellum intraueritis, interrogate quis in ea dignus sit, & ibi manete donec exeatis. Intran-tes autē in domum, salutate eā, dicētes: Pax huic domui. Et si quidem fue-rit domus illa digna, veniet pax vestra super eā: si autē non fuerit digna, pax vestra reuertetur ad vos. Et quicumq; non receperit vos, neq; audierit ser- mones vestros, exeuntes forās de domo vel ciuitate, excutite puluerē de pedibus vestris. Amē dico vobis, tolerabilius erit terræ Sodomorum & Gomorrhæorum in die iudicij, quā illi ciuitati. Ecce ego mitto vos sic-ut oues in medio luporum. Estote ergō prudentes sicut serpentes, & sim- plices sicut columbæ. Cauete autem ab hominibus. Tradent enim vos in concilijs, & in synagogis suis flagellabunt vos, & ad præfides & reges du- cemini propter me, in testimonium illis & gentibus. Cum autē tradēt vos, nolite cogitare quomodō aut quid loquamini. Dabitur em̄ vobis in illa hora quid loquamini. Non em̄ estis vos qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Tradet autē frater fratrem in mortē, & pater filiū: & insurgēt filij in parentes, & morte eos afficient. Et eritis odio omni- bus hominibus propter nomē meū. Qui autē perseuerauerit vsq; in finē, hic saluus erit. Cum autem persequantur vos in ciuitate ista, fugite in aliā. Amē dico vobis, nō cōsummabitis ciuitates Israel, donec veniat fili⁹ ho- minis. Nō est discipul⁹ super magistrū, nec seruus super dñm suū. Sufficit discipulo, vt sit sicut magister eius: & seruo, sicut dominus eius. Si patrem familiās Beelzebub vocauerunt, quanto magis domesticos eius? Nē ergō timueritis eos: Nihil enim opertum est, quod nō reueletur: & occultum, quod non sciatur. Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine: & quod in aure auditis, prædicate super tecta. Et nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere: sed potius timete eum, qui potest & animam & corpus perdere in gehennam. Nonnē duo passerēs affe vaneunt, & vnus ex illis non cadet super terram sinē patre vestro? Vestri autem & capilli capitis omnes numerati sunt. Nolite ergō time- re: multis passeribus meliores estis vos. Omnis ergō qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eū coram patre meo, qui in cælis est: qui autē negauerit me coram hominibus, negabo & ego eum coram patre meo, qui in cælis est. Nolite arbitrari, quia venerim pacem mittere in ter- ram: non veni pacem mittere, sed gladium. Veni enim separare hominem aduersus patrē suum, & filiā aduersus matrē suā, & nūrum aduersus socrū suam: & inimici hominis, domestici eius. Qui amat patrem aut matrem

plūs

plūs quā me, nō est me dignus: & qui amat filiū aut filiā super me, nō est me dignus. Et qui non accipit crucem suam, & sequitur me, non est me dignus. Qui inuenit animam suam, perdet illam: & qui perdiderit animam suam propter me, inueniet eam. Qui recipit vos, me recipit: & qui me recipit, recipit eum qui me misit. Qui recipit prophetam in nomi- ne prophetæ, mercedem prophetæ accipiet: & qui recipit iustū in nomi- ne iusti, mercedem iusti accipiet. Et quicumq; potum dederit vni ex mini- mis istis calicem aquæ frigidæ, tantum in nomine discipuli, amē dico vobis, non perdet mercedem suam.

IN CAPVT X.

ET conuocatus duodecim discipulis suis, &c.] Non frustra duodecim Dominus habere voluit, (inquit Aug. in Psal. 103. concione 3.) & ita numerus ille sacratus est, vt in locum vnus qui ceciderat, non posset nisi alter ordi- nari. Quare duodecim Apostoli? Quia enim quatuor sunt orbis partes, & totus orbis in Euangelio vocabatur, vnde quatuor Euan- gelia conscripta sunt, & totus orbis in nomi- ne Trinitatis vocatur, vt congregetur in Ec- clesia: quatuor ter ducta, duodecim sūt. Hæc ibi Augustinus. Diuus Hieronymus suspica- tur neq; hoc vacare mysterio, quod post vnde- cim miracula, duodecimo loco potestas si- gnorum Apostolis conceditur. Respondet etiam hic numerus numero filiorum Iacob, & tribuum populi, qui hinc descēdit. Porro po- testatem edēdi miracula illis dedit, tum vt hac ratione conciliarēt autoritatem doctri- næ, tum vt à crassioribus illis, putā curatione corporum, paulatim prouheret ad curatio- nem animorum. Omnia autem operati sunt per nomen Christi.

Duodecim autem discipulorū nomina sunt hæc.] Vtile est nominatim eos recēdere, quum pro- pter alia, tum vt excludantur pseudapostoli. Marcus etiam cap. 3. nominatim eos recēset, verū alio ordine quā Matthæus. Ille enim ex dignitatis ratiōe eos collocauit, Petro pro- ximē coniungēs Iacobum & Iohannem filios Zebedæi. Nam hos tres primarios fuisse Apo- stolos, ex multis locis Euangelicæ scripturæ intelligi potest: Petrum verō primum omnium, Andream Mar. 4. loco statuit. Matthæus vide- tur ordinē temporis secutus, quo sunt vocati.

Primus Simon, qui vocatur Petrus.] Petri co- gnomen non sinē singulari mysterio illi indi- tum est à Domino, cuius impositionis memi- nerūt Marcus cap. 3. & Iohan. cap. 1. Vt semper magni aliquid illa mutatiōe nominum signi- ficauit Deus: vt Abraham, pro Abram: Sara, pro Sarai Gen. 17. Israel, pro Iacob, Gen. 32. ita in Simone decernens immobile fundamentum, super quod erat ædificaturus Ecclesiā suam,

pro cuius fide, vt nunquā deficeret, orauit pa- trem suum, Luc. 22. nomē illi indidit, Petrus. Præterea additum hoc loco, discernit nobis hūc apostolum ab altero illo Simone, qui Cananæus dictus est à patria sua, quæ est Cana Galilææ: vbi aquam in vinum mutauit Dñs.

Et Andreas frater eius.] Hunc Chryso- stomus suspicatur à virili morū nobilitate nomē esse sortitum, quod hæc Græcè dicatur ἀνδρῆα.

Iacobus filius Zebedæi.] Et huic adiecit nomē paternum, vt distingueret ab altero, qui pau- lō post sequitur, filio Alphæi.

Thomas & Matthæus.] Cæteri Euangelistæ præponunt Matthæū Thomæ. Matthæus ipse Thomam præfert modestiæ causa. Eiusdē vir- tutis est quod subdit, qui fuerat publicanus. Qua confessione docet nos, & gloriam dare Dño Deo nostro, qui venit peccatores saluos facere, & relictis peccatis, sequi Dñm Iesum.

Iacobus filius Alphæi.] Marcus ait & Matthæ- um fuisse filium Alphæi. Et cum præteriret, inquit, Iesus, vidit Leui Alphæi filium, seden- tē ad telonium &c. Vnde Euthymius admo- net, Iacobum hunc & Matthæū fuisse fratres.

Et Thaddæus.] Hunc trinomium fuisse monet Hieronymus. Nam & Iudas dictus est, & Lebbæus, & Thaddæus. Patrē habuit Iaco- bum nomine, vt indicare videtur Lucas, Iudā Iacobi nominans. Quāq; Rupertus Abbas nō Iacobi filiū, sed fratrem interpretatur. Vetus trāslatio hūc nō Lebbæ⁹, sed Thaddæus habet, quō & Hieronymus legit, admonēs alibi Leb- bæum nominari, quod interpretatur corculū.

Et Iudas Schariotis.] ϿϿϿ Hebræis mer- cedem sonat, vt ex cognomine appareat hunc Iudam ei facinori natum esse. Est qui suspica- tur illum à tribu Isachar & ortū & nomen ha- bere. Quāquā non desunt, qui à viculo co- gnomen deductum malint.

Hos duodecim misit Iesus.] Lucas cap. 6. scribit, quod priusquā hos duodecim à cæteris disci- pulis segrégaret, vt faceret Apostolos, cōscē- so monte, totam noctem orauerit: episcopis nimirum exemplum parans, qui il facere o- porteat in ordinandis presbyteris & pasto- ribus.

102

ribus. Marcus cap. 6. ait, quod binos emiserit, quod factum interpretantur mutue tui consolationis, tum charitatis gratia, sine qua charitate nullus est euangelij fructus.

In viam gentium ne abieritis, &c.] Non eod illis praecepit, quod inuideret vlli genti doctrinam & gratiam Euangelij: sed ne videretur offensus iniurijs pharisaeorum, vindictae gratia suos legasse ad exteros, neve Iudaeis daret ansam causandi se spretos fuisse, sibi gentes ac Samaritanos fuisse prelatos. Postremo, vt omnibus perspicuum esset, Iudaeos nullam habere excusationem, sed suapte peruersitate submotos esse a regno Dei. Post resurrectionem vero suam praecepit eis, dicens: Euntes, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti. Iuxta tropologiam vero admonet Hieronymus nobis praecipere, qui Christi censetur nomine, ne in via gentium & haereticorum ambulemus errore: vt quorum religio separata est, separetur & vita.

Math. 23.

Appropinquabit regnum celorum.] Hinc & Iohannes in cepit suam praedicationem, vt audiuius cap. 3.

Infirmos curate, &c.] Nempe, quod libentius credat vestrae praedicationi, & vt his malis pellendis, praeludatur ad potestatem quam vobis daturus sum post resurrectionem curadi animos, & baptizandi in remissionem peccatorum. Quae vera est & perfecta ordinatio Apostolorum. Nam haec, designatio tantum quaedam est, vt admonet Abbas Rupertus. Baptizantur quidem aliquando antequam pateretur Dominus, sed more Iohannis ad poenitentiam tantum, non autem in remissionem peccatorum. Huius enim baptismi sacramentum post resurrectionem est institutum, virtute suam ex ipsa passione sumens.

Iohan. 12.

Nolite possidere aurum, neque argentum.] Mirari quis posset, quid sibi velit hoc praecocepto Dominus: quare veteret discipulos circumferre viaticum, quum constet ipsum etiam dominum circumtulisse per discipulum Iudam, qui oculos habebat. Praeterea aliquot honeste ac diuites facinorosequebant eum, ministrantes ei de substantia sua. Non est ergo nefas, euangelij ministrum habere vnde viuat: verum sollicitudinem illis his verbis eximit, & expeditos esse iubet, nullis onustos sarcinis, promittens se semper curaturum, vt inueniant pios hostes, quocumque terrarum venerint, quorum liberalitate sustententur. Curam duntaxat hanc Domino suo relinquunt, qui nunquam fit fraudaturus ministros suos necessario comatu: adeo vt Heliam etiam per coruos aluerit, & per viduam Sareptanam 3. Reg. 17. Nam cur eos haec possidere ac ferre noluerit, satis ostendit verbo quod statim subiicit: Dignus est enim operarius cibo suo. Non enim quod necessaria non

sint sustentationi huius vitae: sed quia sic eos mittebat, vt eis haec debere demonstraret ab illis ipsis, quibus euangelium credentibus annuciarent, tanquam stipendia militatibus, tanquam fructum vineae plantatoribus, tanquam lac gregis pastoribus. Vnde Paulus dicit, Quis militat suis stipendijs vnquam? Quis plantat vineam, & de fructu eius non edit? Quis pascit gregem, & de lacte gregis non percipit? 1. Cor. 9. Vide August. de consensu Euangelist. lib. 2. cap. 30.

Porro per aurum, argentum & aes, omnem monetam significat, quod ex his tribus soleat cudi moneta. Peram intelligit, qua viatores panem & obsonij aliquid circumferre solent, vt sit penurij loco.

Neque duas tunicas.] Non vetat in frigidis regionibus duplicare vestes ad arcendum frigus: sed plures circumferre vetat, quam in praesentiarum habeant opus ad induendum, ne multitudine vestium sibi vel in longum tempus velint prospicere, vel ad splendorem atque delicias mutatorijs vt. Non patiebatur neque cura haec, neque onus festinatio eorum, quos ad lustrandum totum terrarum orbem erat emissurus, vt spargerent semina doctrinae euangelice.

Neque calcamentum, neque virgam.] Hac parte videntur Matthaeus & Lucas dissidere a Marco, apud quem virgam illis concedit Dominus, & vt calcantur sandalijs. Quod ad virgam attinet, hanc putat Augustinus non idem significare apud Marcum, quod apud hunc Euangelistam & Lucam. Sed apud hos corporaliter accipi debere, pro re vulgo ad iter necessaria, qualis est baculus ad defensionem: apud illum spiritualiter, pro potestate Apostolis concessa, de qua Paulus 1. Cor. 4. In virga veniam ad vos? Augustinum imitatur Rupertus Abbas, apud Mattheum & Lucam virgam interpretatur virgam dominationis, qualis est regum gentium, hanc suis discipulis non concedit Christus. Apud Marcum vero, virgam pastoralis officij, quod est per charitatem sollicitudinem vigilare super gregem, & animarum curam gerere. Euthymius etiam ad literam conatur conciliare Euangelistas, putans diuersis temporibus nominum praecipisse ea quae hic referuntur, & quae apud Marcum. Et prius quidem quae referuntur hic & apud Lucam. Postea vero mitigata praecocepti austeritate, propter imbecillitatem eorum, permisisse vt sandalijs pedes armarent aduersus iniuriam saxorum & veprium, & baculo vterentur ad fulciendum corporis lassitudinem: idque narrari a Marco. Neque est incredibile, diuino consilio factum esse a spiritu sancto, quod verbis in huiusmodi variarunt Euangelistae, ad deducendum nos superstitionem inherendi literae verbis, sed potius assurgere ad libertatem spiri-

spiritus: qui secundum Mattheum & Lucam, vetat nos vilita illa curare & anxie quarere, si absint: secundum Marcum, ad necessitatem vt, si adsint.

Interrogate quis in ea dignus sit:] dignum significat probitate vitae commendatum, & regni caelestis auidum. Huiusmodi hospites fama populi eligendos esse, & iudicio vicinorum monet Dominus Hieron. ne praedicationis dignitas suscipiatis infamia deturpet. Quisquis autem Apostolos Dei recipit, & pro dignitate tantae functionis tractat, is multo maius accipit beneficium, quam praestat. Propterea iubet exquirere quis dignus sit.

Et ibi manete donec excutatis.] Quemadmodum praecoceptum cum iudicio hospitem deligere, ita delictum non vult temere relinqui, ne delictum fiet vt habeat bonos hospites. Hos autem neque opus erit mutare quod boni sint, neque decorum, ne ipsi Apostoli veniant in suspicionem, quasi vel leues sint, vel appetentes mensae lautioris: neque virum bonum contristat, si se putet contentum. Quaeuis domus, quiuis victus sufficere debet professoribus Euangelij, modo paterfamilias sit vir bonus.

Intrantes autem in domum, salutate eam.] Occulte salutationem Hebraei ac Syri sermonis expressit, inquit Hieronymus. Quod enim graece dicitur, *καίρει* & Latine, Aue, hoc hebraice Syroque, sermone appellatur *שלום שלום* siue *שלום עמי*, i. Pax tecum. Quod autem praecipit, tale est: Introeuntes domum, pacem precamini hospiti, & quantum in vobis est, discordiae bella sedate. Sin autem orta fuerit contradictio, vos mercedem habebitis de oblata pace: illi bellum quod habere voluerint, possidebunt. Haec ille.

Excutate puluerem de pedibus vestris &c.] Puluis excutitur de pedibus, inquit Hieronymus, in testimonium laboris sui, quod ingressi sint ciuitatem, & praedicatione apostolica ad illos vsque peruenerit. Siue excutitur puluis, vt nihil ab eis recipiant, ne ad victum quidem necessariu, qui Euangelium spreuerint, imo ne puluerem quidem. Consonat Chrysostomi interpretatio.

Tolerabilis erit terra Sodomorum, &c.] De Sodomae & Gomorrhae interitu nota est historia ex 19. cap. Gen. Porro quod Sodomitae & Gomorrhitae tolerabilius habebunt in die iudicij, quam qui noluerunt recipere Apostolos, & horum audire doctrinam: in causa est ingratitude enormitas, quum nulla gratia possit esse par tanto beneficio, quantum est donum doctrinae euangelicae. Hinc est quod super Ierusalem plorat Ieremias Threnorum cap. 4. Et maior, inquit, effecta est iniquitas filiae populi mei peccato Sodomorum, quam subuersa est in momento. Di-

103

scimus autem ex hoc verbo, enormia flagitia & hic puniri, & in seculo futuro: vt monet Euthymius. Costat enim, grauissimum punitos esse Sodomitas: & tamen in die iudicij nouam illis imminere poenam. Neque verum est quod quisquam eorum qui male viuunt, sibi blandias, quasi heminam ad se non pertineant. Quisquis enim non vult amplecti doctrinam euangelicam, vt secundum eam viuat, non recipit a apostolos Christi, neque Christum ipsum, quacumque aetate, quocumque loco viuat.

Eccum ego mitto vos sicut oves in medio &c.] Postquam armavit eos dotibus gratiae suae, virtuteque mirabilia operandi, praeterea sollicitudinem de comatu exemit: ostendit, quae pugnae, quae certamina eis sint ad eunda. Ita & praesentiam suam diuinam declarat, & illos instruit, ne nimium percellatur, quum, quod praedicit, euenerint. Nouo autem & ante id tempus inaudito modo pugnare docet, duodecim duntaxat ouiculas, in medio innumerabilium luporum. Quibus porro armis? Antequam omnia quidem praesidio Dei, deinde sua prudentia & innocentia: id quod diligenter obseruauit Chrysostomus. Innocentiam per columbinam simplicitatem intelligimus, quae de omnibus quidem bene mereri studet, laedit autem neminem, ne prouocata quidem. Prudentiae serpentine est omnia tolerare potius, quam dare occasionem alicui calumniandi doctrinam. Aiunt serpenti vitam esse in capite, ideoque in periculo parum curare reliquum corpus, modo caput occidere possit. Nostrum caput & vita Christus est. Omnia itaque perdeda potius sunt, quam admittere vt aliqua recidat in hoc caput iniuria. Ne verum eos terreat laborum ac periculorum magnitudo, meminisse eos vult, quatus sit qui ad haec tam ardua mittit. Propterea non sine emphasi dixisse videtur: *Ego mitto vos sicut oves &c.]* Mittit tanquam oves, non vt vindicando iniurias, ferocitate induant luporum, sed vt sua tolerantia ex lupis faciant oves. Neque obscurum est, quanto plus effecerunt Apostoli, patientia hac & mansuetudine pugnantes, quam plerique alij armis & potentia huius mundi.

Cauete autem ab hominibus &c.] Quum ouibus eos comparat, non stupidos esse vult, sed innocentes, atque ita innocentes, vt tamen prudentiae nequaquam obliuiscant, qua opus est summa inter tales versaturis: ne circumuenti, caput suae legationis prodant ac perdant.

Et in synagogis suis.] *ἡ τὰς συναγωγὰς.* Graecum vocabulum vetus interpret non mutauit, in synagogis. Intelligit autem publicos conuentus aut conciliabula, non scholas modo aut templea Iudeorum.

In testimonio illis & gentibus.] Hoc est, vt oibus testat-

testatum sit ac perspicuum, illos suo opte vitio perire, qui tot miraculis, qui tot beneficijs, qui tā obuia doctrina, qui vestra simplicitate lenitateq; prouocati, tam odiosè reiecerunt salutem oblatam. Porro q; addit, & gentibus, innuit post resurrectionem suam etiam ad gētes esse mittendos, atq; tunc potissimū opus fore, eos hīc pceptis esse instructos, maximè cum tunc expectanda sint ea, q; hīc prädicit.

Chrysol.

Cum aut tradent vos, nolite cogitare &c.] Q. d. Nē terreat vos q; idiotæ sitis, q; piscatores, publicani, indocti, neq; in rhetorū philosophorūq; scholis, neq; in aulis principū versati. Nā spiritus ille quem calitūs estis accepturi, reddet vos oibus illis & sapientiores, & eloquentiores. Vos modò magna fiducia atq; cōstātia negocium vrgete. Nam hoc admonet multis verbis in hūc locum Chrysofomus, vt obseruemus, Dñm his pceptis itā eos confirmare promissōibus donorum & gratiæ spiritualis, vt tamē ab illis exigat fidutiā, industriā ac laborum cōstāntiam. Sinē gratia Dei nihil quidem possumus. Ille tamen non itā gratiā largitur, vt nos interim velit esse ociofos atq; supinos. Ille Dñs est, nos serui: gratiā illius dona, talenta nostrum est itā pecunia Dñi negociari, vt quum venerit, rationem nobiscum positurus, possit eam recipere cum fœnore, & nos cum paulo dicere: Gratia dei sum id quod sum: & gratia ei in me vacua nō fuit, 1. Co. 15.

Tradet autem frater fratrem in mortem.] Hoc in persecutiōibus fieri crebrò videmus, inquit Hieronymus: nec vllus est inter eos fidus affectus, quorum diuersa fides est.

Et eritis odio omnibus.] Omnibus, hyperbolicòs dixit, pro, maximè hominum parti. Euthymius.

Propter nomen meum.] Hoc adijcit, ad consolandum confirmandumq; eos, vt scirēt & memores essent, per eiusdem nominis virtutem se consecuturos victoriam.

Qui autem perseuerauerit &c.] Q. d. Non oportet laborum malorumq; si multa diuturna; videantur, tædio deficere. Neq; enim res tantas aggressos esse, laudabile fuerit, sed absoluisse. Eandem porro sentētiā repetit infra Christus Matt. 24. quò firmiùs memoriæ infigatur.

Cum autem persequentur vos in ciuitate &c.] Q. d. Nam hac ratione fiet, vt non tantum vos sitis incolumes, verum etiam latius Euangelij doctrina spargatur. Admonemur autem & illud hoc verbo, nequa; placere Dño & Deo nostro arrogantiam illorū, qui, quò fortes videantur, vltro se etiam in pericula conijciunt, prouocantes eos, qui alioqui mali sunt, ad maiore malitiam. Hoc nō est charitatis Euange-

licæ, sed malitiæ diabolicæ: quum charitas nō tā timore mortis secedat in huiusmodi, quàm misericordia qua afficitur erga psequutores, quos dolet vel ignorantia veritatis, vel diabolicis laqueis irretitos perire. Tale quiddam ex Gregorio Nazianzeno indicat Euthymius.

Amen dico vobis, non consummabitur &c.] Hoc verbo consolatur eos, quòd citò ipse adfuturus sit illis auxilio suo. Non loquitur hīc de aduentu suo ad iudicium, sed reditu ex mortuis, quo venturus erat, & iam venit, ad occupandum regnū totius mundi per doctrinā Euagelicā, debellato pflugatoq; hoste diabolo, & erecto trophæo crucis. Nā anteq; hoc factum fuerit, non voluit vt relinquerent Iudæam. Significat igitur tempus victoriæ suæ citiùs adfuturum, q; ipsi possint perambulare ciuitates Iudææ, ad quas tunc mittebantur.

Non est discipulus supra magistrum &c.] A suo exemplo eos docet, & exhortatur ad iniuriarum tolerantiam, per comparationem. Maior propositio ex duplici loco cōmuni contexitur. Sensus totius syllogismi est, Non decet discipulum esse delictiorem suo pceptore, neq; seruum suo dño. Si itaq; ego pceptor atq; Dñs vester, per multas afflictiones, ignominias, deniquè per supplicium crucis intro in regnum meum: quāto minùs decet vos talia detrectare, vt me sequamini?

Sufficit discipulo, vt sit sicut magister &c.] Hoc est, vt tam habeat commodè, quàm magister. Nā impudentis fuerit, velle habere cōmodius.

Si ipsum patrem familiās vocauerunt Beelzebub, &c.] meritò mirari potest, quor Græci perpetuò mutēt b in l in hac dictione, Beelzebub scribentes, pro Beelzebub. Nam ex 4. Reg. 1. satis manifestum est, quòd p b scribendum sit & legendum. Porro i Baal apud Hebræos generale nomen est idolorum, quæ colebantur ab idololatriis in locis vicinis terræ Iudæorum. Credibile est, nominis eius originem esse à Ioue Belo, secundo Babyloniarum rege. is Iupiter Belus dictus fuit. Huius em̄ filius Ninus, primus omnium templum Belo patri, & matri Iunoni, & Rheæ auæ, & statuas in medio oppidi Babyloniarum erexit, vt scribit Beza: atq; hanc fuisse primam idololatriæ occasionem magno consensu tam Hebræorum, q; Christianorum scriptores tradunt, confugientibus ad eas statuas facinorosis hominibus tanq; ad asyla: quòd talibus in honorem Beli parceretur. qua occasione arrepta, diabolus se illis insinuauit paulatim, atq; consulentibus se responsa dedit: aureis iam tum & argenteis mire magnitudinis à Semiramide factis. Positis deinde & in aliorū honorē statuis, nomē quiddam Baal mansit oibus cōmune: additis autē alijs

Beza

alijs &c. Additis autem alijs nominibus discernebantur, vt בעל בעל Beelpheor, quod Hieronymus in Osee interpretatur idolum tentiginis, quòd in ore (id est, summitate) haberet pellem, vt turpitudinem membri virilis ostenderet, vt apud Romanos Priapus, vt

בעל בעל compositum sit à בעל id est, os, & בעל pellis. Quamquam alij deriuatum putant à בעל id est, aperuit, vt sit בעל בעל idolum, seu Dominus apertionis, quòd qui illi sacrificabant, secreta natium distenderent.

Sic בעל בעל idolum musæ. quòd spurcissimum fuit apud Accaronitas. Henricus Cornelius Agrippa lib. 3. de occultis philosophia cap. 18. recenset nouem ordines dæmonum, quorum primus complectitur eos qui pseudothei dicuntur, quòd pro dijs adorari velint. Horum principem ait esse Beelzebub, quòd, nescio quo auctore, ipse interpretatur verulum deum: quum ceteri omnes, quotquot mihi contigit legere, idolum, vel magistrum, vel dominum musæ interpretentur. Vndè & quod 4. Reg. 1. Hebraicè est בעל בעל בעל Septuaginta verterūt græcè, ἡμῶν ἡμεῶν & τὸ βασιλῆα ἡμῶν.

Neq; ego Agrippam cito tanquam scriptorem authenticum, quum sciam libros eius iusto iudicio Doctorum esse condemnatos.

Quanto magis domesticos illius? Hoc est, qui de domo & familia eius sunt.

Nē ergò timueritis eos.] scilicet quòd vos infames sint reddituri, tradeturique tanquam magos & impostores.

Nihil enim est opertum, quod non reuelatur.] Q. d. Quamobrem & vestra synceritas tādē elucefcet, laudanda ab omnibus: illorum verò malitiam omnes execrabuntur, quòd vos vestramq; famam tam impiè traduxerint & infectati sint. quanq; verò hæc reuelatio fiet vniuersaliter in die iudicij, tamen interim hoc seculo etiam Deus innumera eius edit specimina, vt quos viuos execrantur, mortuos non tantum desiderant, verum etiam tanq; deos quosdam venerentur. An non videmus hodiè principes & monarchas ante sacra illorum ofsa venerabūdos procumbere, quos tunc tanq; flagitiosos, non tantum conuicijs & execrationibus profcindere, verum etiam omni tormentorum genere conati sunt extinguere?

Quod dico vobis in tenebris, &c.] Hoc est, Id quod seorsum dixi vobis, & in vno loco, (hoc est enim, in aurem & in tenebris) sidenter docete & magna voce, itā vt omnes vos audiant. Sic Theophylactus & ceteri Græci, vt per hyperbolen dictum sit. Latinorum quidam, per

tenebras, occultas reuelationes intelligunt. Quia verò dicendi libertatē pericula sequuntur, subdit:

Et nolite timere eos qui occidunt corpus &c.] Irrefutabile testimonium pro animarū immortalitate. Quare enim non tam animam possunt occidere quam corpus, nisi quia hoc mori potest, illa non?

Qui potest & animam & corpus perdere in Gehennam] De Gehenna satis opinor nos dixisse in cap. 5. Cæterum propter eos qui illa nō audiuerunt, visum est hic ascribere verba Diui Hieronymi in hunc locum: Nomen Gehennæ, inquit, in veteribus libris non inuenitur, sed primū à Saluatore ponitur. Quæramus ergò, quæ sit sermonis huius occasio. Idolum Baal fuisse iuxta Hierusalem, ad radices montis Moria, in quibus Siloa fluit, non semel legimus. Hac vallis & parua campi planities, irrigua erat, & nemorosa, plenaque delicijs: lucusq; in ea idolo consecratus erat. In tantam autem dementia populus Israel venerat, vt deserta templi vicinia, ibi hostias immolaret, & rigorem religionis deliciæ vince-

Hieron.

rent, filiosque suos dæmonijs incenderent vel iniuriarent. Et appellabatur locus ille Gehennom, id est, vallis filiorum Hennom, hoc Regum volumen, & Paralipomenon, & Hieremias scribunt plenissimè. Et comminatur Deus se locum ipsum implendum cadaveribus mortuorum, vt nequaquam vocetur Topheth & Baal, sed vocetur polyandrium, tumulus mortuorum, aut tumulus multorū cadaverum. Futura ergò supplicia, & pænæ perpetuæ, quibus peccatores cruciadi sunt, huius loci vocabulo denotantur. Duplicem autem esse gehennam, nimij ignis & frigoris, in Iob plenissimè legimus. Hac ille.

Iob 24.

Sed vide

Nonne duo passeres esse veniunt?] A minori docet, quanta sit Dei de nobis protudentia. Nam si minuta illa ac vilia, sinè patris cælestis prouidētiæ ac voluntate non incidunt in capturam: quanto minùs nos filij eius, quos tam tenerè diligit, nō sinit deus ministros ac filios suos vnquam incidere in mortem, priusquam sciat illis bonū esse mori. Porro pro eo quod nos habemus, in terram, Chrysol. in hunc locum, & Origenes in Lucā, legūt, in laqueū. Theophylactus & Euthymius legunt, in terram: sed tamen de laqueo interpretantur. Porro cadere in terrā, dictum est, pro perire.

annot. paraphrasæ in hūc locum. Me-minit & Lud. Castellus Rhodig. lib. antiq. lib. 13. cap. 25.

Vestri autem & capilli capitis omnes n. merati sunt.] Vestri, hoc loco primitiuum est, q. d. de vobis, vt monet paraphrasæ, & manifestū est ex Græco ὑμῶν. Neq; verò hoc itā est accipiendum, quasi Deus nostro more numeret, sed quòd exactissimam habeat omnium, etiā

minu-

minutissimorum, cognitionem, & (vt inquit Hieronymus) immensam erga homines prouidentiam, & ineffabilem affectum. D. Hieronymus hic reprehendit impiorum hominum insolentiam, qui dum resurrectionem corporum negant, Ecclesiae sententiam hoc loco derident, quasi absurdè sententiis etiam illos pilos, quos tonfores abscindunt, resurrecturos. Non attendunt illi, non esse scriptum, omnes pili vestri seruandi sunt, sed numerati: Hoc est, Deo noti. Quam iuxta uerbum Domini Luc. 21. pie credimus, ne pilum quidem de capite nostro esse periturum, eorum saltem qui ad corporis decorem & ornatum pertinent: non eorum qui superflui abscinduntur. Corpora enim nostra, per omnia integra resurgent.

Debet enim mors ficta fide, ne fraude sepulcri reddat curtum aliqd, quauis iam curta vorarit Corpora, &c.

Tu uide reliqua apud Aurelium Prudentium in fine apothecios, ubi elegantissimo carmine expressit, qualis futura sit resurrectio corporum nostrorum. Diuus Cyrillus in Leuiticum lib. 8. locum hunc Marthei citat, & interpretatur allegoricè, hoc modo: Quia iusto (sicut scriptum est) omnia quaecumque faciet, prosperabuntur, & folia eius non decident: hinc & discipulorum Domini etiam capilli capitis dicuntur esse numerati: hoc est, omnes actus, oes sermones, omnes cogitationes eorum seruantur apud Deum, quia iusta, quia sancta sunt.

Omnes ergo qui confitebitur me &c. Hoc est, quum tanti vos faciat Deus pater, idque meo, hoc est, filij sui nomine: æquum est, vt nullis omnino minis deterreamini, quo minus me confiteamini liberè coram omnibus hominibus, nimirum testificando, quod ego sum ille unigenitus Dei filius, per quem patri placuit salutem dare omnibus hominibus, quotquot hoc tantum beneficium per fidem recipiunt. Quod quicumque confessus fuerit, hunc ego vicissim confitebor &c. Illud videtur non prætereundum, quod Græcè est, *πᾶσι ἐν ὄψει ἐμολογήσῃ ἐν ἐμοί*, hoc est, Quisquis igitur confitebitur in me, quod Chrysofost. & Theophyl. admonent non sine causa dictum esse, potius quod, qui confitebitur me: quod in me, sit idè quod, mea virtute, siue à me adiutus. Quod si recipimus, erit id quod mox sequitur, *ἐμολογήσῃ κατὰ τὸ ἐν ἐμοί*, i. confitebor & ego in illo: perinde ac si dicat, à gratitudine ipsius motus. Hoc ita ex Chrysofost. adducit Euthymius, vt tamè ipse malit accipere, in me, per mihi: & in illo, pro, illi: vt sit sensus, Qui confitebitur, hoc est, testimonium feret, mihi scilicet, quod sum ille filius Dei, confitebor (i. testimonium feram) & ego illi, scilicet, quod sit fidelis nominis mei professor. Paraphrastes suspicatur esse sermo-

nem idiomatis Hebraici.

Nolite arbitrari, quia pacem uenerim mittere in terram &c. Ex huius loci occasione, multi non intelligentes scripturae sententiam, aggressi sunt calumniari & blasphemare Deum Iesum & doctrinam eius: vt Simon ille Magus, quem admodum scribit Clemens lib. 2. Recognitionum: qui contendebat hunc sermonem pugnare cum eo quod supra dictum est cap. 5. Beati pacifici, &c. Et Iudæi, qui in hodiernum usque diem nobis obijciunt, Messiam fore principem pacis, iuxta uaticinium Esa. cap. 9. Nostri uerò Christum ex professo seminare bella, qui dicat se non uenisse vt mitteret pacem, sed gladium. Sed neutri intelligunt, quantum interfit inter eam pacem, quam habent inter se homines scelerati, dum conspirant aduersus innocentes: item, quam quisque impius in sua libidine, auaritia, & carne, dum sibi in diuitiarum, gloriae, potentiae, atque omnium earum rerum quas uulgò homines suspiciunt & expetunt, affluentia blanditur, se fouet atque saginat: atque ueram illam pacem, qua homo Deo, angelis, atque omnibus sanctis hominibus coniunctus, contemnit carnalia hæc & mundana. Huius pacis princeps est Dominus noster Iesus Christus. Atque ad hanc ipsam constituendam & confirmandam, milit gladium uerbi sui, quo resecis ac trucidatis carnalibus illis, mundanis, & pestiferis affectibus, qui semper repugnant spiritui, ipsius spiritus regnum asfereret in libertatem. Hæc est illa pax, quæ uerè creditibus datur, vt gaudentes de remisso peccato, & donata gratia, mutua se charitate complectantur, quæ teste Apostolo exuperat omnem sensum & intellectum. Hinc ait Ioh. 14. Pacem relinquo uobis, pacem meam do uobis. Nō quomodo mundus dat, ego do uobis.

Solent & hæretici hoc loco abuti, dum deprauatis, ac uolenter detortis scripturis, dogmata sua seditiosa, contra orthodoxam Ecclesiam Catholicam sententiam, contra legitimos magistratus, imò contra spiritum sanctum, statuere atque defendere conantur. Estque incredibile dictum, quam multis imperitis hac ratione imponant. Caterum qui uerè, & secundum Deum, docti sunt, atque Deum ex toto corde quærunt: facillè intelligunt, quantum interfit inter hos, qui arrepto gladio ferreo, ipsi incipiunt inuadere magistratus, eosque Christum professos, & in Christi nomine legitime ordinatos: spoliare & profligare innocentes: pios & religiosos monachos & sacerdotes è suis monasterijs & sacerdotijs exturbare, omnia pro sua libidine innoquare, idque nullis, neque uirtutibus, neque oraculis, neque ullis omnino signis, quod à Deo sint missi, commendati: atque illos, de quibus

bus totiam per tot secula præcesserant prophetarum oracula, qui ipsi Christum per tot annos secuti, summa sapientia, pietate, religione, abstinentia, continentia, mansuetudine atque omni uirtute: tot denique stupèdis miraculis commendati, annuntiarent Euangelium pacis, qui nusquam ipsi ferro pugnarent, sed ab impijs idololatriæ ferro trucidati sunt.

Veni enim separare hominem aduersus patrem. Non ita accipiendum hoc est, quasi deus eorum diffidiorum sit author: quum improbitas ac malitia hominum in causa sit, qui mundo ac uoluptatibus carnalibus dediti, citius sciuunt in sibi charissimos, quæ uitia quibus assueuerunt, relinquant. Cōtrà uerò quos totos corripuit ardor Euangelicæ charitatis, ita flagrant, vt nullis affectibus hunc ardorem in se patiantur restinguere. Alioquin deo gratissimus esset, nobisque multis sacræ scripturae locis præcipitur parentum ac liberorum, maritorum & uxorum, patrufamilias domesticorumque mutuis inter ipsos amor: sed ita, vt hic ipse amor, non in uoluptatibus & affectibus carnis, sed, iuxta uerbum Apostoli, in Christo Iesu sit radicans. Hoc pluribus explicari potest: sed quod studiose relinquo, ne siam prolixior. Hoc autem operæ precium est admonere, nō esse prætermittendum à prophetis, quod hic dominus docet discipulos suos, vt certò sciamus hunc esse uerè Messiam illum, de quo illi sunt locuti. Sic enim Mich. 7. legimus: Nolite credere amico, & nolite confidere in duce. (vel, vt ex Hebræo legitur, in fratre) Ab ea quæ dormit in sinu tuo, custodi claustra oris tui. Quia filius contumeliam facit patri: filia cōsurgit aduersus matrem suam: nurus cōtra focum suam: inimici hominis, domestici eius.

Qui amat patrem aut matrem plusquam me. Ecce hoc uerbum gladius est, quem dominus se mittere profertur. Quæ nō calumniatur incredulus, & pertinacissimæ impietatis Iudæus, sciat suum etiam Moysen de hoc ipso gladio locutum esse Deut. 33. ubi benedicit Leui, his uerbis: Qui dixerit patri suo, & matri suæ, Nescio uos: & fratribus suis, ignoro illos: & nescierunt filios suos: hi custodiuerunt eloquium tuum, & pactum tuum seruauerunt, iudicia tua o Iacob, & legem tuam o Israël. Ponet thymiam in furore tuo, (vel, vt ex Hebræo trāsferri potest, in naribus tuis) & holocausta super altare tuum. Et ut ferredæ cruci, de qua hic præcipit dominus, sufficeret, subiecit: Benedic dñe fortitudini eius, & opera manuum illius suscipe. Accipere namque, crucem, & sequi Christum, inquit Rupertus Abbas, siue in persecutione tradendo corpus suum ad supplicia propter deum: siue in pace, frangendo desideria carnis, seu propter metum gehennæ, siue propter uitæ æternæ desiderium, maximè ue-

rò propter ingenium ac filialem amorem, quo quis fertur in deum patrem, & filium eius Iesum Christum, fortitudo magna, & opus est magnum: fortitudo benedicenda, opus acceptione domini dignum. Neque uerò semel hæc crucem tulisse, satis est: sed assidue ferenda est, quæ diu peregrinamur per desertum huius uitæ. Unde apud Lucam additur, quotidiè. Qui hoc non facit, non solum gloriam amittit, uerum etiam in poenam incurrit. Sequitur enim:

Qui inuenit animam suam, perdet eam. Inuenire uidetur animam suam, qui deserto Euangelio, & abnegato Christo, placuit iudicem, effugit carcerem, effugit crucem, euasit mortem: sed re uera perdidit eam. Rursus qui constanter adhærens Euangelio, fortiter sese periculis omnibus ac mortibus obijcit, uidetur hominibus subire uitæ dispendium, quum is demum uitam lucrifecerit. Inuenire uidetur animam, inquit Theophylactus, qui uitam quæ in carne est, custodit: sed perdit eam, quia mittit in æternum supplicium. Qui autem perdit animam suam & moritur, nō ut latro, uel seipsum strangulans, sed propter Christum, ille seruat eam.

Qui recipit uos, me recipit: &c. Sorites est, genus argumentationis, quo coaceruatione uocum necessariò cohæretium, id quod uolumus, probamus. Vt autem eo hoc loco dominus, vt confirmet discipulos, nō respondeant animum, quum audiant se ab omnibus, etiam proximè sibi coniunctis, nō tantum cognatis & affinis, uerum etiā ipsis parentibus, esse destituetos: nec destituetos tantum, uerum etiam affligendos profligandosque: nō, inquam, hæc audientes cōsternati, sic secum loquantur: Quod itaque ibimus? Quis nos recipiet, si tales eijciant? Ad hæc ueluti respondens, promittit se effecturum, vt omnium fidelium, religiosorum, & bonorum hominum domus eis pateant. Quis enim non lætus & obuius, adeoque in terram prostratus, & adorans illos recipiat, in quibus intelligat se dominum Iesum uerum cum deo patre & spiritu sancto recipere? Quemadmodum Abraham & Lot fecisse legimus, quum reciperent angelos, Gen. 18. & 19. Quò uerò magis omnes accendantur desiderio recipiendi tales, audi quantam recipientibus proponat mercedem. Qui recipit, inquit, prophetam in nomine prophete, mercedem prophete accipiet: &c. Hoc est, quicumque recipit prophetam aut iustum, non quod cognatus sit, aut gratiosus apud potentes huius mundi, aut omnino terreni aliquid emolumentum allaturus: sed solum hoc nomine, quod uel propheta est, uel iustus, hoc est, minister, amicus, & cultor dei: eandem à deo recipiet mercedem, quam illi ipsi qui recipiuntur, percipient, quod

sint propheta & iusti. Hanc interpretatione Iohannes Chrysofomus confirmat simili sententia ex 2. Cor. 3. ubi ita scribit Paulus: Vestra abundantia illorum inopia suppleat, ut & illorum abundantia vestra inopia sit supplementum: ut fiat aequalitas, sicut scriptum est: Qui multum habebat, huic nihil superfluit: & qui paulum habebat, is nihilo minus habuit. Quorum Pauli verborum haec est sententia, interpretibus Chrysofomo & Ambrosio: Vobis est copia diuitiarum, illis copia pie vite, & fidei in

Exod. 16.

Deum. Date igitur illis de opibus quibus abundatis vos: ut accipiat de pietate & fidei quibus abundant illi.

Et quicumque potum dederit vni ex istis minimis calicem aquae frigidae, &c. Hoc verbo diluit plerumque falsas excusationes, qui paupertatem causantur, quod minus sint hospitales & benefici in discipulos Domini, & pauperes. Sed quotusquisque aded est inops, ut non possit dare calicem aquae frigidae? Dns Deus non quatitatem mueris, sed animu donatis respicit.

CAPVT XI.

ET factum est, cum consummasset Iesus, praecipiens duodecim discipulis suis, transijt inde, ut doceret & praedicaret in ciuitatibus eorum. Iohannes autem cum audisset in vinculis opera Christi, mittens duos de discipulis suis, ait illi: Tu es qui veterus es, an alium expectamus? Et respondens Iesus, ait illis: Euntes renunciate Iohanni quae audistis & vidistis: Caeci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes euangelizantur: & beatus est, qui non fuerit scandalizatus in me. Illis autem abeuntibus, coepit Iesus dicere ad turbas de Iohanne: Quid existis in desertum videre? Arundinem vento agitatam? Sed quid existis videre? Hominem mollibus vestitum? Ecce qui mollibus vestiuntur, in domibus regum sunt. Sed quid existis videre? Prophetam? Etia dico vobis, & plus quam prophetam. Hic est enim de quo scriptum est: Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui praeparabit viam tuam ante te. Amen dico vobis, non surrexit inter natos mulierum maior Iohanne Baptista. Qui autem minor est in regno caelorum, maior est illo. A diebus autem Iohannis Baptista vsq; nunc, regnum caelorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Omnes enim prophetae & lex, vsq; ad Iohannem prophetauerunt: & si vultis recipere, ipse est Helias qui venturus est. Qui habet aures audiendi, audiat. Cui autem simile aestimabo generationem istam? Similis est pueris sedentibus in foro, qui clamantes coequalibus suis, dicunt: Cecinimus vobis, & non saltastis: lametauimus, & non planxistis. Venit enim Iohannes, neq; manducans, neq; bibes, & dicunt: Daemonium habet. Venit filius hominis manducans & bibes, & dicunt: Ecce homo vorax & potator vini, publicanorum & peccatorum amicus. Et iustificata est sapientia a filiis suis. Tunc coepit exprobrare ciuitatibus, in quibus sunt factae plurimae virtutes eius, quia non egissent poenitentiam. Vae tibi Chorozaim, vae tibi Bethsaida, quia si in Tyro & Sidone factae essent virtutes, quae factae sunt in vobis, olim in cilicio & cinere poenitentiam egissent. Veruntamen dico vobis, Tyro & Sidoni remissius erit in die iudicij, quam vobis. Et tu Capharnaum, nunquid vsque in caelum exaltaberis vsq; in infernum descendes: quia si in Sodomis factae fuissent virtutes, quae factae sunt in te, forte mansissent vsq; in hanc diem. Veruntamen dico vobis, quia terrae Sodomorum remissius erit in die

Malach. 3.

die iudicij, quam tibi. In illo tempore respondens Iesus, dixit: Confitebor tibi pater, Domine caeli & terrae, quia abscondisti haec a sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Ita pater, quoniam sic placitum fuit ante te. Omnia mihi tradita sunt a patre meo. Et nemo nouit filium, nisi pater: neq; patrem quis nouit, nisi filius, & cui voluerit filius reuelare. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Tollite iugum meum super vos: & discite a me, quia mitis sum et humilis corde, et inuenietis requiem animabus vestris. Iugum enim meum suauis est, et onus meum leue.

IN CAPVT XI.

Transijt inde. Indè, hoc est, ex eo loco, ubi preceperat discipulis ea quae iam cap. praecedente dicta sunt, quod, ut apparet ex cap. 3. Marci, & Lucæ 6. in monte factu est, ubi fuerat pernoctans in oratione, ut scribit Lucas: & quum dies factus esset, vocauit discipulos suos, & elegit duodecim ex ipsis. In ciuitatibus eorum. Eorum, dubitat Euthymius, vtrum sit referendū ad discipulos, ut sit, eorum, i. discipulorum, hoc est, de quibus illi orti erant: an ad Iudaeos, ut, eorum, i. Iudeorum. Chrysofomus admonet, quod quum apostolos dominus misisset, tunc seipsum data opera subtraxisse ab ipsis, ut opportunitate occasionemq; haberent mandata exequenda. Nemo enim presente magistro, morbumq; omnem repellente, discipulos adire voluisset.

Iohannes autem cum audisset in vinculis &c. In quae coniectus erat ab Herode, propter Herodiadem, quam in incesto adulterio habebat Herodes, quum esset vxor Philippi fratris eius. Ob quod scelus Iohannes cum corripuerat, dicens: Non licet tibi habere eam, ut audituri sumus potest, cap. 14. Vinculis, Graece est *de quatuor*, id est, carcere, ut recte vertit paraphrastes.

Tu es qui venturus es. Vehementer se in hoc loco torserunt Theologi veteres, admirantes quid sibi vellet haec questio, cum Iohannes iam ante non modo per spiritum propheticum, verum etiam per visibile spiritus sancti signum, deniq; per viuam patris vocem didicerit, Hunc esse vi-rum, id est, Tu es ille venies, siue venturus. Est enim graeco vox ad vtrumlibet tempus anceps, inquit scri instituti, omnes omnium de hac re sententias persequi. mihi maxime placet sententia Iohannis. Chryso- stomi. Is sentit non iussisse Iohannem discipulos, hoc ex Iesu interrogare, quod ipse de eo dubitaret: sed, quia viderat ipsos discipulos difficiles esse ad credendum illud, quantumuis saepe etiam a se dictum & indicatum: mitti eos ad Iesum, ut ipsi

quae hic mihi teru li for- mis effig- ant, iuen- tuti p illis que ipse scripturae tempore dicitur: mod pu- rem illis nilius esse hoc com- pendium.

qui iuxta id quod ex oralibus prophetarum didicimus, venturus est in mundum, ut ab interitu liberet genus humanum? Neq; verò hoc eos iussit interrogare Iohannes, quasi ipse de Messias. In hanc sententiam Chrysofomus, quem Theophylactus & Euthymius, & multi alij sequuntur. Quod ad quaestionem de aduentu pertinet, aliter interpretatur D. Hieronymus. Quod ad totam quaestionem, multo aliter Tertullianus lib. 4. contra Marcionem. D. Luc. 11. Ambrosius in 7. cap. Lucæ confugit ad mysticam interpretationem. hos qui volent, ipse legat. nos ut iam diximus, amplectimur Chrysofomi interpretationem, quod facilius sit & aliquando plau- viderat spiritum sanctum recepta.

descendētem atq; manentē? De quo audierat testimoniū patris, hic est filius meus dilectus, Matt. 3. in quo mihi coplacui? quem ipse iam aliquoties digito indicarat, dicens: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi? Nō itaq; q ipse dubitaret quis esset, hoc per discipulos interrogauit: sed quia videbat ipsos discipulos difficiles esse ad credendum illud, quantumuis saepe etiam a se dictum & indicatum, mittit eos ad Iesum, ut ipsi visis miraculis crederent. viderant autem ipsi discipuli Iohanni occasionem huius legationis, quum audita fama de Iesu, venirent ad Iohannem, ac nunciarent de omnibus, ut scribit Lucas cap. 7. Quod per emulationem & inuidiam eos fecisse, manifestum est ex tertio capite Iohannis, ubi ad Iohannem veniunt, dicentes: Rabbi, qui erat tecum trans Iordanem, cui testimonium perhibuisti, ecce is baptizat, & omnes veniunt ad eum. Hunc affectum ut illis eximeret,

Ioh. 11.

Tertull. Pag. 89.

atq; à se tandem dimissos, ipsi Domino Iesu Christo traderet, misit eos, ut ipsi ex operibus huius discerent, quanto esset maior se, i. Iohāne: & quod verè esset Messias. In hanc sententiam Chrysof. Theophylact. Euthym. D. Hieronymus, illud Vetus es, interpretatur de descensu eius ad inferos, hoc sensu: Mada mihi, qui ad infernum descensus sum, vtrum te & inferis debeam nunciare, qui nunciaui superis: an non conueniat filio Dei, ut gustet mortem, & alium ad hac sacramenta missurus es? Sed hac expositio reprehenditur à Chrysofotomo. Tertullianus lib. 4. aduersus Marcionem sic interpretatur hunc locum, quasi Iohannes ipse dubitauerit, an Iesus esset messias, venturus in mundum, apertè asserens illū auditis operibus Iesu, scandalizatum esse. Verba eius hæc sunt: Sed scandalizatur Iohannes auditis virtutibus Christi, ut alterius. At ego rationem scādali prius expediā, quò facilius hæretici scādalum explodam. Ipso iam Domino virtutum, sermone & spiritu patris operante in terris & predicante, necesse erat portionem spiritus sancti, quæ ex forma prophetici moduli in Iohanne egerat præparaturam viarum dominicarum, abscedere iam ab Iohanne, redactā scilicet in Dñm, vt in massalem suā summam. Itaq; Iohānes cōmunis iā homo, & vnus de turba, scādalizabatur quidem, quā homo, sed non quā alium Christum sperans vel intelligens, qui neq; vndè speraret vt nihil noui docentem vel operantem. Nemo hæsitabit de aliquo, quem dum scit non esse, nec sperat, nec intelligit. Iohannes autem certus erat, neminem Deum præter creatorem, vel quā Iudæus, vel etiam prophetes. planè facilius quasi hæsitauit de eo, quem quum sciat esse, an ipse sit, nesciat. Hoc igitur metu & Iohānes, Tu es inquit, qui venis, an alium speramus? Simpliciter inquirens, an ipse venisset què expectabat, Tu es qui venis, vel qui venturus est, an alium expectamus? Id est, an alius est, quem expectamus, si non tu es quem veterum expectamus? Sperabat enim, sicut omnes opinabantur, ex similitudine documentorum, potuisse & prophetam interim missum esse, à quo alius esset, id est, maior ipse, scilicet Dñs, qui venturus expectabatur. Atque adeò hoc erat Iohannis scādalum, quòd dubitabat ipsum venisse què expectabant, què & prædicatis operationibus agnouisse debuissent: vt Dñs, per eandem operationes agnoscendum se nunciauerit Iohāni. Hactenus Tertullianus. D. Ambrosius ad mysticam interpretationem confugit, per Iohannem legem, cuius typum gessit, intelligens: per Christum, Euangelium. Lex nusquam nõ de Christo testatur, quòd sit venturus: sed in-

credulorum hominum pectoribus, tanquam carceri Iohannes inclusa, tyrānicis huius mudi potestatibus, tanquam ille Herodis, impeditur, quò minus in clarā lucem testimonia sua de Domino Iesu Christo, passiõe eiusdem, morte, & gloriosa resurrectione proferat. Quamobrem discipulos suos ad Christum ipsum & Euangelium mittit, vt audita ipsius doctrina, & mirabilibus factis inspectis, atque his cum figuris ac sententijs legis collatis, certò discant hunc verè esse Messiam, de quo illa est locuta. Et vt significaret potestatem hoc discendi, vtriq; populo, tam gentili quàm Iudaico, esse factam, duos discipulos misit, duorum populorum typum exprimentes. Harum interpretationum vt nulla non est erudita, ita prima facilior est ceteris, & aliquanto plausibilior, & à maiori Doctorum parte recepta.

Euntes renunciate Iohanni, quæ audistis & vidistis &c.] Nam vt ait Lucas cap. 7. in eadem illa hora qua aderant discipuli Iohannis, curauit multos à morbis ac plagis, & spiritibus malis, & cæcis multis donauit visum. Hæc autè vult renunciarī Iohanni, vt hinc colligendo suos discipulos doceat, hunc esse illum de quo locutus est Esaias ca. 35. cum ait: Confortamini, & nolite timere: eccè Deus vester vitionē adducet retributionis: Deus ipse veniet, & saluabit vos. Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum patebunt. Tunc sicut ceruus claudus, & aperta erit lingua mutorum. Atque hæc ipsa ita est in corporibus operatus Dominus Iesus, vt tamen interim figurè quædam sint eorū quæ in animis operatus est, operaturq; assidue spiritualiter.

Pauperes euangelizantur.] Pauperes & spiritu & opibus intelligi possunt, auctore Hieronymo, vel apostoli euangelij predicantes, inquit Theophylactus, vel auditores euāgelij de cælestibus bonis audientes. Porro verbum grecum, *πτωχοὶ* *euāgelizantur*, medium est, hoc est, tam actiue quàm passiuè significationis, vt vel hic sit sensus, *πτωχοὶ euāgelizantur*, i. pauperes (scilicet apostoli, piscatores) euangelium annunciat, vel pauperes, i. humiles, inopes, ac despecti apud hunc mundum, lætum Euangelij nuncium læti recipiunt, vt cælestibus opibus ditati, regni gloriæ participes fiant apud Deum. Posterior hic sensus magis placet, quòd consonet prophetiæ Esaiæ cap. 61. ad quam hic allusit: quamque ipse Luca 4. testatur de se scriptam esse, quum in synagoga traditum sibi librum explicuit, ex quo hæc verba recitauit: Spiritus Domini super me, propter quod vnxit me, euangelizare pauperibus misit me &c. Græcè indifferenter dicitur, *πτωχοὶ εὐαγγελίζονται* vt

vt indicat Theodulus de dictionibus rhetoricis. Hinc *πτωχοὶ euāgelizantur*, passiuè recitè accipitur: quod vetus interpres ad verbum trāstulit, pauperes euāgelizantur, hoc est, per sermonem euangelicum erudiuntur.

Et beatus est, qui non fuerit scandalizatus &c.] Hoc (vt Chrysof. & Hieronymus sentiūt) adiecit Iesus, modestè subtaxās inuidiā discipulorum Iohannis: sed sic, vt nec apud turbā pudefcerent, sed taciti secum agnoscerent vitiū suum, temperato modis omnibus respōso, vt & ipse fugeret arrogantē suspiciōē, & maiore fidem faceret discipulis, & illorum affectioni mederetur potius q̄ traduceret. Et tamē interea nos oēs hoc verbo monemur, cauendū nobis esse, nē humilitate, afflictionibus, & cruce Christi offensi, nõ credam⁹ hūc esse illū regē, celi terreq; Dñm, debellatorem diaboli, assertorēq; generis humani. quæadmodū multos offendendos prædixerat Simeon, Eccè hic positus est in ruinā & resurrectionē multorū in Israel, & in signum cui contradicetur. Vndè & Petrus dixit, Vobis credentibus honor, non credentibus autè lapis offensionis & petra scādali. Caueamus, in quā, nos, nē illorū exēplo, offendamur illis afflictionibus Christi. Quin potius discamus, q̄ horrenda sit res peccatum, propter quod oportuit filiū Dei sic afflictum mori, vt nos per peccatum perditos repararet. Expendamus, quā immēsa sit illius erga nos charitas, qui ipse innocens, nos nocentes tam graui, horrenda, ignominiosaq; morte redemit. Vt tanq̄ grati, libet̄er illius mādatis obsequamur, nec recusemus vicissim pro illius nomine labores & afflictiones tolerare, vt tādē vnā cum ipso in æternū regno cælorum potiamur. Hoc si fecerim⁹, verè beati erimus. Quo verbo subindicauit suam diuinitatem. Nisi em̄ Deus esset, nemo hoc nomine beatus esse posset, quòd in illo non offenderetur.

Illis aut̄ abentibus.] Per oportunitatem erat, adeoq; necessariū, Iohannē hic itā à Dño defendi ac prædicari, ad tollēdam suspiciōē leuitatis. Fuisset aut̄ leuitatis argumentū, si ille qui antea toties palām erat testificatus, Dñm Iesum esse agnū illū Dei, qui tolleret peccata mundi, hoc est, Messīā illum, qui erat vterus in mundū, nunc mutata sententia de eodē dubitare inciperet, ideoque discipulos mittere, qui ex illo quærerent, an ipse esset Messias. Vt itaq; intelligant omēs, nõ hāc esse huius legationis quæstionisq; sententiam, sed aliam aliquā, (Ea verò quæ fuerit, nos iam diximus ex Chrysofotomo: nēpe vt discipuli illi quos miserat, coram ex doctrina & miraculis Dñi Iesu discerent, illum esse verè Messiam) prædicat laudatq; Iohannem, principio ab animi con-

stātia, deindè ab austeritate vitæ, postremò ab excellentia sciētiæ prophetiæ, quæ omnia repugnant tum leuitati, tum ignorantia eius de quo erat quæstio à discipulis proposita. Expediebat, vt populus optimè de Iohanne sentiret, propter testimonia de Iesu.

Quid existis in desertum videre?] Hoc est, si talis vobis visus est Iohannes, qui leuium hominum more mutet sententiam, & quod prius affirmauit, pōst vocet in dubium, cuius spectaculi gratia sic dudum confluebatis in desertum?

Arundinem vento agit at am?] s. qualis esset Iohannes, si nūc à seipso dissentiret, dubitaretq; quis ego sim, quem antè dixit filium Dei, agnū qui tolleret peccata mudi: denique qui baptizaturus esset spiritu & igne.

In domibus regum sunt.] Q. d. Vbi est adulationi & inconstantiæ locus, propterea quòd qui luxui, mollitiei, & superbiæ vitæ sunt dediti, soleant captare aulas principum, hisque adulari, vt talia consequantur. Iohannis autem cibus erat locustæ & mel syluestre, vestis ex pilis camelorum, cingulum zona pellicea: quamq; nolit adulari regibus, arguit carcer, in quem non ob aliud coniectus est ab Herode, quàm quòd sermone veritatis illum increpauerit.

Sed quid existis videre? Prophetam?] Q. d. propterea nimirum existis in desertum, atque hūc adeò non estis frustrati, vt etiā excellentiorem propheta videritis. Nam quem propheta venturum prædixerant, eum hic digito indicauit venisse, dicens: Eccè agnus Dei &c. Et quia ad priuilegium prophetale, inquit Hieronymus, etiam baptisæ accessit præmium, vt dominum suum baptizaret: vndè infert meritum *ἐβαπτισεν*, faciens de Malachia testimonium, in quo etiam angelus prædicatur: non quidem naturæ societate, sed officij dignitate. Quamquam abstinentia etiā vitam angelicam quodammodo referebat, vt monet Theophylactus.

Amèn dico vobis, non surrexit inter natos &c.] D. Hieronymus, & Theophylactus putant, q̄ nomine mulierū, semetipsum exceperit, quū ipse natus sit ex virgine. Pia quidē ratiocinatio, sed parū firma contra hominē contentiosum: Constat enim, nomen *γυναι* non solum eam significare fœminam, quæ cognita sit à viro: verum quamcunque, siue virgo sit, siue non. Quin Christus ipse matrem appellans, dicit: *γυναι*, id est, mulier. Et Paulus Galatis scribens de Christo, factum dicit ex muliere, *γυναικὸς ἐκ γυναικὸς*. Neque opus est ad hanc differentiam confugere, quum CHRISTVS ipse se statim ab hac formula exci-

excipiat, quum ait: Qui autem minor est in regno caelorum, maior est illo. Nam hoc de se loquitur, ne populus auditis tantis laudibus Iohannis, praereter illum filio Dei: qui sane perniciosissimus fuisset error. Ideo ciuilitate significauit Dominus, se illo esse maiore. Et re vera tanto erat maior Iohanne, ut nulla profus inter eos possit esse comparatio. Quod et si rectius diceretur hic, & fortassis nondum intelligeretur a turba: necesse tamen erat ita dici, ut aliquando intelligeretur, ad tollendum errorem illum pestilentissimum. Minorem autem se dicit in regno caelorum, tum aetate, tum opinione multorum hominum, ut sentit Chrysofomus. Porro haec opinio inde nascebatur, quod Iohannes ab infantia sua in eremo: durissimam egerat vitam, ab omni consuetudine, adeoque conspectu hominum abstinens usque ad tempus baptismi, non communi hominum cibo, potu, vestitu, aut recto vsu, sed sacris hymnis precibusque Deo assidue loquens. Christus inter homines educatus erat, fabri, ut putabatur, filius, communi hominum cibo & potu utens, neque conuiuia, etiam publicanorum, fugiens. Haec qui non intellexerunt, qua pietate charitateque faceret, calumniabantur: quemadmodum & nonnulli Iohannis abstinentiam. Scio quosdam aliter haec interpretari, sed haec est probatior sententia, quae praeter alios eximios Chrysof. viros, authorem habet Chrysofomum.

A diebus autem Iohannis Baptista vsq; &c. Iohannes enim sic excitauit animos multorum ad euangelicam doctrinam studium, ut ab exordio praedicationis illius huc prorumpant ethnici, publicani, & cuiuscumque generis & nationis peccatores, si dei constantia ac fortitudine non tantum affectibus suis, verum etiam omni tyrannide tum huius mundi, tum ipsius diaboli superata, violenter ad nouam hanc Euangelij doctrinam irumpant, eamque vobis quidem ex pacto debitam, sed ipsidem vobis cessantibus, oscitantibus, negligentibus, adeoque contemnentibus, ceu spoliolum quoddam diripiunt. Est autem metaphora sumpta ab arce, quae irruptentibus hostibus diripitur. Porro regnum caelorum hic Euangelij doctrinam, & eam quae hinc habetur, fidem intelligi, in confesso est.

Omnes enim prophetae & lex vsq; ad Iohannem. Quod quorsum cum opus est posthac umbris & prophetis de eo, quem Iohannes monstrauit praesentem? Na quod ait, vsq; ad Iohannem prophetauerunt, nihil aliud est, quam praedixerunt praefiguraueruntque Christi aduentum. Alioquin non desierunt esse prophetae post Iohannem, qui futura praediceret: ut Agabus Act. 11. prophetauit famem magnam futuram in toto orbe, quae accidit sub Claudio Caesare. Idem Paulo

Act. 21. prophetauit, fore ut Hierosolyma à Iudaeis vinciretur, tradereturque in manus gentium. Ibidem legimus, Philippo fuisse quatuor filias virgines prophetantes.

Et si vultis recipere. Si vultis recipere, i. ardenti studio & grato animo amplecti, quod iuxta prophetarum vaticinia vobis offertur.

Ipsa est Helias. Hoc mysticum esse, & egerere intelligentia, vel ex eo quod statim subiicit, animaduerti potest, (ut Hieronymus admonet) quum ait: Qui habet aures audiendi, audiat: quos eos excitat ad inquirendum mysterium. Helias ergo Iohannes dicitur, non secundum stultos philosophos & quosdam hereticos, qui *μεταβολωσι* introducunt: sed quod iuxta aliud testimonium euangelij, venerit in spiritu & virtute Heliae, & eadem sancti spiritus vel gratiam habuerit, vel mensuram. Sed & vitae austeritas, rigorque mentis Heliae & Iohannis, pares sunt. Ille enim in eremo, iste in eremo. Ille zona pellicea cingebatur, & iste simile habuit cingulum. Ille, quonia regem Achab & Iezabel impietatis arguit, fugere compulsus est. Iste, quia Herodis & Herodiadis illicitas arguit nuptias, capite truncatur. Sicut qui propterea Iohannem Heliam vocari putant, quod quomodo in secundo saluatoris aduentu iuxta malachiam praecessurus est Helias, & venturum iudicem nunciaturus, sic Iohannes in primo aduentu fecerit: & uterque sit nunciator vel primi aduentus Domini, vel secundi. Haec Hieronymus.

Qui habet aures audiendi, audiat. Hoc est, attendite ut intelligatis ea quae de Iohanne vobis dico, quod is sit Helias, qui iuxta malachiam prophetiam venturus erat ante Messiam, ut hinc quoque colligatis, hunc iam venisse regem & redemptorem vestrum, atque ita eum recipiatis, ne vestra culpa vobis frustra venisse videatur. Nam si ipsi vos obturatis auribus eum audire recusaueritis, cui alij imputabitur exitium vestrum quam vobis? Hic omisum est, Cui autem similem estimabo generationem istam? Lucas habet, Cui ergo similes dicam homines generationis huius? Opinor autem Dominum & se & Iohannem annumerare hominibus generationis illius: ac totam generationem in duos ordines digerere, quemadmodum & puerorum duos ordines indicat, vnum canentium, alterum cantum negligentium, cum quibus canentes illi expostulant. Se itaque & Iohannem assimilari ordini puerorum canentium, Iudaeos ordini non auscultantium. Iohannes vitae doctrinamque rigore, cecinit lugubrem cationem penitentiae: Dominus Iesus laeto Euangelij nuncio, & vitae facilitate ciuili, amabile gratiae carmen.

Similis est pueris sedentibus in foro. Graecè est pluralis numerus, *ἵκετο*, id est, foris: est autem iuxta

iuxta Graecae vocis proprietatem, proprie locum in quo exponuntur res venales: quum apud Latinos forum, etiam iudiciorum locum significet. Veteres varijs harmoniarum modis, quos appellant Phrygium, Dorium, Lydium, varios mouere consueverit affectus: tibijs ad alacritatem incitare. Et legimus *ἀδύρην μέλος*, id est, Admeti nenia, pro lugubri cantione. Apparet autem vulgare fuisse cantionem hanc, de qua hic loquitur Dominus, quia pueri inter se canerent, quemadmodum & Pittacus consultorem suum ad pueros trocho lusitanes mittit, ut audiat *ἄδῳ κατὰ εἰρήνην ἴλας*, i. Aequalem tibi ducito. De quo copiosus ipse Erasmus in adagio, Aequalem tibi vxorem ducito, *Ἐστὸν πλανήστης*. *ἢ ἔστιν ἰσόπαστος*, quod inde dictum est, quod olim in luctu seipsum caederent manibus, qui proprie planctus dicitur.

Et iustificata est sapientia a filiis suis. Hoc est, Dei sapientia, quae disposuit ut Christus & Iohannes diuersis incederent vijs ad vtilitatem hominum: iustificata est, hoc est, iusta & irreprehensibilis agnita, nempe quod nihil omiserit eorum quae facere debuit ad hominum salutem. a filiis suis, i. intelligentibus & amplectentibus eam, nimirum hominibus sapientibus, pijs, ac religiosis.

Tunc cepit exprobrare ciuitatibus &c. Tanquam admiratus inuincibilem hominum plerorumque malitiam: inde, ut ceteras harum exemplo terreret. Porro Chorazim, & Bethsaidan, vel ut verus habet translatio, Chorozaïn, & Bethsaidan, hebraice *כּוּרְזַיִם* & *בֵּית סַיְדַן* ciuitates sunt Galilaeae. Erasmus in annotationibus castella esse dicit: Hieronymus, vrbes. Euangelista ciuitates, *πόλεις*.

Quonia si in Tyro & Sidone &c. s. quas ciuitates vos ut impias & ethnicae execramini. Sunt autem Tyrus & Sidon vrbes celeberrimae in Phoenicia.

Veruntamen vel, ut alius vertit, *[attamen]*. Monet Euthymius, *ἢ ἄλλῃ*, i. attamen, hoc loco significare, propter hoc.

Tyro & Sidone tolerabilis &c. Nepe eo quod non pindè atque vos ad poenitentiam fuerint puocati.

Et tu Capernaum &c. Ex Graeco aliquando aliter sonat. Exaltatio autem haec, bifariam potest intelligi: vel exaltata es, s. animi tui superbia contra meam doctrinam: vel exaltata es, hoc est, nobilitata, meo videlicet ho spirito, meis signis & virtutibus. Tale quiddam admonet Hieronymus. Sermo redolet trobique, hyperbolè.

Quonia si in Sodomis &c. s. quae scelerum suorum horrendo supplicio dedere poenas, atque ob id abominatae a te sunt.

Veruntamen dico vobis, quod Sodomis tolerabilis. Hoc dicto Capernaitis exprobrat, quod non

tantum eorum qui tunc erant, verum etiam eorum qui fuerat olim, impietatem suis sceleribus superauerint. D. Hieronymus admonet, in Capernaum (quae interpretatur villa pulcherrima) damnari incredulam Hierusalem, cui dicitur per Ezechielem, iustificata est Sodoma ex te. Sic Tyrus & Sidon iustificatur ex Chorazin & Bethsaidan, quod haec recusarunt credere ipsi Domino, cuius ille Apostolis crediderunt.

In illo tempore respondens Iesus, &c. Illud tempus dicit, quo discipuli a praedicatione laeti reuersi, dixerunt: Domine, etiam daemonia subiiciunt nobis per nomen tuum. Nos autem per hoc docemur, Deo tribuendum esse, quicquid cum laude gerit. Tu vide Lucae cap. 10. Euthymus docet monet, participium respondens, hic non ad praecedentem aliquam interrogationem referri, sed principium esse orationis. Plures praeterea in hunc locum annotauit modos, quibus in scripturis diuinis verbis, respondere, vsurpant.

Confitebor tibi pater. *Ἰψευλογῶμαι σοι πατήρ*, id est, Confiteor tibi pater. Euthymius rectè monet, secutus Chrysofomum, confiteri hic significare gratiarum actionem. Vnde bene vertit Erasmus, Gratias ago: licet idè verbum Lu. 10. Confitebor verterit, quemadmodum antea & hic & illic versum fuit.

Quia abscondisti haec a sapientibus &c. Chrysof. monet, non esse hoc ita accipiendum, quasi Dominus gaudeat perditione illorum: sed quod haec sit via salutis optima, ut qui respuunt quae dicuntur, & nolunt suscipere, nullo pacto cogant, ut quonia vocati non obtemperarunt, sed salutem oblatam spreuerunt, iusto Dei iudicio reiecti, tamè ipsa reiectione quodammodo resipiscere cogantur, hoc est, grauiter admoneant. Sic certè diligentiores etiam fient qui crediderunt: quibus quia reuelata mysteria sunt, laetari atque gaudere dignum est. Sensus itaque est secundum Chrysof. gratias ago, quod quum iusto iudicio tuo abscondideris haec a sapientibus &c. reuelaris ea paruulis. Na huc sensum probat Chrysof. simili locutione Pauli, dicentis: Gratias ago Deo meo, quonia fuistis serui peccati, obedistis autem ex corde, in qua traditi estis formam doctrinae. Quemadmodum ibi Paulus non ideo gratias agit Deo, quod gaudeat Romanos fuisse seruos peccati: sed quod, quum tales fuerit, facti sint cultores veritatis: ita hoc loco Dominus Iesus gratias agit patri, non quod gaudeat sapientes & prudentes (quos scribas & pharisaeos appellat, eodè Chrysof. authore) in sua caecitate perire: sed quod quum hi sua culpa, iusto Dei iudicio peant, per cognitionem veritatis seruetur paruuli, hoc est, illi quos hic mundus tanquam stultos despicit, quales erant Apostoli piscatores. Inuenio apud Clemenem lib. 4. Recognitionum ad Iacobum fratrem Domini, hunc

hunc locū citatū, & ipsius Petri Apostoli ore interpretatū his verbis: Confitebor tibi pater &c. per quod vtiq; declaratur, inquit, qd Hebraeorū popul' qui ex lege eruditus est, ignorauit eum. Populus autē gentium agnouit Iesum & veneratur, ppter quod & saluabitur, nō solum agnoscens eum, sed & voluntatē faciē. Debet aut is qui ex gētib; est, & ex Deo habet vt diligit Iesum, ppter habere propositū, vt credat & Mosi. Et rursus: Hebraeus q; ex Deo habet vt credat Mosi, habere debet & ex pposito suo, vt credat in Iesum, vt vnusquisq; eorum habens in se aliud diuini muneris, aliud pprīe in dustrīe, sit ex vtroq; perfectus. De tali enim dicebat Dñs noster vīro diuīte, qui profert de thesauris noua & vetera. Hæc ibi, verbis diuī Petri Apostoli.

In d. pater. J. vai d. v. i. certè pater. Alloquitur patrē blādientis more, vt indicat Hieron. vt cœptum in Apostolis beneficiū cōpleatur.

Om̄ sic sūt placitū ante te. J. quo s. doceres, tibi nō placere feroces, & suā iustitīa suāq; prudētiē fidētes: & eos eē magnos apud te ob simplicitatē fidei, quos mūd' habet p stultis & abiectis. Oīa mibi tradita sūt a patre meo. J. Dixit supra, qd absconderit pater; nē igit suspicoris, qd ipse quidē nihil faciat, om̄ia autē solus patris sint, dicit: Om̄ia mibi tradita sūt, & vna potestas meā & illius, quā autē audis, tradita sūt: nē suspicoris qd tanq; seruo & inferiori tradita fuerint, sed tanq; filio. Nam secundū hoc qd natus est à patre, oīa tradita sūt ei. Nisi enim natus esset ab eo, & eiusdē esset substantiā, nō fuissent ei tradita. Nō à Dño, inquit, sed à patre meo: vt exempli gratiā, si nascat pulcher puer à pulcherrimo pte, & dicat, Data est mihi pulchritudo à patre meo. Hæc Theophylactus. Videtur autē mihi etiā eō hoc Domini pronuntiatum pertinere, vt intelligant discipuli, vnde proficiscatur illa virtus, vt in ipsius homine etiā daemona eis subijciantur. Omnium enim horum fons & origo, est Deus pater, cum quo vnus Deus est filius, persona duntaxat ab eo distinctus, vt qui nascitur à genente, modo prorsus inenarrabili. Et quā arcta sit inter has duas personas, & arcana eō iunctio, ex eo quod sequitur, potest animaduerti. Et nemo, inquit, nouit filium nisi pater, &c. Neq; verò vulgare hīc dicit cognitionem, qua omnes credentes agnoscunt patrem & filium esse, sed eam quæ est secundū naturā vtriusque. Hanc enim nulla creatura comprehendere potest. Dicit enim Lucas:

Nemo scit quis sit filius, nisi pater: & quis sit pater, nisi filius. J. Significat ergo hoc dicto Christus, se esse æqualem patri, ex eo qd æqualiter semetipso nouerunt. Quam æqualitatē & inde animaduertimus, qd quæ admodū paulo ante

gratias egit patri, qd ea quæ de filio sūt, hoc est, filium ipsum, reuelarit parulis: ita hīc, pfitetur, quod nemo queat nouisse patrem, nisi cui filius reuelauerit. Euthymius.

Venite ad me oēs qui laboratis, & onerati &c. J. Omnes ad se inuitat, tam ethnicos q; Iudæos, sine omni psonarū exceptione, quotquot curis, dolorib; peccatis, deniq; quibuscūq; afflictionib; laborat & onerati sūt. Venite, inquit, ad me, nō vt ad tyrānū pœnas daturi, sed vt ad eū qui misericordia & charitate erga vos motus, paratus sum laboribus, afflictionibus, deniq; omnium malorū vestrōrum oneribus in me receptis, vos leuare, liberare, & refocillare. D. Hieron. pœculariter de onere peccatorum intelligit: Grauiā, inquit, onera esse peccati & Zacharias ppheta testatur, dicens iniquitatem

federe super talentum plumbi. Et Dauid, Iniquitate meā aggrauatē sūt super me. Subijcit tamen, rectē etiam de Iudæis intelligi posse, qui grauisimo legis iugo premebātur, vt hos ad Euangelij gratiam inuitet. Cui consonat quod Pet' Act. 15. ait: Quid tentatis Deū imponere iugū super ceruices discipulorū, quod neq; patres nostri, neq; nos portare potuim? Sed per gratiā Dñi Iesu Christi credimus saluari, quem admodū & illi. Hoc serē modo interpretat Theophylactus: Omnes vocat, inquit, nō solum Iudæos, sed & gētiles. Per laborantes, intelligit Iudæos, vt facientes traditiones legis, & in operatione mandatorū legis fatigatos. Per oneratos autē, gētiles, onere peccatorū oppressos. Hos igitur quiescere facit Christus. Credere enim, & confiteri, & baptizari quis labor? Quomodo autem nō & quies? Quando quidē & hīc nihil sollicitum esse oportet de ijs, quæ ante baptismum facta sūt, & alibi quies te susceptura est. Hæc Theophyl.

Tollite iugū meū super vos, & discite &c. Iugum enim meū suauē, seu cōmodum est, & onus meum leue. &c. J. Querit hīc D. Hieron. quō leui' sit lege Euangelij, quum in lege homicidium, in Euangelio ira dānetur? Qua ratione Euangelij gratia facilior, quā in lege adulteriū, in Euangelio cōcupiscentia puniat? Hanc quæstionem soluit his verbis: In lege multa pcepta sūt, qd Apostolus nō posse cōpleri plenissimē docet. In lege opera requirunt, quæ qui fecerit, viuet in eis. In Euangelio voluntas qritur, qd etiam si effectū nō habuerit, tamē premiū nō amittit. Euangelij ea pcepta qd possumus, nē scilicet cōcupiscamus: hoc in arbitrio nostro est. Lex quum voluntatē non puniat, punit affectū, nē adulteriū facias. Finge in persecutione aliquā virginem pstitutam. Hæc apud Euangelium, quia voluntate non peccat, virgo suscipitur: in lege quasi corrupta repudiatur.

Sed

Tim. 3.

Psal. 37.

Philip. 3.

Reg. 11.

Num. 28.

Gen. 6.

Act. 15.

Sed rursus indicat Origenes mirum quibusdam videri, qua ratione Dominus iugum suū suauē, & onus leue dicat hoc loco, quum alibi suis imponat crucem, eamque non semel in vita, sed quotidie ferendam: Et Paulus constanter pronunciet, persecutionē passuros esse, quotquot piē viuere volūt in Christo: Et longum afflictionum catalogum texat, quas semper tum expectare, tum tolerare necesse sit, 2. Corinth. 6. qui locus ita incipit, Sed in omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut Dei ministros, in multa patientia, in tribulationibus, &c. Quantum verò suarū afflictionū textit catalogum cap. 11. eiusdem Epistolæ? Quid igitur ad hæc dicemus? videtur ne tale iugum suauē, & onus tale leue? Non videtur quidem hominibus ignorantibus Deum, & quanta is præparauerit diligentibus se: hominibus, inquam, mundo & carni deditis, & vt sapiens inquit, Pacem habentibus in substantijs suis. Sed longē aliud videtur illis, qui recta fide illuminati, spe futurorum bonorū erecti, accensi charitate erga Deū, ac desiderio vitæ eius quæ est in Christo Iesu, cum Apostolo Paulo existimāt omnia detrimentū esse, propter eminentem scientiam Iesu Christi Domini nostri, propter quem omnia detrimentū feci, inquit ille, & arbitror vt iterora, vt Chri-

stū lucrificiam. Hi cum eodē Apostolo sentiunt, non esse condignas afflictiones, quas hīc perpetimur, ad futurā gloriā, quæ reuelabitur in nobis. Et si attendamus, quid aliud nos hoc ipso loco docet Dñs Iesus, quā ferre crucem afflictionū, quum ait, Discite à me, quod mitis sum & humilis corde? Ferocibus enim, & (vt Iohannis verbo vtar) superbia vitæ huius elatis, intolerabile videtur iugū Dñi, non sentientibus interim præstupore animi, quanto intolerabilius iugum ipsi ferant scelerisimæ seruitutis, eiusdemq; crudelissimæ peccati atque diaboli, percepturi tandē ab istis suis dñis æternæ mortis & gehennæ stipendium. Qui verò à Domino & præceptore nostro Iesu didicere mansuetudinē & humilitatem cordis, ne sentire quidem videtur iugū huius & oneris molestiam, ad eō vt de diuo Laurentio legamus, quod craticulæ impositus, & admotus igni, iater rosas sibi & lilia iacere sit visus. Quid multis? An non videmus ipsi quotidie, quā tumultuentur perpetuō homines mundo dediti? Rursus, quā placidi sint & quieti, qui mundo spreto, nihil aliud querunt, quā vt se atque actus suos possint probatos reddere Domino Deo? quantam hi habeant requiem in animabus suis, quantas illi contra perturbationum tempestates?

CAPVT XII.

In illo tempore abiit Iesus per sabbato, discipuli autem eius esurientes, cœperunt vellere spicas, et manducare. Pharisei autem videntes, dixerunt ei: Ecce discipuli tui faciunt quod non licet eis facere sabbatis. At ille dixit eis: Non legistis quid fecerit Dauid quando esuriit, & qui cum eo erant, quomodo intrauit in domum Dei, & panes propositionis comedit, quos non licebat ei edere, neque his qui cum eo erant, nisi solis sacerdotibus? Aut non legistis in lege, quia sabbatis sacerdotes in templo sabbatum violant, & sine crimine sunt? Dico autem vobis, quia templo maior est hīc. Si autem sciretis, quid est: Misericordiam volo, & non sacrificium, nunquā condemnassetis innocentes. Dominus enim est filius hominis, etiam sabbati. ¶ Et cum inde transisset, venit in synagogam eorum. Et ecce homo manum habens aridā, & interrogabant eū, dicentes: Si licet sabbatis curare? vt accusarent eum. Ipse autem dixit illis: Quis erit ex vobis homo, qui habeat ouem vnā, & si ceciderit hæc sabbatis in foueam, non nē tenebit & leuabit eam? Quanto magis melior est homo oue? Itaq; licet sabbatis benefacere: Tunc ait homini: Extende manū tuam. Et extendit, & restituta est sanitati, sicut altera. Exeuntes autem pharisei, consilium faciebant aduersus eū, quomodo perderet eum. Iesus autē sciens, recessit inde, & secuti sunt eum multi, & curauit eos oēs, & precepit eis, nē manifestū eum facerent. vt adimpleretur quod dictū est per

Esaiam prophetam, dicentem: *Eccè puer meus quem elegi, dilectus meus in quo benè complacuit animæ meæ: Pona spiritum meum super eum, & iudiciū gentibus nunciabit. Non cōtendet neq; clamabit, neq; audiet aliquis in plateis vocē eius: arundinē quassatam non confringet, et linū fumigans nō extinguet, donec eijciat ad victoriā iudiciū, & in nosse eius gentes sperabunt.* Tunc oblatum est ei dæmoniū habens, cæcus & mutus, & curauit eum, ita vt loqueretur & videret. Et stupebant oēs turbæ, & dicebant: *Nunquid hic est filius David?* Pharisei autē audientes, dixerunt: *Hic nō eijcit dæmones, nisi in Beelzebub principe dæmoniorū.* Iesus autē sciens cogitationes eorum, dixit eis: *Omne regnum diuisum in se, desolabitur: & omnis ciuitas vel domus diuisa contra se, nō stabit: Et si satanas satanā eijcit, aduersus se diuisus est: quomodo ergo stabit regnum eius? Et si ego in Beelzebub eijcio dæmones, filij vestri in quo eijciunt? Ideo ipsi iudices vestri erunt. Si autē ego in spiritu Dei eijcio dæmones, igitur peruenit in vos regnum Dei. Aut quomodo potest quisquā intrare in domū fortis, & vasa eius diripere, nisi prius alligauerit fortē, & tunc domum illius diripiet? Qui non est mecum, contra me est: & qui non congregat mecum, spargit.* Ideo dico vobis: *Omne peccatum & blasphemia remittetur hominibus, Spiritus autē blasphemia non remittetur. Et quicumq; dixerit verbum contra filiū hominis, remittetur ei: qui autem dixerit contra spiritum sanctum, non remittetur ei, neq; in hoc seculo, neq; in futuro. Aut facite arborem bonā, & fructum eius bonum: aut facite arborem malā, & fructum eius malum: siquidē ex fructu arbor agnoscitur. Progenies viperarū, quomodo potestis bona loqui, cum sitis mali? ex abundantia enim cordis os loquitur. Bonus homo, de bono thesauro profert bona: & malus homo, de malo thesauro profert mala. Dico autem vobis, quoniam omne verbum ociosum, quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicij. Ex verbis enim tuis iustificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis.* Tunc responderunt ei quidam de scribis & pharisæis, dicentes: *Magister, volumus à te signum videre.* Qui respondens, ait illis: *Generatio mala & adultera signum quærit, & signum non dabitur ei, nisi signū Ione pphete.* Sicut enim fuit Iona in ventre ceti tribus diebus et tribus noctibus, sic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus. Viri Niniuitæ surgent in iudicio cum generatione ista, & cōdemnabunt eā: quia poenitentia egerunt in predicatione Ionæ: & eccè plusquam Iona hęc, Regina austris surget in iudicio cum generatione ista, & cōdemnabit eā, quia venit à finibus terræ audire sapientiā Salomonis: & eccè plusquam Salomon hęc. Cum autē immundus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida, quærens requiem, & non inuenit, Tunc dicit: *Reuertar in domum meam vnde exiui. Et veniens, inuenit eam vacantem, scopis mundatā, & ornatā. Tunc vadit, & assumit septē alios spiritus secum nequiores se: & intrātes, habitāt ibi, & fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus.*

Spiritus autem blasphemie

son. 2.

prioribus. Sic erit et generationi huic pessima. ¶ Adhuc eo loquente ad turbas, eccè mater eius et fratres stabant foris, quærentes loqui ei. Dixit autem ei quidam: *Eccè mater tua et fratres tui foris stant, quærentes te.* At ipse respondens dicenti sibi, ait: *Quæ est mater mea, et qui sunt fratres mei?* Et extendens manum in discipulos suos, dixit: *Eccè mater mea et fratres mei. Quicumque enim fecerit voluntatem patris mei qui in cælis est, ipse meus frater, et soror, et mater est.*

IN CAPVT XII.

In illo tempore, abiit Iesus sabbato per sara. &c.] In Luca legimus hoc factum esse in sabbato, hoc est, eo sabbato, quod incidens inter duo sabbata, geminam habebat religionem, quod & finis esset sabbati præcedentis, & principium sequentis. Quidam putant eum fuisse diem, qui festum Paschæ sequeretur: hoc est, sextamdecimam lunam, quo die Leuitici vigesimo tertio capit. præcipitur offerri manipulos: atque is dies eodem loco vocatur alterum sabbatum. Cui non male cōsonat, quod in Lucam scribit Euthymius, his verbis: *Sabbatum simpliciter omne festum vocant Hebræi, propter requiem. Nunc autem dicit festum azymorum. Hoc itaque festum vocabatur secundoprimum, tanquam secundum quidem à Pascha, primum verò ab azymis. Post festum enim Paschæ, festum azymorum peragebant, quod primum erat septem dierum, quibus vescabantur azymis. Verba Domini ad Moysen in Leuitico sic habent: *Loquere filiis Israel, & dices ad eos: Quum ingressi fueritis terram quam ego dabo vobis, & messueritis segetem, feretis manipulos spicarum, primitias messis vestræ, ad sacerdotem. Qui eleuabit fasciculum coram Domino, vt acceptabilis sit pro vobis altero die sabbati: & sanctificabit illum. Eccè hęc iam præfens ille sacerdos, specimen edit suæ functionis, nimirum quod ipse sit sanctificaturus messem nostram, & gratam facturum Deo patri. Paulus Apostolus etiam vocat messem tempus, quo Deus redditurus est vniciq; secundum opera sua, 2. Corinth. 9. quum dicit, Qui parçè seminat, parçè & metet. Neque verò manipuli nostri sacrificiū fieri possunt Deo gratum, nisi per hunc sacerdotem offerantur: sed nostrum est aduigilare, nè coram sacerdote vacui appareamus. Si manipulos nostros illi obtulerimus benedicendos, edemus, & viuet anima nostra. Iam quod ad præsentem disputationem attinet, quum Dominus cum Pharisæis habet super factō discipulorū, hanc pulchrè explicat Tertullianus aduersus Marcionem libro quarto, indicans statum**

esse scripti & voluntatis. Nam quum legem daret per Moysen DEVS, nè sabbato facerent opus seruille: non erat hæc Dei voluntas, vt superstitione sabbati periret vita hominis: sed vt intermissis operibus quæ pertinent ad augendas huius mundi diuitias, fierent opera quæ placent Deo: inter quæ præcipua sunt, quæ dicuntur charitas in proximum. Et si quis diligenter attendat, non discipuli Christi violant hęc sabbatum, sed Pharisei. Sententia enim præcepti est, nè quis sabbato animam affligat, non tantum laboribus externis, verum etiam ieiunijs. Pharisei verò mällent Christi discipulos fame perire, quam spicas decerpere & edere.

Non legis quid fecerit David &c.] Exemplo calumniam eorum refutat, ac docet nihil esse peccati, quod faciunt discipuli. Erat autem exemplum maximè idoneum, eò quod omnes agnoscerent illum Prophetam insigniter probatum ac sanctum fuisse virum. Porro historia luculenter scripta est libro primo Reg. cap. 21. Factum est in vrbe Nobæ, cum iugeret Saulem &c. Panes propositionis, Hebraica dicendi figura est, pro eo quod Latine dicitur, panes propositi. De his panibus ita præceptum legimus Leuitici cap. 24. Accipias quoquē similam, & coques ex ea duodecim panes, qui singuli habebunt duas decimas. Quorum senos altrinsecus super mensam purissimam coram Domino statues, & panes super eos thus lucidissimum, vt sit panis in monumentum oblationis Domino. Per singula sabbata mutabuntur coram Domino, suscepti à filiis Israel fœdere sempiterno: eruntque Aaron & filiorum eius, vt comedant eos in loco sancto, quia sanctum sanctorum est de sacrificijs Domini iure perpetuo. Mysterium horum explicat Cyrillus libro 13, in Leuiticum.

Quos non licebat ei edere, neque his qui &c.] Quidam dicunt: Si neque David à vobis reprehenditur, quod urgente fame, contra mandatum legis, panes solis sacerdotibus concessos consecratosq; ederet ipse & pueri ipsius, neq; Achimelech Pontifex, quod hominibus laicis panes illos

Sacros dederit: cur non eadem necessitas famis apud vos excusat hosce meos discipulos, qui rem multò leuiorem faciunt, quàm fuerit illud quod fecerūt illi? Virtus igitur argumenti nascitur ex cōparatione, q̄ fit à maiori.

An non legis in lege, quia sabbatus sac. &c.] Nimirum dum pecudes iugulant, dum detrahunt pellem, dum fecant, dum cōgerunt struem lignorum, dum incendunt, dum cōquunt. Talia enim eos etiam sabbatis fecisse, vel ex hoc intelligi potest, quod legim⁹ Exo. 29. his verbis: Hoc est quod facies in altari: Agnos anniculos duos per singulos dies iugiter, vnū agnum manē, & alterum vesperē, decimā partem similē conspergē oleo tuso, quod habeat mensuram quartam partem hin: & vinum ad libandum eiusdem mensurę in agno vno. Alterum verò agnum offeres ad vesperam, iuxta ritum matutinę oblationis &c. Dum audis, per singulos dies iugiter, etiam sabbato fieri debere intelligis. Non pugnant autem pręcepta diuina inter se. Vndē manifestum est, pręceptum illud de requie sabbati Exodi 20. quo dicitur, Septimo die sabbatum Dñi Dei tui est: Non facies omne opus in eo, &c. non esse sine exceptione de omni opere intelligendum sed de opere seruili, vt paulò antè diximus, pręcipue quod fit per pręcepti contemptum: quemadmodum Num. 15. legimus, Anima verò que per superbiam aliquid commiserit, siue cuius sit ille, siue peregrinus, quoniam aduersus Dominum rebellis fuit, peribit de populo suo. Cuius rei mox subiicit exemplum horribile eius, quem offenderant in solitudine colligentem ligna in die sabbati, obrulerantq; Moysi & Aaron & vniuersę multitudini. Qui recluserunt eum in carcere, nescientes quid super eo facere deberent: Dixitq; Dñs ad Moysen: morte moriat homo iste, obruat eum lapidibus omnis turba extra castra. Cumq; eduxissent eum foras, obruerūt eum lapidibus, & mortuus est, sicut pręcepit Dominus. De talibus, inquam, accipiendū est pręceptum Dei. Nequaquam verò de illis, quibus per charitatem vel colitur Deus, vel succurritur salutis hominis. Hoc qui non animaduertunt, in superstitiones incidunt perniciosas & execrabiles. Qualis fuit illius Iudei, de quo scribit Raphael Volaterranus libro geographię 3. qui tempore Henrici III. Britannię regis, apud Teuksburi in cloacam delapsus sabbato, ob diei obseruationem, noluit extrahi eo die. At Comes eius loci nec insequente die permisit, ob Dominicę diei reuerentiam. Vndē ille priusquam extraheret, extinctus est.

Dico autem vobis, quod templo maior est hic.]

Hoc tanquam per occupationem dictum appareret, quo anteuerteret id quod obijcere poterant, sacerdotes illos, qui ea faciunt sabbatis, idēo vacare crimine, quod quę faciūt, pertinet ad vsum tēpli. Ad hoc itaque tanquam obiectum respondet, discipulos hosce qui spicis decerpitis famem vtcunq; à se depellere conantur, illi ministrare qui longē maior sit tēplo. Itaque hoc magis excusatos esse debere, quàm sacerdotes illos. Erasmus in annota. admonet, quosdam codices Gręcos habuisse *ut supra mltm*, hoc est, maius pro maior: quod plenius esset, inquit idē, vt fit sensus, Est hoc loco quod fit maius templo.

Si autem sciretis quid est, misericordiam &c.] Quasi d. Quod si propter sacrificiū sacerdotes sabbatum soluunt & culpa vacant, vti iam audistis, multò magis propter misericordiam culpa vacare debent hi, qui fame adacti, spicas decerpunt vt edant, quū testimonio Osę Deus misericordiam pręferat sacrificio. Est autem locus Osę cap. 6. de quo etiam nono cap. Marth. dictum est.

Dominus enim est filius hominis, etiam sabbati.] Hoc verbo & innocentiam discipulorū probat, quos non potuit obligare pręceptum de sabbato obseruando, dum ipsius sabbati Dño ministrabant: & suam Diuinitatem innuit, quum non possit alius sibi vindicare dominium sabbati, quàm ille qui sabbatum instituit, & hominibus mandauit. Is autem Deus est. Nisi malis filium hominis, hoc loco non pro Christo peculiariter accipere, sed generaliter pro vniuersa posteritate Adā, hoc est, genere humano: quo sensu Chrysostronus putat apud Marcum esse scriptum, Sabbatū propter hominem factum est, nō homo propter sabbatum. Itaque Dominus est filius hominis etiā sabbati. Sed expeditius est, vt Theophyl. & Euthymium secuti, intelligamus, Christū vti Deum, Dominum esse & conditorem sabbati, atque hoc ipsum sabbatum cōdidisse ad vtilitatem generis humani: vt vbi necessitas postulet, sabbati religio cedat vtilitati humane: non autem contrā, vtilitas hominis cedat religioni sabbati. De qua re & ipse Chrysostronus eleganter differit in fine homilię 40. in Matthæum.

Et cum transisset, venit in Synagogam eorum.] Hoc scribit Lucas factum esse in alio sabbato. Factum est autem, inquit, & in alio sabbato, vt intraret in synagogam, & doceret. Et erat ibi homo &c.

Et interrogabant illum, dicentes: Licetne &c.] Marcus & Lucas scribunt, ipsum Dominum, homine habente manum aridam in medio constituto, quę fuisse ex Phariseis, vtrum liceat

sabbatis benè facere, an malè facere: animam seruare, an perdere. Sed vtrunque factum esse credendum est, inquit Chrysostronus, nempe Phariseos interrogasse, an liceat sabbato curare, & Dominum vicissim ex illis quę fuisse, vtrum liceat benefacere, an malè facere: seruare, an perdere: vt vbi ad generalem hanc quæstionem illi respondissent, liquidò pateret quod querebant. Si enim benè facere & seruare præstat, quàm malè facere & perdere: præstat etiam curare, quàm non curare. Quandoquidem non curare quę curare possis, nihil aliud est, quàm affligere: & non seruare quem seruare possis, perdere est. Porro homo habens aridam dextram, typus est generis humani, authore Theophylacto in Lucam, cuius virtus operandi bonum exaruerat. In Euangelio quo vtuntur Nazareni & Hebionitę, quod Diuus Hieronymus scribit se de Hebræo sermone in Græcum translulisse, idēque à plerisque Matthęi authenticum vocari, homo iste qui aridam habet manum, cæmentarius scribitur, istiusmodi vocibus auxilium precans: Cæmentarius eram, manibus victū quęritans: precor te IESU, vt mihi restituis sanitatem, nē turpiter mendicem cibos.

Quis erit ex vobis homo, qui habeat ouem &c.] Hac similitudine non solum ostendit, quod liceat sabbato succurrere salutis hominum, verum etiam auaritiam Phariseis exprobrat, qui pluris faciāt pecudes suas, quàm homines.

Tunc ait homini, &c.] Marcus ait, quod priusquam hoc diceret homini, circumspekerit illos tacentes ad propositam quæstionem, cum iracundia, condolecens super cæcitate cordis eorum.

Exeuntes autē Pharisei, consilium faciebāt &c.] Marcus ait eos consilium hoc iniisse cum Herodianis, repletos iam auaritia, vt addit Lucas. Porro Herodianos interpretatur Euthymius, Iudeos quidem genere, sed Herodem vehementer colentes, quod suspicarentur hunc esse Christum à Prophetis promissum, propterea quod à patriarcha Iacob fuerat p̄dictum, non ablatum iri sceptrum de Iuda, neque ducem de femore eius, donec veniat qui mittendus est, Gen. 49. Erat autem Herodes alienigena. Ex scriptura igitur malè intellecta (vt fit) occasionem sumpserat Herodianorum se cta.

Iesus autem sciens, recessit inde.] Secessit, non quod sibi metueret: sed vt suo exemplo nos doceret, relinquendos esse eos quos videmus insanabiles, nē nostros in se officiosos labores, sibi vertant in occasionem maioris impi-

etatis. Pręterea innuit instare tempus, quosana doctrina transferenda erat ab indocili p̄fractoque populo Iudaico ad gentes, iuxta vaticinium Esaię Prophetę capite quinto, sub allegoria de vinea: Quid est, inquit, quod vltra facere debui vineę meę, & non feci ei? An quod expectaui vt faceret vvas, & fecit labruscas? Et nunc ostendam vobis, quid ego faciam vineę meę: Auferam sepem eius, & erit in direptionem: Diruam maceriam eius, & erit in conculcationem, & ponam eam defertam. Non putabitur, & non fodietur, & ascendent super eam vepres & spine: & nubibus mandabo, vt non pluant super eam imbrem. Porro secessus ille à Iudeis factus, est occasio salutis omnibus nationibus gentium. Vndē sequitur apud Euangelistam: Et sequuti sunt eum multi, & sanauit eos omnes.

Et pręcepit eis, nē manifestum eum facerent.] Nimirum significans, neque se ad ostentationem edere miracula, inanis glorię studio, neque annuncianda esse Dei opera illis, qui his adeo non fiunt mitiores, vt etiam exasperentur magis. Quapropter & apud Esaiam (vt diximus) mandat nubibus, nē pluant super ingrati vineam. Et Eccl. 32. p̄cipitur, nē quis effundat sermonem, vbi non est auditus.

Eccē puer meus quem elegi.] Puer meus, Erasmus vertit, filius meus, quod hoc magis videatur conuenire huic loco, vbi constat patris vocem esse de Christo. Alioquin quod in Hebræo est *עבדך*, & in Gręco *δούλος μου*, & in veteri translatione Latina, Puer meus, ratione vocabulorum, tam de seruo aut famulo potest intelligi, quàm de filio. Imò verò Hebraica vox de seruo seu ministro, & non de filio. Porro diuus Hieronymus in Esaiā ex Hebręo vertit, Eccē seruus meus.

Et in commentarijs ita scribit: Nec mirum si Galat. 4. seruus vocetur, factus ex muliere, factusque sub lege: qui quum in forma Dei esset, humiliauit se, formam serui accipiens, & habitu inuentus vt homo. In quo complacuit sibi anima DEI, cernens in illo omnes esse virtutes: imò ipsum esse Dei virtutem atque sapientiam. Porro quod non ad verbum videatur Euangelista Prophetę locum adduxisse, nihil incommodum est, quum sensum fideliter adduxerit: nisi quod post illud membrum, Donec eiiciat ad victoriam iudicium, hæc videntur omissa, Non erit tristis, neque turbulentus, donec ponat in terra iudicium. Sed hæc suspicatur Diuus Hieronymus in Esaiā, scriptoris errore esse omissa, inter iudicium, & iudicium: quod facillè accideret

Iohan. 9.

dere potuit. Significat autem, eodem Hieronymo interprete, quod resurgens ex mortuis, cunctos illuminauerit, nec morte contritus sit, donec poneret super terram iudicium: qui loquebatur in Euangelio: In iudiciu ego ueni in mundum istum, ut non uidentes uideant, & uidentes caeci fiant. Totum locum ex Hebraeo sic reddidit Hieronymus: Ecce seruus meus, suscipiam eum: electus meus, obplacuit sibi in illo anima mea. Dedi spiritum meum super eum: iudicium gentibus profert. Non clamabit, neque accipiet personam: nec audietur foris uox eius. Calamum quassatum non conteret, & linum fumigans non extinguet: in ueritate educet iudicium. Non erit tristis, neque turbulentus, donec ponat in terra iudicium: & legem eius infula expectabunt. Haec prophetae uerba pulchre confirmant nostram interpretationem de secessu Domini Iesu a Iudaeis: nempe quod eo uoluerit innuere, doctrinam caelestem a Iudaeis transferendam esse ad gentes. Quod non est factum ante resurrectionem eius ex mortuis. In hoc enim Deus pater dedit spiritum suum mitem & mansuetum super eum, ut quum esset iudicium caelestis doctrinae prolaturus etiam ad gentes, tamen ipse intra Iudaeae fines se continuerit, omni mansuetudine eos ferens, quantum crassos & barbaros: donec tandem per resurrectionis gloriam, & spiritus sancti missionem ipsa ueritas tanto emicaret fulgore, ut caecis quidem gentibus oculos aperiret: pertinacibus autem & praefractis Iudaeis in a perstringeret, ut id quod habuerunt uisus, penitus amitterent. Quassata deinde arundo est populi Iudaici grauer per Titum & Vespasianum: sed linum dispersiois illorum adhuc fumigat. Quia caecitas ex parte contigit Israeli, donec plenitudo gentium intraret: & tunc reliquiae saluae fient. Et per Prophetam Dauid inquit Psal. 58. Deus ostendit mihi super inimicos meos, ne occidas eos, ne quando obliuiscantur populi mei. Disperge illos in uirtute tua, & depone eos. ptector meus Domine. Ecce uero, adest occasio miraculi, in quo eadem nobis pulcherrimo typo expressa atq; depicta proponuntur.

Tunc oblatu est ei damonium habens, caecus & mutus, &c.] Typus, inquam, hic erat populi gentilis, qui per idololatriam totus a demonijs obfessus, excacatus ignorantia ueri Dei, uita eterne, & omnium eorum quae ad consequendam salutem pertinent: mutus prorsus ad laudandum Deum, atque de uoluntate eius diuina loquendum. Hinc Christus per uerbum Euangelij sui demonia eiecit, per fidem oculos mentium aperuit, ut uerum Deum agnosceret: de-

Rom. 11.

niq; effuso in credentes spiritu sancto, referauit ora, & laxauit linguas, ut laudantes loquerentur mirabilia opera Dei: ut copiose exponit Lucas Act. 2. & alijs locis. Porro quomodo per idololatriam primu occupauerit diabolus gentes, legere est cap. 14. libri Sapientiae. *Et obstupuerunt omnes uerba.]* Simile scribit Lucas in Actis. Struebant autem omnes, inquit, & mirabantur adinuicem dicentes, Quidnam uult hoc esse? *Nunquid hic est filius David?] Hoc dixerunt,* quod ex Prophetis didicerint, Christum ex progenie Dauid esse oriturum. Quamquam alioqui eos quos honorifico aliquo nomine appellare uolebant Iudaei, filios Dauid nominare consueuerant, ut cap. 9. monuimus. Verum hic additus articulus *et uos,* facit ut non possit de quouis filio Dauid intelligi, (quod annotauit Erasmus) sed de certo quodam, nempe qui Prophetarum oraculis promissus expectabatur. Et nonnulli codices Graeci addunt, *et xpi:* ut sit, Num hic est ille Christus filius Dauid? *Hic non eiecit demonia nisi in Beelzebub.]* Capite nono simile miraculum edidit Dominus, quod simili calumnia impetierunt Pharisei. Quae ibi diximus, non est opus repetere hic, Quare persequamur nunc ea, quibus explicandis ibi non fuit occasio. Porro de nomine Beelzebub, uel (ut Graeci scribunt) Beelzebub, diximus in illud capitis 10. Si ipsum patremfamilias uocauerunt Beelzebub, quantum magis domesticos illius? *Iesus autem sciens cogitationes illorum, &c.]* Hoc ipso declarauit se esse Deum, quod uidebat quid cogitarent, quum illi hoc non dicerent palam, (ut apparet) sed intus dumtaxat munitarent, reuerenti nimirum populum, quo teste, toties illis Dominus Iesus os obturauerat. Neque uero hoc, siue clanculum munitarent metu populi, siue palam locuti sunt, ut populum a Iesu auerterent, per ignorantiam aut errorem dixerunt: sed per inuidiam, blasphemates opera Iesu, quasi uirtute diaboli facta, quae nullius uirtute praeterquam folijs Dei, fieri potuerunt. *Omne regnum diuisum contra se, desolabitur &c.]* Per tria exempla, tanquam per gradus descendens, ostendit, quam sit absurda & ab omni ratione aliena illorum calumnia. Firmissimum quiddam in rebus humanis uidetur esse regnum: proximum, ciuitas: hinc, domus. Et tamen nihil horum tam firmum est, quod non statim euertere queant intestinae discordiae & seditiones. Neque uero tam sunt hebeti stupidique ingenio demones, ut ignorent idem euenturum esse regno suo, si ipsi inter se dissidere tumultuariq; incipiant, ut unus alium ex hor-

Act. 13.

ex homine, quem hic forte occuparit, eiciat. Non esse, inquam, illos tam stupidos, uel hinc facile est animaduertere, quod nihil maiori conatu in his quae ad nos pertinent, (quos capitaliter oderunt, inuidentes nobis regnum illud caeleste, ex quo ipsi, propter hoc ipsum sunt exurbati, quod per superbissimam seditionem noluerunt regi suo & Creatori parere) machinatur, quam ut dissidia inter nos & contentiones excitent. Et scilicet nobiscum ageret, si ille tam sceleratus conatus illis minus succederet. Quod si ceperimus, pro mali atrocitate explicare, neque dicendi, neque lamentandi finem facile inuenierimus. Tam enim hoc late patet, quam ipsum genus humanu, atque terraru orbis. Quis enim in hoc angulus est, quae in illo tam sancta congregatio, quam scelestus ille non dissidijs, odijs, seditionibus, bellisq; concutiat? Ecclesiam Christianam principio horrenda tyrannorum saeuitia est aggressus. Verum hic adeo nihil promouit, ut quo magis oppugnaret, eo magis illa fines suos gloriosissimis Martyrum uictorijs atque triumphis propagaret. Quod ubi animaduertit, aliud tartara sua consilia conuertit, ut excitaret pseudochristianos hereticos, qui sub nominis Christi & religionis praetextu, ipsam Ecclesiam per intestina dissidia discinderent ac disturberent. Atque hic pro dolor tatos inuenit successus, ut nos in occidentalis Europae angulum tandem coegerit. Ac ne adhuc quidem desinit nos, in hoc ipso angulo, immixtis partim ueterum, partim nouarum heresum portetis, iam per triginta, plus minus, annos horrendum in modum exagitare. Quum itaque pro illa sua tam malitiosa uersutia, tam probe nouerit, quid possint dissidia: quis credat illum tam esse stolidum, ut inter suos satellites eam patiatur simultatem, ut se mutuò eiciant: imò ut ipse eos eiciat, idque ex hominibus, horum saluti consulens, quos tam capitaliter odit atque persequitur? Unde & opportunè uocabulo fatanas, hic utitur Dominus, quod in nulla re alia magis conspirauerint demones, quam ut no bis, & illis quae sunt nostrae salutis, aduersentur. Ex his facile potest intelligi, quae sit uis & sententia argumenti, quo Dominus impudentem & blasphemam calumniam Phariseorum refutat. Repugnat enim, adeoque contraria sibi mutuò sunt, caedemones in hominum perniciem conspirasse, & eosdem se mutuò ex hominibus expellere, ut salui sint ipsi homines: praesertim quum ex illis quae quotidiè, ipsis etiam auctoribus sunt, facile intelligant, coniunctum hoc fore cum dominij sui (hoc est, tyrannici regni) exitio.

Et si ego in Beelzebub eicio demones, &c.] Secundum argumentum est a comparato, quo probat, non se praesidio Beelzebub eicere demonia: quod D. Hieronymus explicat his uerbis: Filios Iudeorum, uel exorcistas gentis illius ex more significat, uel Apostolos ex eorum stirpe generatos. Si exorcistas, qui ad inuocationem Dei eiciebant demones, coarctat interrogatione prudenti, ut confiteantur spiritus sancti esse opus. Quod si expulsio demonum, inquit, in filijs uestris Deo, non demonibus, deputatur: quare in me idem opus nostri eandem habeat causam? Ergo ipsi iudices uestri erunt, non potestate, sed comparatione: dum illi expulsionem demonu Deo assignat, uos Beelzebub principi demoniorum. Sin autem de Apostolis dictu est, quod & magis intelligere debemus, ipsi erunt iudices eorum, quia sedebunt in duodecim solijs, iudicantes duodecim tribus Israél. Posterior hic sensus placet Chrysof. Theophyl. & Euthymio. *Si autem ego in spiritu Dei eicio demones, &c.]* Mira lenitate tractat eos, omnes respiciendi occasiones offerens, si uellent apprehendere. Nam postquam ostendit absurdissimum esse, dicere aliquem eicere demones per principem demoniorum: reliquum erat ut fateretur uirtute Dei id fieri. Hinc iam infert, ergo iam adesse Messiam illum regem a Deo uentum, qui uicto diabolo, atque in uincula coniecto, regnum asserturus esset Deo, iuxta prophetarum oracula. Ne quid autem inciuilius aut arrogantius de se dicere uideatur illis, qui parati erant calumniari omnia, quantum uis bene dicta, non dicit, Igitur ego sum Messias: sed per enallagen personae, & metonymiam nominis. Ergo peruenit ad uos regnum DEI: ut quod ipse ciuilliter tacuit, illi ex connexo facile possent intelligere: ita temperato sermone modestae, ut tamen illos non fraudaret eius rei doctrina, cuius cognitio necessaria est ad salutem, ut quemadmodum uiderant, eiecto ex corpore miseri illius diabolo, eum qui fuerat caecus & mutus, iam uidere & loqui, ita ipsi per hunc regem, diaboli uictorem, liberati ab illius tyrannide, corde crederent ad iustitiam, & ore facerent confessionem ad salutem. Sed hi sua ipsorum inuidia dementati, maluerunt seruire tenebraru tyranno, quam regem lucis confiteri. *Aut quomodo quisquam potest intrare in domum fortis, &c.]* Haec est maior propositio totius argumentationis, qua demonstrat se esse Christum. Quam si uelis dialecticorum more disponere, hic erit ordo: Nemo potest intrare in domum potentis, & uasa illius diripere, nisi prius uinxerit potentem:

Mat. 19.

Chrysof.

Theoph.

Euthym.

q

Atqui

Atqui ego, vt videtis, ingressus in hunc mundum, quæ diabolus vti dominus possidebat, per spiritum Dei tyranno illo eiecto, vasa illius diripio. Ergo peruenit ad vos regnum Dei. Hoc est, Ergo ego sum ille rex vobis à Deo pmissus, qui victum diabolum erat vinciturus, ac vasa eius diripiturus. Vel sic: Quisquis intrat in domum potentis, & vasa illius diripit, prius vincet potentem illum necesse est. Ego in mundum, à diabolo hucusq; per tyrannidem possessum, ingressus, vasa eius diripio. Ergo manifestum est qd vinxerim eum. Hinc iam quiuis potest reliqua colligere: Nã si victus est diabolus, sine habet regnum eius. Regnat autem eius loco, qui superatum vinxit. Is autem est Iesus.

Ergo Iesus est Christus, hoc est, Messias ille & rex à Deo pmissus, vt expulso diabolo, regnum assereret Deo.

Qui non est mecum, contra me est: Et hoc (vt D. Hieronymo, & plerisq; alijs placet) pertinet ad refutationem blasphemie illorum. Est autem propositio maior, loco totius argumentationis: quam hoc modo absoluerimus: Qui non est mecum, contra me est: & qui non congregat mecum, spargit. Diabolus siue Beelzebub non est mecum, neque colligit mecum. hæc fuerit minor, siue assumptio. Quæ facile probari potest ex factis vtriusq;. Ego enim salutem adfero hominibus, ille exitum machinatur. Ego congrego homines in vnam Ecclesiam, ad vnius Dei cultum: ille distrahit in varias sectas, & varia idololatrie genera. Ego hortor ad virtutes, ille ad vitia. Ego voco ad regnum caelorum: ille captat quos detrahat fecum ad inferos. Quam est itaq; incredibile, illum mihi esse auxilio in eiciendo ex hominibus suos satellites demones? In hanc quidem sententiam interpretantur apud Latinos Hieronymus, apud Græcos Chrysofost. Theophylactus, & Euthymius. Verum Chrysofostomus, adijcit & aliam interpretationem, quem magis probat, quamq; Erasmus amplexus est in paraphrasi. De hac verba Chrysofostomi sunt:

Cōclusio.

Hieron. Chrysof. Theoph. Euthym.

Chrysof.

Esai. 28.

Quantis mea quidem sententia ludæos hic occultius denotasse videatur. Qui enim aduersus ipsum inuigilabant, & quæ ipse congregasset, dispergere conabatur, cum diabolo constituti: quod significauit, dicens: Omne, inquit, peccatum & blasphemia dimittet hominibus &c. Itaq; taxare eos videtur, quod per inuidiam qua se persequebantur, & auaritiam ambitionemq; quibus erant excacati, secreto percusso federe cum diabolo, de eorum essent numero, quos apud Esaiam increpat Dominus

his verbis: Propter hoc audite verbum Domini, viri illusores, qui dominamini super populum meum, qui est in Ierusalem: Dixistis enim, Percussimus fedus cum morte, & cum inferno fecimus pactum. Flagellum inundans cum transierit, non veniet super nos: quia posuimus mendacium spem nostram, & mendacio protekti sumus. Idcirco hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidem angularem, lapidem probatum, preciosum, in fundamento fundatum. Qui crediderit, non festinet. Et ponam iudicium in pondere, & iustitiam in mensura. Et subuertet grandio spem mendacij & protectionem. Aquæ inundabunt, & delebitur fedus vestrum cum morte, & peccatum vestrum cum inferno non stabit. &c.

Idcirco dico vobis: Omne peccatum & blasphemia remittetur hominibus: spiritus autem blasphemie non remittetur. Neque enim remissionem meretur ille, qui quum manifeste cernat opera spiritus sancti, in excacatus inuidia, malitiaque peruersus, ea tribuit Beelzebub, idq; contra suam ipsius conscientiam.

Et quicumque dixerit verbum contra filium hominis, remittetur ei: qui autem dixerit contra spiritum sanctum, non remittetur ei, neque in hoc seculo, neque in futuro. Multum fudatum est à veteribus Theologis in explicatione huius loci, vt genuinam sententiam Domini inuenirent, & hereticorum dogmata excluderent, quibus dixerunt, nullam prodesse penitentiam illis, qui quum sciret quid sit peccatum, quis Deus, & quæ huius voluntas, & tamen peccauerint: quod alij eorum de quolibet peccato intellexerunt: alij de eo tantum, quod sit contra spiritum sanctum. Quid recepti probatiq; doctores apud Græcos de hoc senserint, placet ascribere verbis Euthymij: Quicumq;, inquit, peccauerit aduersus humanitatem meam, hoc est, quisquis dixerit blasphemum verbum aduersus eam, offensus qd tanq; homo eda, biba, ac dormiam, aliaq; q humanæ sunt, ppria naturæ, vt homini conueniunt, & facia & patiar, confirmas qd verè humanam suscepim naturam, huic omnino ignoscet, quasi non ex industria male egerit, sed per veritatis ignorantiam blasphemauerit.

Qui verò dignas videt opationes, quas solas facere potest Deus, ipsi quoq; Beelzebub illas ascripserit, vt vos etiã nunc facitis, & ita aduersus spiritum sanctum blasphemiam dixerit, siue aduersus diuinitatem, (Nam hanc vocat nunc spiritum sanctum) hic quasi ex industria manifeste ac scienter peccans, & Deum iniuria afficiens, ac inexcusabiliter delinquens, veniam non consequetur. Quod autem sequitur, Neq; in presenti seculo, neq; in futuro: addidit, doces maximam

maximam ac tremendam esse aduersus Deum blasphemiam: & quod hominum quidam hic & in futuro seculo supplicia sustinent, vt Sodomitæ & Iudei, Et de Sodomitis quidem pdiximus decimonono capite. (loquit de suorum commentariorum cap. 19. alioqui dicta sunt in cap. 10. Matth.) Iudei verò & hic pœnas dederunt, à Romanis mirabiliter afflicti: & ibi, miserabilius cruciati, dabunt. Quidam verò hic solum puniuntur, vt fornicarius ille apud Corinthios fatan traditus. Aliqui autem ibi tantum, vt diues ille in flamma cruciatus. Præterea nonnulli neq; hic, neq; ibi: vt Apostoli & Prophete ac Iob. Nam q ipsi patiebantur, nõ vltionis erant à Deo immisitæ, sed certaminum ac luctarum. Quod ergo minatur, aduersus illos est, qui immutabiliter in peccato remanent. Manifestum est autem, qd eis qui respiciunt, & hic & ibi remittet. Multi em qui tunc ita deliquerat, quum postmodum credidissent, veniam omnino sunt adepti. Hæc Euthymius, ex antiquiorum Græcorum, maxime Chryso. Theophylactiq; cōmentarijs. apud nos verò, hoc est, Latinos, D. August. in lib. Expositiois epistolæ ad Româos inchoatæ, longam habet, grauemq; de hoc peccato disputationem, quã tandem hoc epilogo concludit: Si ergo nec Paganis, nec Hebræis, nec hereticis, aut schismaticis nõdum baptizatis ad baptismum Christi aditus claudit, vbi condænata vita priore, in melius commutent, quãuis Christianitati & Ecclesie Dei aduersantes, anteq; Christianis sacramentis abluerent, etiã spiritui sancto quãta potuerunt infestatiõe resisterunt: si etiã hoibus, qui vsq; ad sacramentorum pceptionem veritatis scientiam perceperunt, & post hæc lapsi spiritui sancto resisterunt, ad sanitatem redeuntibus, & pacem Dei pœnitendo querentibus, auxiliũ misericordie non negatur: si deniq; de illis ipsis, quibus blasphemiam in spiritum sanctum ab eis prolatam Dominus obiecit, si qui respicientes ad Dei gratiam confugerunt, sine vlla dubitatione sanati sunt: quid aliud restat, nisi vt peccatum in spiritum sanctum, quod neq; in hoc seculo, neque in futuro dimitti Dominus dicit, nullum intelligatur, nisi perseuerantia in nequitia & malignitate cum desperatione indulgentie Dei? Idem in Enchiridio ad Laurentium cap. 83. Qui verò in Ecclesia remitti peccata non credens, contemnit tantam diuini muneris largitatem, & in hac obstinatione mentis diem claudit extremum, reus est illo irremissibili peccato in spiritum sanctum, in quo Christi peccata dimittit. Sed idem copiosè de hoc, in opere de Veritate Domini, sermone vndecimo, Tomo decimo operum eius. Gratianus etiam de penitentia dist. 1. ca.

1. Cor. 5. Luc. 16.

Si sacerdos, de peccato ad mortem loquens, pro quo Iohannes epistola prima, cap. quinto, negat esse orandum, in hæc verba scribit: Ego autem dico hoc peccatum esse, fidem quæ per dilectionem operatur, deserere vsq; ad mortem. Hoc est etiã blasphemia in spiritum sanctum, quã neque in hoc seculo, neque in futuro dimittendam Dominus in Euangelio asseruit. Siue autem delectatione peccati, siue desperatione venie vsque ad mortem quis in peccato perseueret: iustum est vt sine fine puniatur, qui sine fine peccauerit. Vnde Gregorius Papa: Voluissent iniqui, si potuissent, sine fine viuere, vt potuissent sine fine peccare: ostendunt ergo quia in peccato semper viuere cupiunt, qui nunquam desinunt peccare dum viuunt. Ad magnam ergo iustitiam iudicantis pertinet, vt nunquam careat supplicio, qui in hac vita nunquam voluerunt careere peccato. Fraciscus Sonnius in examine tyronum militie Christiane, compendio interpretatur locum his verbis: Sic vtique dicit p-nunciando quod futurum sciebat. Nam peccatum in spiritum sanctum, qm ex diametro repugnat gratie Spiritus sancti, qua fit remissio peccatorum, i. D E O, aut nunquam, aut rarissimè remittetur, eo quod peccantes hoc peccatum, aut nunquam aut rarissimè redeunt ad veram pœnitentiam: Et mox adijcit, igitur cauendum esse tyroni ab heretica prauitate, quæ plerunq; secum trahit peccatum in spiritum sanctum.

Porro quod ait, Non remittetur ei, neq; in hoc seculo, neq; in futuro: euidenter significat aliqua quidem peccata in hac vita remitti & expiari, aliqua in futura. Frustra enim adiectum est membrum secundum, si nulla peccata remittuntur in seculo futuro. Itã interpretatur hunc locum D. Gregorius, clarissimum Ecclesie Christiane lumen, ob quod reprehendit à Martino Lutero, qui tamèn alioqui cogitur agnoscere illum fuisse virum insigniter tum doctum, tum sanctum. Reprehenditur autem, qd locum hunc ita vt dixi, interpretatus, applicauerit ad sententiam Ecclesie de igne Purgatorio, quem Luterus vocat errorem, à Diuo Gregorio hoc vno loco scripturæ (quod imprudenter mentitur Luterus) confirmatum p totum mundum. Quasi verò non semp hoc senserit Ecclesia Dei Catholica, tũ ante Christi natiuitatem in carne, quod luculenter ostenditur ex 12. cap. lib. 2. Machabæorum, tum à Christo nato, quod ostendunt omnes quotquot fuerunt ab Apostolorum temporibus alicuius nos & autoritatis Doctores: inter quos sunt Dionysius in Eccles. Hierar. ca. 7. ni fallor, Clemes de fide & ordine, Tertullianus

*à Deo;

Dialogi lib. 4. cap. 39.

nus de corona militis, & de monogamia. Iohannes Chrysoft. multis locis: qui ad populū Antiochenum homi. 69. expresse affirmat, ab ipsis Apostolis sancitū esse, vt in tremendis mysterijs defunctorum agatur commemoratio. Taceo Augustinum, Ambrosium, Damascenum & alios multos, qui omnes multis feculis antecesserunt D. Gregorium: vt si maximè esset error, (quod absit dicere) tamen non posset vni Gregorio impingi, quasi hic primū eum vel sparserit, vel confirmauerit. Nos itaq; piè sentimus cum eximio illo Doctore & Pontifice Gregorio, imò cum vniuersa Ecclesia Dei, peccata aliqua remitti hominibus, aut (si m̄uis) expiari, etiam post mortē, vel per ignē purgatorium, vel per sacrificia Ecclesie, vel p preces & elemosinas, quas Ecclesia p mortuis & facit, & recipit.

Aut facite arborem bonam, &c.] Constringit eos syllogismo, quē Græci vocant *κακὸς ἔργον*, inquit D. Hieronymus, nos inuitabilem possumus appellare, qui interrogatos hinc inde eoncludit, & vtroq; cornu premit. Si, inquit, diabolus malus est, bona opera facere nō potest. Si autem bona sunt quæ facta cernitis, sequitur vt non sit diabolus qui ea facit. Neq; enim fieri potest, vt ex malo bonū, aut ex bono oriatur malum. Euentus arguit causam.

Progenies viperarum, &c.] Hactenus grauis simis argumentis & rationibus calumnias eorum refutauit, si qua fortē ratiōe corrigi possent, vt sanam doctrinam reciperent: Nunc verò postquam videt incorrigibiles, acrius seueriusq; cum illis agit, in ipsos conuicium sibi obiectum retorquēs. q. d. Vos virulēta vestra & calumniatrice lingua satis declaratis, quales arbores sitis, & quis in vobis loquat spiritus, quum opera Dei tribuitis satanæ. Porro quod progeniem viperarū eos vocat, innuit, frustra eos gloriari, quasi posteros Abraham: quū factis declarent, ex patre se esse dissimilimo Abraham: quæ admodum & alibi inqt: Vos ex patre diabolo estis

Iohan. 8.

Ex abundantia enim cordis os loquitur.] Sententia est: quam statim in duas distribuit partes. Quemadmodum enim cogitationes alie bonæ, alie malæ: sic & verba.

Dico autem vobis, quoniam omne verbum otiosum, &c.] A minori admonet, quàm graue sit peccatum blasphemia, & quodcunq; verbum malū. Nam si de omni verbo otioso, hoc est, quod nō adferat honestam aliquam vtilitatē, aut, vt interpretatur Basilius, quod etiā si bonum sit, ad edificationē fidei tñ nō aptat: qd fiet de illis, quæ palam sunt pniciosa? qualia sunt scurriles ioci, obscenæ facetiæ, detractiōnes, conuicia, & quicquid est eius gñis, quib⁹

lēdit fama, pximi, & audientes offendunt; fidesq; eorū & boni mores corrumpunt? Oīa enī illa in die iudicij, celeberrimo illo toti orbis conuentu, in oīm hoīm & angelorū cōspectu examinabuntur.

Ex verbis enim tuis iustificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis.] Ex bonis quidē iustificaberis, ex malis verò condēnaberis, inquit Euthym. Nec opus est pterea alijs testibus corā illo iudice. Neq; tñ verba ore plata, de nobis testificabunt, verūm etiā animo concepta. Nihil enim celare poterimus illum, cui omnia sunt nuda & exposita.

Tūc responderit ei quidā &c.] Admirans Euāgelista, apposuit tunc, inquit Theophy. Quū enī obedire illos oporteret, ppter signa precedentia, tūc signū petūt: quasi q̄ viderāt, signa nō fuerint, ait Hieron. Sed in alio Euāgelista, Luc. 11.

quid petāt, plenius explicat, nēpe q̄ tentates signū de cælo q̄sierunt ab eo: nimirū q̄ ea q̄ in terra gerebat in populo, vel p̄stigia viderent, vel plebeia signa, indigna quib⁹ pharisæi deberēt magnopere moueri, vt doctiores sapientioresq; plebe. Cælestia, inquam, hi sibi debere putabant, qualia erant, q̄ Moyses extēdit virgā, fecitq; descendere tonitrua, grandinē, & discurrētia fulgura super terram, Exo. 9. quodq; idem coturnices & māna cælitūs impetrauit populo, Ex. 16. Quod Elias cælu clausit p tres annos, nē plueret, 3. Reg. 17. Postea verò idem apuit, & pluit, ibidē ca. 18. Et eodē cap. facit ignē de cælo cadere, qui consumeret holocaustū cū lignis & lapidib⁹. Idē 4. Reg. 1.

facit ignē de cælo descendere, qui cōsumat duos quinquagenarios principes, cū quinquagenis viris, quos ad eū miserat Ochozias. Idem cap. sequenti rapit igneo curru in cælu. Samuel quoq; tempore estiuo cōtra naturā loci fecit mugire tonitrua, coruscare fulgura, imbres ruere. Verū si maximè horū aliquid fecisset Dñs, nihilo fecius illi calumniati fuissent oīa, quasi arcanis impressionib⁹ aëris accidissent, vel arte dæmonū: quū & magi Aegyptiorū imitati sint pleraq; signa per Moysen edita, Exo. 7. Hoc satis declararunt postea, quū eos milites, quos ipsi cōstituerāt vt custodirēt sepulcrū, data pecunia corrūperent, vt dicerent furto sublatū esse, quē viderāt a mortuis resurgere. Itē quū in die Pentecostes viderēt & audirēt Apostolos cælitūs visibiliter spiritu sancto repletos, varijs linguis loqui. Eos enī calumniabantur multo plenos loqui, contrarationem temporis, & ipsius rei naturā: vt grauius in Act. cōcionans docet Petrus, Act. 2.

Luc. 11.

1. Re. 11.

Mat. 28.

Act. 2.

Act. 2.

Act. 2.

Act. 2.

Act. 2.

Act. 2.

Act. 2.

Act. 2.

Act. 2.

Matth. 16.

à quo in sponfam erat electa, mirificeque ditata & ornata, dæmonijs sese prostituit, & omnium flagitiorum spurcitiei. Vndè apud Ezechielem inter cætera his verbis eam increpat: Et ornata es auro & argento, & vestita es bysso & polymito, & multis coloribus. Similam & mel & oleum comedisti, & decora facta es vehementer nimis. Et profecisti in regnum, & egressum est nomen tuum in gentes propter speciem tuam: quia perfecta eras in decore meo, quem posueram super te, dicit Dominus DEVS. Et habens fidutiam in pulchritudine tua, fornicata es in nomine tuo, & exposuisti fornicationem tuam omni transeunte, vt eius fieres. Tu vide reliqua. Sed hoc nobis inprimis cauendum, nē, dum hæc execramur in Iudæorum natione, ipsi committamus similia, nē nobis eueniat vt audire cogamur, quod illi quos Matthæi vigesimotertio increpat his verbis: Væ vobis scribæ & pharisæi hypocritæ, qui edificatis sepulcra prophetarum, & ornatis monumenta iustorum, & dicitis: Si fuissetus in diebus patrum nostrorum, non fuissetus socij eorum in sanguine prophetarū &c.

Sicut enim fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus, &c.] Quod ait, Tribus diebus & tribus noctibus, Græcè est, *τρεῖς ἡμέρας καὶ τρεῖς νύκτας*, hoc est, tres dies & tres noctes. Spatium enim, non species, temporis significatur. Porro quæstionem qua queritur, quomodo fuerit in corde terræ tres dies & tres noctes, D. Hieronymus explicat his verbis: Quidam, inquit, *παράλογον*, quandò sole fugiente ab hora sexta vsque ad horam nonam successit diei, in duos dies & noctes diuidunt: & apponētes sabbatum, tres dies & tres noctes æstimant suppūandas. Nos verò *σωκονίζοντες* totum intelligamus à parte: vt ex eo quod *ἡ παρασκευὴ* mortuus est, vnam diem supputemus & noctem, & sabbati alteram: tertiam verò noctem, quæ diei Dominicæ mancipatur, referamus ad exordium alterius. Nam & in Genesi nox non precedentis diei, sed sequentis, id est, principium futuri, non finis præteriti. Hoc vt intelligi possit, dicam simplicius. Finge aliquem hora nona egressum esse de mansione, & alterius diei hora tertia ad mansionem alteram peruenisse: si dixerò bidui eum fecisse iter, non statim præhendat mendacij, quia ille qui ambulauit, non omnes horas vtriusq; diei, sed quandam partem in itinere consumperit. Hæc in Ionam prophetam Hieronymus. Porro per cor terræ, sepulcrum intelligit. Ionas itaque in ventre ceti tres dies retentus, deindè viuis eiectus in littus, figura erat CHRISTI,

tres dies in sepulcro positi, deindè resurgentis in vitam.

Et condemnabunt eam.] Non quod ipsi laturi sint sententiam, sed quod exemplum futuri sint, per quod generatio hæc condemnabitur.

Viri Niniuite surgent in iudicio &c.] Resipientiam Niniuitarum luculenter descriptam habemus Ionæ 3.

Et ecce plusquam Iona hic.] Ionas enim seruus, hic Dominus: Ionas eiectus est è pisce, non sua, sed DEI virtute seruatus: CHRISTVS suapte virtute, quia DEVS, per suam mortem morte deuicta resurrexit in vitam. Tu, si libet, plura vel ipse confer, vel ex Chrysostomo pete. Neque enim difficile est, quantam voles inuenire copiam eorum, quibus Ionam excelluit Christus.

Regina austri surget in iudicio cum generatione ista.] Hoc priore maius atque mirabilis est, inquit Chrysostomus. Ionas enim non nisi iussus, adeoque coactus, ad Niniuitas abiit: Regina verò Austri non expectauit oscitando, vt Salomon eam requireret: sed ipsa vitro & mulier barbara, & tanto interuallo locorum remota, studuit ad Salomonem venire, non minis aut terrore aliquo impulsā, sed solo sapientiæ amore incensa. Porro Austrium vocat, regionem vndè flat Austerventus, quæ Iudææ est Aethiopia, quæ 3. Regum decimo, & 2. Paralip. nono, Saba dicitur. Ibi latius explicatur historia, quam hic attingit Dominus.

Cum autem immundus spiritus exierit ab &c.] Hoc ænigmate significat grauius damnandos eos, qui aliquouſque progressi ad iustitiam, relaberentur ad pristina flagitia, quàm qui nunquam cognita luce veritatis Euangelicæ, perseuerassent in caligine vitiorum suorum. Populus enim Iudaicus per legem segregatus ab idololatri gentibus, sed subindè relapsus ad priora crimina, tandè huc deuenit impietatis, vt quicquid maiores peccassent occidendis prophetis, cōspirando aduersus Moysen, id septuplo sceleratius renouarent in filium DEI, & in huius discipulos. Quanquàm hæc parabola & ad vnumquemuis hominem pertinet, qui semel in Baptismo ablutus à peccatis pristinis, semel Euangelico sermone liberatus à spiritu malo hui⁹ mundi, negligenter habet donum DEI, nec curat semper ad perfectiora progredi: sed ad pristinos errores, etiam ingratitude & malitiam adiungit. Sic Erasmus in paraphrasi, secutus Chrysostomi & Hieronymi expositionem, & Ambrosij in Lucam,

Ambulat per loca arida, &c.] Loca arida siue

arentia, vocat Hebræorum more, deserta. Talis immundo spiritui est omnis locus præ anima hominis, carnalibus affectibus madida ac lubrica, curisq; ac tumultibus huius mundi strepente. Eicō itaq; dæmones, hominesq; ab illis vitiorum sordibus scelerumq; tumultu repurgato, nihil æquè desiderat, atquè in talem hominem redire. Vndè assumpto præsidio facit, vt Dominus apud Euangelistam de illo dicit. Quo docemur, quantoperè nobis vel per Baptismum renatis, vel per pœnitentiam repurgatis, cauendum sit, nè ille qui perpetuò circuit nos tanquam leo rugiens, quærens quem deuoret, dum mille artibus ad relabendum allicit, per nostrum consensum in nos reuertatur. Si enim, inquit Apostolus Petrus 2. Epistolæ cap. 2. refugientes coinquinationes mundi in cognitione Domini nostri & saluatoris Iesu Christi, his rursus implicati superantur: facta sunt eis posteriora deteriora prioribus. Melius enim erat illis non cognoscere viam iustitiæ, quam post agnitionem retrorsum conuerti ab eo, quod illis traditum est sancto mandato. Contigit enim illis illud veteri prouerbij, Canis reuersus ad suum vomitum, & sus lota in volutabro luti.

Prou. 26.

Sic erit & generatiōi huic pessime.] Quis enim enumerare sufficiat, quoties populus ille Iudaicus à Deo propter peccata correptus, propter pœnitentiam in gratiam receptus, ac statim relapsus, deteriora prioribus passus est? Pleni sunt libri veteris Instrumenti rerum illarum. Sed quid tandem euenit? Hoc nimirum, vt post tot prophetas ac iustos homines occisos, vt cetera flagitia præteream, ipso prophetarum Domino occiso, per Vespasianum ac Titum horribiliter euerfi sint, ac per terrarum orbem dispersi, nullum adhuc malorum finem, post mille quingentos iam annos, neque videre, neque sperare possint. Hæc afflictio lōgè superat omnes illas superiores, quas sub Aegyptijs, Babylonijs, & Antiocho sustinerant. Hoc illis euenturum hic innuit Dominus.

Dixit autem ei quidam: Ecce mater tua & fratres tui &c.] Hoc D. Hieronymus suspicatur insidiosè dictum esse, ad tentandum Dominum, num vellet spirituali negotio carnem & sanguinem præferre. Hinc factum esse, vt Dominus sic responderit, non autem quod matrem aut negaret, aut contemneret. Neq;

ullo modo tanti est apud Deū cognatio carnis, quanti cognatio spiritus, quæ declaratur fide & obseruatione mandatorum Dei. Vndè disertè Theophylactus in hunc locum: Non dixit, Nō est mea mater: sed, si non fecerit voluntatem Dei, nihil ei proderit quod genuit. Quamobrem non tam laudanda videtur virgo sanctissima, quod secundum carnem genuit Christum, quam quod ob eximias virtutes digna sit habita tam sacro partu: idq; per gratiā, qua repleta plena fuit à Domino Deo. Deus & animo cōcipitur, & pariturque & corpore. Animo per doctrinam fidei, sacramenta Ecclesiæ, spiritumq; pacis & charitatis, per quæ visum est illi ad nos intrare, & habitare in nobis. Et hac quidem ratione quiuus hominē verè Christianum Deum cōcipit, & vel docendo, vel piè viuendo in alijs parit.

Corpore sola virgo Maria concepit & peperit: sed eadem omnium mortalium plenissime excellentissimeque eundem concepit, genuitq; spiritu. Vndè gratia plena saluatur ab angelo. Plena, inquam, fide & omnibus spiritus sancti charismatibus. His enim ornata, facta est idonea, quæ conciperet illum omnīs gratiæ fontem, aded diuitem & abundantem, vt nos de plenitudine eius acceperim⁹ omnes. Alioquē quantum ad solam carnalem cognitionem attinet, Apostolos prætulit Dominus matri, vt & nos in comparatione dilectionis carni spiritum præferamus, inquit Hieronymus. Porro quod ad fratres Domini attinet, eos, eodem Hieronymo auctore, non filios Ioseph intelligere debemus, neque ex Deipara virgine post natum Dominum Iesum procreatos, vt somniabat Heluidius, neq; ex alia vxore, quam quidā, sequenti apocrypha, confinxerunt Escham nomine: Sed consobrinos saluatoris, liberos Mariæ materteræ Domini, qui fuerunt Iacobus minor, Ioseph, & Iudas: quos in alio Euangelij loco fratres Domini legimus appellatos. Vide Hieronymum contra Heluidium, & in commentarijs in hunc locum.

Quicumque enim fecerit voluntatem patris mei qui in calis est, ipse meus frater, & soror, & mater est.] Hoc est, hic mihi & coniunctior est & charior, quam quisquam esse potest carnali duntaxat propinquitate, quantumuis propè coniunctus.

CAPVT XIII.

IN illo die exiens Iesus de domo, sedebat secus mare: & congregatæ sunt ad eum turbæ multæ, ita vt in nauiculam ascendens, sederet: & omnis turba stabat in littore. & locutus est eis multa in parabolis, dicens:

cens: Ecce exijt qui seminat, seminare semen suū. Et dum seminat, quædā ceciderunt secus viam, & venerunt volucres cæli, & comederunt ea. Alia autem ceciderunt in petrosa, vbi non habebant terram multam: & continuo exorta sunt, quia non habebant altitudinem terræ: sole autem orto, æstuauerunt: & quia nō habebant radicem, aruerunt. Alia autem ceciderunt in spinas: & creuerunt spinæ, & suffocauerunt ea. Alia autem ceciderunt in terram bonam: & dabant fructum, aliud centesimū, aliud sexagesimū, aliud tricesimū. Qui habet aures audiendi, audiat. Et accedentes discipuli, dixerunt ei: Quare in parabolis loqueris eis? Qui respondēs, ait illis: Quia vobis datum est nōsse mysteria regni cælorum, illis autem nō est datum. Qui enim habet, dabitur ei, & abundabit: qui autem non habet, & quod habet, auferetur ab eo. Ided in parabolis loquor eis, quia videtes, nō vident: & audientes, non audiunt, neq; intelligunt: vt adimpleatur in eis prophætia Esaiæ, dicentis: Auditū audietis, & non intelligetis: & videntes videbitis, & non videbitis. Incrassatum est enim cor populi huius, & auribus grauius audierunt, et oculos suos clausurunt, nè quādō videant oculis, et auribus audiant, et corde intelligant, et cōuertantur, et sanem eos. Vestri autem beati oculi, quia videt: et aures vestræ, quia audiunt. Amèn quippe dico vobis, quia multi prophetæ et iusti cupierunt videre quæ videtis, et nō viderunt: et audire quæ auditis, et nō audierunt. Vos ergò audite parabolam seminantis. Omnis qui audit verbum regni, et non intelligit: venit malus, et rapit quod seminatū est in corde eius: hic est, qui secus viam seminatus est. Qui autem supra petrosa seminatus est, hic est qui verbū audit, et cōtinuò cum gaudio accipit illud: nō habet autem in se radicē, sed est temporalis. Facta autem tribulatione et persecutione propter verbum, continuo scandalizatur. Qui autem seminatus est in spinis, hic est qui verbum Dei audit, et sollicitudo seculi istius, et fallacia diuitiarum suffocat verbum, et sine fructu efficitur. Qui verò in terram bonā seminatus est, hic est qui audit verbū et intelligit, et fructum affert: et facit aliud quidem centesimū, aliud autem sexagesimum, aliud verò tricesimum. ¶ Aliam parabolam proposuit illis, dicens: Simile factum est regnum cælorū homini, qui seminavit bonū semē in agro suo: cum autem dormirent homines, venit inimicus eius, et superfeminavit zizania in medio tritici, et abiit. Cum autem creuisset herba & fructū fecisset, tunc apparuerunt & zizania. Accedentes autem serui patris familiās, dixerunt ei: Domine, nōnè bonum semen seminasti in agro tuo? Vndè ergò habet zizania? Et ait illis: Inimic⁹ homo hoc fecit. Serui autem dixerunt ei: Vis, imus & colligimus ea? Et ait: Non, nè fortè colligentes zizania, eradicetis simul cum eis & triticū. Sinite vtraq; crescere vsq; ad messem, et in tempore messis dicam messoribus: Colligite primū zizania, & alligate ea in fasciculos ad cōburendū, triticū autem congregate in horreū meum. ¶ Aliā parabolā, proposuit eis, dicens: Simile est regnū cælorum grano sinapis, quod accipiens homo seminavit in agro suo, quod

quod minimum quidem est omnibus seminibus: cum autem creuerit, maius est omnibus oleribus, & fit arbor, ita ut volucres caeli veniant, & habitent in ramis eius. ¶ Aliam parabolam locutus est eis: Simile est regnum caelorum fermento, quod acceptum, mulier abscondit in farinae fatis tribus, donec fermentatum est totum. ¶ Haec omnia locutus est Iesus in parabolis ad turbas, & sine parabolis non loquebatur eis, ut impleretur quod dictum est per prophetam, dicentem: Aperi am in parabolis os meum, eructabo abscondita a constitutione mundi. ¶ Tunc dimissis turbis, venit in domum, & accesserunt ad eum discipuli eius, dicentes: Ediffere nobis parabolam zizaniorum agri. Qui respondens, ait: Qui seminat bonum semen, est filius hominis: Ager autem est mundus. Bonum vero semen, hi sunt filii regni: Zizania autem, filii sunt nequam. Inimicus autem qui seminavit ea, est diabolus: Messis vero, consummatio seculi est. Messores autem, angeli sunt. Sicut ergo colliguntur zizania, & igne comburuntur: sic erit in consummatione seculi: mittet ergo filius hominis angelos suos, & colligent de regno eius omnia scandala, & eos qui faciunt iniquitatem, & mittent eos in caminum ignis: ibi erit fletus & stridor dentium. Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eorum. Qui habet aures audiendi, audiat. ¶ Simile est regnum caelorum thesauro abscondito in agro, quem qui inuenit homo, abscondit, et praegaudio illius vadit, et vendit vniuersa quae habet, et emit agrum illum. ¶ Iterum simile est regnum caelorum homini negociatori, quarenti bonas margaritas. Inuenta autem vna preciosa margarita, abiit, et vendidit omnia quae habuit, et emit eam. ¶ Iterum simile est regnum caelorum saganæ missæ in mare, & ex omni genere piscium congreganti: quam, cum impleta esset, educentes, & secus littus sedentes, elegerunt bonos in vasa, malos autem foras miserunt. Sicut erit in consummatione seculi: exhibent angeli, & separabunt malos de medio iustorum, & mittent eos in caminum ignis: ibi erit fletus & stridor dentium. Intellexistis haec omnia? Dicunt ei: Etiam. Ait illis: Ideo omnis scriba doctus in regno caelorum, similis est homini patrifamilias, qui profert de thesauro suo noua & vetera. ¶ Et factum est, cum consummasset Iesus parabolas istas, transiit inde. Et veniens in patriam suam, docebat eos in synagogis eorum, ita ut mirarentur, & dicerent: Vnde huic sapientia haec & virtutes? Nonne hic est fabri filius? Nonne mater eius dicitur Maria, & fratres eius Iacobus & Ioseph & Simon & Iudas? & sorores eius nonne omnes apud nos sunt? Vnde ergo huic omnia ista? Et scandalizabantur in eo. Iesus autem dixit eis: Non est propheta sine honore, nisi in patria sua, & in domo sua. Et non fecit ibi virtutes multas, propter incredulitatem illorum.

IN CAPVT XIII.

In illo die exiens Iesus de domo, sedebat. Apparet alicuius, qui in Iesum crediderat, fuisse domum. Egressus autem est, quo amplio rem haberet locum. Domus enim illa non erat ca-

pax tantae multitudinis. Plurima enim turba conuenerat, & de singulis ciuitatibus properarant ad eum, ut scribit Lucas cap. 8. Quapropter & ab ea parabola sermonem auspicatur, quae erat

erat aptissima, ad mouendum ad attentionem auditorium illud, quod non tantum plebeios & indoctos, verum etiam scribas & phariseos habebat, ut caueret, ne doctrinae sermonem per oscitantiam praeteruolare sinentes, frustra ad se venisse viderent. Significat enim parabola, multos quidem confluere ad praedicationem Euangelij: sed tamen non in omnibus gigni fructum: sed ut quisque adferret animum a mundanis curis & cupiditatibus vacuum, ita sermonis auditu maximum esse fructum.

Exijt qui seminat, seminare.] Seminatorem, seipsum dicit. Semen, sermonem Euangelicum: arua vero & campos, animas hominum. Exijt autem non loci mutatione, (semper enim ubique praesens est) sed habitudine carnis assumptae, qua a patre egressus, nobis factus est propior. Nobis, inquam, qui non potuimus ad patrem accedere, seculi peccatorum macerie.

Qui habet aures ad audiendum, audiat.] Q. d. Neque enim contemnendum est parabolae mysterium.

Et aduenies discipuli &c.] s. seorsum, quod expressè adijcit Marc. quod & charitatis erat erga turbas, & ciuilitatis, si quid forte, quod non expediret audire turbas, Dominus vellet respondere.

Vobis datum est nosse mysteria regni &c.] Non quod personarum exceptio sit apud Deum, ut vni inuideat, quod alteri largitur: sed causa malorum bonorumque in ipsis est auditoribus, quorum alij sanam doctrinam aspernantur ac reijciunt: alij simpliciter credunt, & auidè, quae dicuntur, accipiunt. Donum Dei gratuito offertur omnibus, id quod facile ex parabola de semine intelligi potest: quod non parcius iactum fuit in terram sterilem, quam frugiferam: neque vlllo pacto libertatem humanam tollit naturam, inquit Chrysostomus. Id quod & eo innuit quod sequitur: Qui enim habet, dabitur ei, &c. Hoc enim Augustinus de doctrina Christiana lib. primo, capite primo, sic interpretatur, ut habentem intelligat eum, qui cum benignitate vititur eo quod accepit. Vnde eum qui non habet, rectè intelligimus, non eum qui nihil accepit, (Omnes enim dona eius accipim⁹) sed qui quod accepit, non expendit in iustum usum, sed per ignauiam perire sinit.

Auferretur ab eo.] Q. d. ipsius enim vitio factum est, quo minus habeat, quum ego neminem excludam ab his doctrinae caelestis donis.

Quia videntes non vident, &c.] Nimium excepti inuidia & malitia, quum tamè oculis cer-

nant signa manifesta diuinæ virtutis.

Et audientes non audiunt.] Hoc est, quum doctrinam illis proponam irrefutabilem, non tamen amplectuntur.

Incrassatum est enim cor populi &c.] Incrassatum, s. delicijs huius mundi, fastu, & ambitione.

Et oculus suos clauserunt, &c.] Hoc verbo factis indicat, crassitudinem eam cordis, & grauitatem aurium, non esse naturam, sed voluntatis & arbitrij culpam, ut monet D. Hieronymus. Vide eundem in 6. caput Esaiæ, vnde haec sumpta sunt. Quem locum propheta & Paulus Apostolus Iudæis objicit apud Lucam Actor. 28.

Vestri autem beati oculi.] Non dicit hoc de visu & auditu corporis, sed de visu atque auditu mentis, inquit Chrysostomus. Idem admonet Hieronymus: Sed mihi, inquit, videtur illi beati oculi, qui possunt CHRISTI cognoscere Sacramenta. Hac igitur ratione beati sunt, quia quum gratis animis, gratiam videndi audiendique datam amplectantur, vberiore gratiam promerentur. Peruicaces autem Iudæi miseri sunt, nec tamen miserandi: quod gratiam eandem sibi gratuito oblatam respicientes, scientes ac volentes sibi exitium accerant. Iudæis beatores omni modo sunt Apostoli: quia quem illi in carne vident nec agnoscunt, Apostoli etiam in spiritu vident & agnoscunt. Prophetis beatores sunt, quia quem illi venturum preuiderant in spiritu tantum, eundem hi etiam in carne vident presentem, & in spiritu agnoscunt atque adorant, mysteria doctrinae interim ex ipso discientes.

Vos ergo audite parabolam.] Q. d. quia vestra simplicitas auiditasque cognoscendi, facit ut digni sitis qui audiat.

Omnis qui audit sermonem regni, &c.] Tres facit ordines eorum qui pereunt, ac totidè eorum qui seruantur. Eorum qui pereunt, alij peunt per inertiam & ignauiam, quae nolunt adhibere studium cognoscendi voluntate Dei. Alij per mollietatem, quod non ferunt tentationes afflictionum, sed statim ingruentibus aduersis concidunt. Alij curis huius mundi de comparanda gloria mundana congerendisque diuitijs per ambitionem & auaritia sese inuoluunt, inter quas non potest adulescere semen huius doctrinae.

Contra vero qui adhibent discendi studium & industriam, fructum ferunt copiosum, quem hic dicit trigeuplum: huic studio qui adhibent infractum animi robur, ut nullis terroribus patiantur se a suscepto studio, a religione suscepta dimoueri, duplicant hunc fructum. Copiosissimum autem fructum ferunt illi, qui renunciantes omnibus quae in hoc

hoc mundo sunt, nudum CHRISTVM nudum sequuntur, cum Apostolo omnia estimantes stercore, ut vnum Christum sibi lucrifaciant, Christo vero, per prædicationis doctrinæq; ministeriū, cæteros homines. Quem admodum igitur idem triticum non in quouis solo fert fructum parem, sed pro felicitate terræ, minore aut maiore scenore prouenit: ita pro pio studio captuque eorum qui sermonem audiunt, fructus vberior pietatis prouenit.

Et non intelligit. Nimirum quod leuiter & oscitanter audiat, nec attendat, ut percipiat mysteria, atque in animum demittat, munitatque, sepiat, & corroboret pijs exercitijs vita. Nam in ociosi atque ignaui hominis animum inuolat per varia ludibria diabolus, varias immittens, lubricas, & impuras cogitationes, per quas doctrinæ semē rapit ac tollit.

Hic est qui secus viam seminatus est. Quia nō studio, sed tanquam obiter audit.

Qui autem super petrosam seminatus est. Aptissime quadrat in eos, qui leuitate quadam animi nouis delectati, nouum doctrinæ Euangelicæ semen cum hilaritate quadā recipiunt, & verbis quod audiunt approbantes, leuibusq; quibusdam mediocrium virtutū officijs quasi in herbam exorti, pietatis Euangelicæ fructum promittere videntur. Verum vbi progressu temporis inceperit incallescere sol, hoc est, fors exortus fuerit æstus tentationum & persecutionum, alijs conuiciantibus ac traducantibus vitam ipsorum calumnijs, alijs diripientibus opes, alijs rapientibus ipsos ad carceres, alijs supplicia, alijs mortem intentantibus, tum subito exarescunt, eo quod non habeant altitudinē foli, in quod agat radices illud semen doctrinæ: hoc est, animum serio deditum studio veræ pietatis, religionis, omnis deniq; iustitiæ: in primis autem patientem laboris & afflictionum.

Qui autem seminatus est in spinis &c. Apta parabola in eos, qui & audiunt autēdē satis doctrinam, neque sunt impatientes laboris: verum occupati curis diuitiarū & gloriæ mundanæ tanquam spinis, succum illum laboris & patientiæ qui debebatur bono semini, consumi patiuntur in spinas. Atque hæ paulatim excrecentes, & inter se complexæ, tandem semen illud bonum suffocant & extinguunt.

Qui vero in terram bonam seminatus est. Hoc iam paulo antè satis luculenter sumus interpretati.

Aliam parabolam proposuit illis, dicens: Simile est regnū calori homini, qui seminauit bonum &c. Ex hac parabola quidam docere conati sunt, malè facere principes, & contra Euangelium,

qui capitis supplicio puniunt hæreticos. Erasmus aliquot locis ridet eos, qui quum ipsi sibi hæreticos conscij sint, venantur in diuinis scripturis, quo suæ impietati patrocinentur, nē rapiantur ad pœnas. In Epistola aduersus pseudoeuangelicos ita scribit: Quod Domini parabola admonuit de non tollendis zizanijs, vel ad illa rudis Ecclesiæ primordia, vel ad Apostolicos viros pertinet, quibus non est traditus gladius, nisi gladius Euangelicus. Hanc interpretationem quum non improbant Theologi Parisienses, tantum reprehendunt, quod non satis eam explicuerit in paraphrasi. Video multas & contentiosas hinc ortas disputationes: & puto magnis etiam viris hic euenisse quod ait quidam, Nimirum altercando veritas amittitur. Hæretici, dum sibi impunitatem quærentes, negant principibus ius esse gladijs & ignibus suppullans hereticæ doctrinæ lolium, & seditiosas pestilentiasq; ipsorum hereticorū machinationes coercendi, impingunt in præceptum Domini Deuter. 13. vbi palam præcipit falsos prophetas interficere. Et Pauli doctrinam Roman. 13. vbi ait principem non sine causâ gladium portare. Nam Dei minister est, inquit, vltor ad iram ei qui quod malum est, fecerit. Quid porro peius quis facere poterit, quam heretica doctrina veram puramque Ecclesiæ Catholicæ fidē erroribus contaminare, & publicam pacem & charitatem seditiosis factionibus ac sceleris perturbare dissipareque? In furem itaque, raptorem, & percussorem interfectoremque corporis, gladium stringit princeps: in eum qui palam conuictus hæreticos, pertinax agnitam etiam veritatem, cum tanto periculo populi Christiani, & infirmorum exitio pergit oppugnare, non stringet?

Qui vero sic elabuntur, ut dicant parabolam de non tollendis zizanijs, tantum ad Apostolorum & martyrum tempora pertinere, quibus Ecclesiam atrocibus tyranni persequantur, non quando rerum potiti sunt principes Christiani, orbem terrarum, aut bonam eius partem in sua tenentes ditione, &c. Hi videntur impingere in id, quod in ipsa parabola Dominus præcipit ministris, dicens: Sinite vtraque crescere vsq; ad messem. Non dicit, donec imperent orbi principes Christiani: sed, vsq; ad messem. Messē autē ipse paulo post interpretatur consummationē seculi. Fortassis temerarium videtur, me vel sperare extricationem ex eo, in quo tanti viri hæsisse videntur: & tamen vix possum subticere quod sentio, præsertim quum liberum tutumque sit ab omni etiā suspitione impietatis, atq; ex ipsa ipsius Domini interpretatione natum.

Id

In hoc mihi vtraque pars hæere videt, quod per seruos patrisfamilias intelligunt principes, quum D. Hieronymus locum exponens dicat, Seruos patrisfamilias nē alios accipias quàm angelos, qui quotidie vident faciem patris: quem admodum & per messorum, ipso Domino interprete, angelos accipimus. Eodem Domino interprete, per zizania non tantum hæreses, (quanquam etiam hæreses) sed omnia scan dala, & omnes qui faciunt iniquitatem, intelligimus. Nequaquam itaq; per hanc parabolā admittit principibus vel illius, vel huius, vel vltius omnino ætatis ius gladij, tam in hæreticos, quàm in alios facinorosos stringendi: sed angelis præcipit, nē ipsi aggrediantur hæc mala extirpare ex agro dominico ante diem iudicij. Quo docemur idem quod in alijs locis multis, mundum hunc, adeoq; ipsam Ecclesiam Dei, quàm diu erit in hoc mundo, semper toleraturam esse malos admixtos bonis. Sæuiant gladijs & tormentis, quantum volent principes: nunquam lolium hoc penitus extirpabunt. Oportet, inquit Apostolus, hæreses esse, ut & qui probati sunt, manifesti fiant in vobis, 1. Cor. 11. Scit sapientissim⁹ paterfamilias Dominus Deus, vtile esse filijs suis electis, esse malos homines, in quibus vel corrigendis, vel tolerandis virtutē suam exercent. De quo vide August. cum alijs locis, tum in lib. de vera religione cap. 8. Neq; tamen interim nō faciunt bonè, quando euidētē malitiā puniunt imitati bonos agricolas, qui tamen non possunt efficere quod minus in bona segete sint partim inutiles, partim etiam noxiæ herbæ: resistunt tamen his quantum possunt, & quas vident ad exitum bonæ segetis luxuriare, comparatis operarijs & instrumentis ad id idoneis, si non in totum radicitus extirpare possunt, saltem truncando, fodiendo, couellendo, ut possunt, coercerent, nē bonum semen luxuriantis lolij copia suffocetur. Illud tamē dissimulare nolo, Iohannē Chrysostr. parabolam interpretari de non interficiendis hæreticis, Chrysostr. sequitur Theophylact⁹. D. Hieron. moneri nos ait, nē citò amputemus fratrem, sed demus locū pœnitentiæ: quia fieri potest, ut ille qui hodie noxio deprauatus est dogmate, crās resipiscat, & defendere incipiat veritatem. Et post aliquot interiecta verba de loco qui est Deuter. 13. de tollendo de medio malo, tandem ita concludit: Præmonet ergo Dominus, nē vbi quid ambiguum est, citò sententiā pferam⁹, sed Deo iudici terminū referuemus: ut quum dies iudicij venerit, ille non suspitionē criminis, sed manifestū reatum de sanctorum cœtu eijciat. Hæc Hieronymi interpretatio nostræ nihil aduersatur. Neq; enim in alios volumus

gladium principis stringi, quàm in palam conuictos, & pertinaces in oppugnando veritatē iam agnitam. Ac ne in hos quidem stringi velimus, sed potius tolerari spe resipiscentiæ, si modò vel vlla huius sit spes, vel ratio inueniri queat, qua coercerentur, nē pergant seducere imperitos, publicamque Ecclesiæ pacem turbare. Ideoq; adorabundi veneramus piam & religiosam clementiam veterum Ecclesiæ patrum, præsertim Diui Augustini, qui legibus quidē, & multis pecuniarijs, vel exilijs eorum insolentiam coerceri voluit, interfici ab imperatoribus Christianis non voluit, ut videre est Epistola 48. quæ est ad Vincentium. Et 50. ad Bonifacium. Et 61. ad Dulcitium. Et alijs locis. Ea enim sapientia, longanimitas, clemētia, ea deniq; charitas decet, cum omnes Christum professos, tum verò maximè pastores & principes populi Dei, ut nihil intentatum relinquant, quò quàm plurimos seruet, neminem autē, si fieri potest, perdant. Quod si seridè gnauiterque & bona fide agant, iam si quos plectere cogit incorrigibilis malitia, nē malum latius serpens multos correptos infectosq; extinguat: eos non principes, sed ipsorum sceleratorū desperata malitia perdit. Neque esse puto, quod talis princeps, qui tali necessitate adactus, supplicium, etiam capitis, de hæretico sumit, sibi metuat, nē quid aduersus huius parabolæ de non tollendis zizanijs sententiam peccet: Principiò, quod parabola non propriè ad principes, sed ad angelos, D. Hieronymo, adeoq; ipso Domino interprete, pertinet: Deinde, ut demus etiam ad principes pertinere, nō tamen illi ea ratione tollunt zizania, quod ne possunt quidem: sed tãquam boni industrijsq; agricolæ, qua parte in exitium bonæ segetis nimium luxuriant, ibi ea ratione, qua possunt, coercerent. Quem admodum Iebusæum habitatorem Ierusalem nō potuerunt filij Iuda delere, quò minus cum eis habitaret vsque in præsentem diem, Iosue 15. Dauid tamen, quum Iebusæi conarentur arcere se ab ingressu Ierusalem, præmium constituit principatum illi, qui percussisset Iebusæum in primis, 2. Regum quinto, & 1. Paralipom. 11. Reliquias verò cum cæteris populis, qui non erant de stirpe Israël, subiugauit Salomon in tributarios, 2. Paralipom. octauo. Eccè, dum sunt rebelles, & prohibere conantur Dauid cum populo sancto, nē ingrediantur in ciuitatem sanctam, Dauid manu sortis & amicus DEI, non dubitat eos interficere. Quando verò victi reuerentur potestatem, positisque armis desinunt oppugnare populum DEI: sapiens & pacificus Salomon eos non occidit, sed facit tributarios,

hoc est, in utilitatem & commodum populi Dei, conuertit. An nō sunt illa egregia exempla, quæ imitentur principes Christiani in puniendis ferendisve non modò hæreticis, verum etiam cæteris hominibus malis? Bona fide quæ nobis ex lectione scripturæ Canonice, atq; sanctis doctis que eius interpretibus de huius parabolæ sententia videntur, indicauimus. Quæ si doctis bonisq; ne uiris probabuntur, agemus Deo gratias, nobisq; gratulabimur, quòd illius beneficio ac gratia datum sit, ex ea difficultate utrumq; eluctari. Si non probabuntur, æquissimo animo patemur reijci, modò alius adferat meliora. Neque enim hinc aliud quærimus, quàm vt elucescat genuina sententia Euangelij Iesu Christi. Quam si nos non sumus hoc loco assecuti, satis habebimus dedisse studiosis occasionem diligentius eam scrutandi. Quicquid Ecclesia Dei catholica probat, probabimus & nos. Quod illa improbat, abominabimur execrabimurq; etiam si à nobis ipsis esset profectum, & sensui nostro probaretur. Absit vt ab illa veritate columna (sic Paulus appellat) recedamus. Si quid præterea quod ad rem pertineat, dicendum videbitur: dicemus paulò post, ubi Dominus ipse parabolam interpretatur.

Hieron.

Aliam parabolam proposuit eis, dicens: Simile est regnum calorum grano sinapis, &c. Regnum calorum, prædicatio Euangelij est, inquit Hieronymus, & notitia scripturarum, quæ ducit ad vitam, & de qua dicitur ad Iudæos: Auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructum eius. Homo qui eam seminat, Christus est. Ager, mundus. Granum illud sinapis, principio quidem minimum erat omnium seminum. Humilima enim erat & contemptibilis doctrina, quæ docebat hominem esse Deum, & moreuum, idq; in cruce. Et hæc tradebat per illiteratos, obscuros, eosq; paucos Apostolos rudi sermone, nulla eloquentia, nullo disputandi acuminis, quibus sua dogmata commendabant hominibus philosophi. At tamen semen hoc tam minutum, eousque statim excreuit, vt etiam totum mundum occuparet: & volucres cæli, hoc est, homines terræ contemptores, versus cælum volare gestientes, nidulentur in ramis eius, hoc est, conualescant in huius doctrine præceptis. Nulla enim esse potest tam vaga hominis & irrequieta mens, quæ non sit inuentura in hac arbore ramum, in quo tuta securaq; conualescat, si modò serio pioq; studio querat. Multos per mare, per saxa, per ignes agit amor diuitiarum & gloriæ mundanæ. Confugiant ad huius doctrine arborē, & inuenient opes & gloriā, quibus gloriā diuitiq; huius munda-

di collata, nihil aliud sint, quàm ignominia, paupertas, & mendicitas. Contabescit aliquis inuidia, flagrat iracundia, rapitur æstu fœdæ libidinis, vulneratus est telis cæci Cupidinis, marcescit ignauia, ventris ingluuie distendit: In hac arbore inuēturus est & fructus salutarēs, efficaesq; ad depellendum hos morbos, & ramos in quibus sanus conualescat. Si quos terrent intentatæ rapinæ, feruitus, carcer, vincula, tormenta, deniq; ipsius mortis genus vel atrocissimum. Subuolet in hanc arborem: hinc tutus, securus, iatrepidusque conualescet. Si quis tenetur saluari fame sitiq; vere iustitię, subuolet in hanc arborem: inueniet vnde saturetur, & vbi quiescat. Quam multi sapientię amore studioq; accensi eam terrarum orbem peragrandō quæsiērunt, sed frustra: quum nē vmbra quidem eius, aut vestigium inuenire potuerint. Tu, si voles, in huius arboris ramis inuenies nidum, in quo ipsa regina sapientia tecum habitare gaudeat. Meritò igitur D. Hieronymus in commentarijs nos hortatur his verbis: Assumamus & nos pennas columbæ, vt volitantes ad altiora, possimus habitare in ramis huius arboris, & nidulos nobis facere doctrinarum, terrenaq; fugientes ad cælestia festinare.

Aliam parabolam locutus est eis: Simile est regnum calorum fermento &c. Hac parabola eandem rem iterum eis inculcat, quam superiori, inquit Erasmi, significans quo pacto vis Euangelicæ doctrinæ clanculum irrepens, & per paucos Apostolos admixta, totum orbem transformatura foret in suam naturam: & quòd quum maximè videbitur absorpta extinctaq; tum maximè exeret vim suam: haud secus, quàm paucillum fermenti, magne consperse farinae massæ admixtum, totam fermentat, atque in suam naturam conuertit.

Quod acceptum mulier abscondit in farinae satoribus. Sata, non est hic participium à ferendo: sed Hebræa, aut certè Syra vox, significans mensuræ genus, quæ capit sesquimodium, iuxta morem prouinciæ Palæstinæ, auctore Hieronymo, Vel, vt ex aliorum doctorum supputatione colligitur, viginti quatuor sextarios Atticos. Apud Hebræos scribitur סאתים dualiter סאתים pluraliter סאתים Porro tria sata שלש סאתים constituunt mensuram, quæ Hebræicè dicitur אמה & alio nomine סאה Sed אמה aridorum est: סאה quem batum nostri verterunt, liquido. Acuales esse mensuras אמה & סאה manifestum est ex 45. cap. Ezechielis. Eiusdem quantitatis sunt metreta, & medimnus Atticus. Con-

Conuenit verò cum hoc Euangelij loco, quòd annotarunt Hebræi, אמה tantum capere, quantum sufficiat clibano implendo vna coctione panis. Compendiò sciri potest certa huius mensuræ quantitas ex eo, quod ex Hebræorum commentarijs produxit Sebastianus Monsternus in hunc locum:

יש באמה סאתין ובסאה שלו קכו ובקב לו און ובקבין בריים

והואו

August. in Phil. 68.

Hoc est, sunt in Ephra tria sata: satum continet sex kabos: kabus quatuor login: log sex oua. Quæ si multiplicando cogeris in vnum, incipiens אמה, id est, ouo, satum continebit 144. oua gallinacea: Ephra verò, 432. Iam verò si quid habet peculiaris mysterij numerus trium satorum, ex aliorum commentarijs, qui volet, petat. Video em̄ quæq; hic pro suo arbitrio philosophari: dum alij per tria sata, multa accipiunt: vt sit numerus certus pro incerto. Alij genus humanum vniuersum, per tres filios Noë reparatum. Alij tres partes hominis, spiritum, animam & corpus. Alias præterea recenset in commentarijs interpretationes Hieronymus. Nobis non libet immorari talibus. Ea quæ citra controuersiam ad rem pertinent, diximus.

Hæc omnia locutus est Iesus in parabolis ad turbas. Marcus videtur innere causam, quare per parabolas sit locutus Dominus ad turbas, quum ait, prout poterant audire. Neque enim capaces erant nudi sermonis tunc. Etenim si palam simpliciterq; dixisset, se, qui breui per ignominiam crucis, & mortis genus acerbissimum futurus erat omnium hominum despectissimus, statim reuerturum, & gloriā suam per totum mundum sparsurum, vt nulli mortalium quantunvis sublimi, quies aut tutum receptaculum esset futurum, nisi sub ipsius ramos confugeret. Si dixisset se per mortem & sepulturam sublatum ex oculis hominum, tanquam pugillum fermenti obrutum farina, renouaturum omnia, atq; in suam naturam transformaturum, nemo sermonem eius neque tulisset, neque credidisset. Vtile igitur erat, hæc parabolarum inuolucris tegere, nē maleuolis præberet ansam calumniadi: cæteris verò, quorum animi non abhorrent à sana doctrina, studium discendi scrutandiq; mysteria parabolarum excitaret. Atque interea euenit, vt quod futurum prædixerat Propheta Asaph Psalmo 77. sub Domini persona loquens, compleretur. Attendite, inquit, popule meus legem meam: inclinate aurem vestram in verba oris mei. Aperiam in parabolis os meum &c. Et quemadmodum egressus ille Israël ex Aegypto, ac omnia illa signa, quæ in Exodi contenta historia, in eo Psalmo compendiò recensentur, ingentia continent mysteria, omniaque sunt parabolicè intelligenda, ita & hæc doctrina Domini, cuius in quâ Domini typus gessit Moses in educendo populum ex captiuitate Pharaonis. Porro quod D. Hieronymus admonet, Prophetiam hinc citatam nō esse Esaiæ, vt malè scriptum fuerat in quibusdā exemplaribus, sed Asaph, non est opus longius persequi, quum manifestus sit locus Psalmi, qui inscriptus est Asaph: vt non sit incredibile quod coniecit Hieronymus, Euangelistam scripsisse, quod dictum est per Asaph Prophetam: & imperitum aliquem, expuncto Asaph, cuius nomē in Prophetis esse nō meminit, substituisse Esaiæ, celebrè Prophetā, & à Mattheo crebrò citatū. Exeplaria nostra etate neq; Esaiam habēt, neq; Asaph, sed tantum Prophetam. Hunc autem liber Psalmorū indicat esse Asaph.

Tūc dimissis turbis venit in domum. Quos videt rebus terrenis affixos, nolle intendere animum ad cognoscendum cælestia, dimittit Dominus, tanq̄ indignos qui audiāt horum mysteriorum interpretationem. Quos autem dociles videt, & harum fordium contēptores, audios autem rerū cælestiū, atq; eius doctrine q̄ ad has viam ostendit, hos dignatur introducere in domum, atq; de omnib; edocere & quædam familiariter. Hinc est quod Ioh. 15. ad suos discipulos ait: Iam non dicam vos seruos: quia seruus nescit quid faciat Dominus eius. Vos autem dixi amicos, quia omnia quæcunq; audiui à patre meo, nota feci vobis. Videas, quod propemodum ad verbū recitare sciāt memoriter sacra Biblia, & tñ longissimè abesse à cognitione horū mysteriorum. Quid causæ est? Quia non in hoc edidicerunt, vt benè viuāt ipsi, sed vt in aliorum lapsus debacchādo, sibi scientiæ laudem apud imperitum vulgus cōparent: ideoq; nō sunt veri amici Dei. Huius etenim amici sunt, non qui speciosè de Euangelio loquuntur, sed qui secundum Euangelium viuunt. Vos amici mei estis, inquit, si feceritis q̄ ego præcipio vobis. Quicunq; hoc sibi studio sumunt, hos introducet in domum suam, atq; edocebit mysteria regni sui.

Edisserere nobis parabolam zizaniorum. Hanc potissimum sibi interpretari petebant, tum quod illas de sinapi & fermento utrumq; sibi viderentur intelligere, tum quod huius intelligentia magis videret ipsis necessaria. Quam est enim optabile, triticū esse & in horreū Domini recipi: tam est horribile, inter zizania collectum, conijci in ignem. Deindè facta est mentio hominum dormientium: qua ipsi

Iohan. 15.

Apostoli & Ecclesie Prelati in primis admonentur, ad uigilandum esse, quantum fieri potest, ut arceatur ille inimicus homo, hoc est, diabolus, ne seminet zizania. Quamquam hac quidem parte nobis omnibus uigilandum est, his qui sunt in magistratu, propter gregem, de quo rationem reddituri sunt Deo: privato autem unicuique, propter sui pectoris agellum, quemadmodum alibi suos admonet, dicens: **Vigilate & orate, ne intretis in tentationem.** Porro quod ad significatiōem uocabuli pertinet, ne quid preterisse uideamur, Zizania nix, & zizanium nix, significat lolium, & reliqua adulterina femina, quae frugibus saepe miscent.

Ibi erit fletus & stridor dentium. Fletus, propter intolerabilem dolorem & cruciatum: stridor dentium, propter indignationem, qua semet ipsos execrabuntur, quod eodem sole, eodemque imbre, eadem denique cultura, hoc est, eisdem per omnia Dei muneribus, quibus filij Dei, ut bonum semen, uti sunt ad bonum, ideoque facti haeredes regni eius, ipsi ut malum semen, perditum sint abusi ad malum, ut nunc iusto iudicio Dei tradatur, cum tyranno suo, cui seruire maluerunt quam Deo, aeternis ignibus concremandi. Nam & Origenes admonet, stridore dentium indignationem significari: ideoque in Psalmo dicendum esse, **Stridebant in me dentibus suis.**

[Mal. 34.]

Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno &c. Quod ait, sicut sol, non est ita accipiendum, quasi non sit clarior futurus eorum fulgor, quam huius quem nos uideamus, solis. Multo enim clarior fulgebunt, adeo ut nulli carnales oculi possint sustinere fulgorem illum. Sed infirmitati nostri intellectus sermonem accommodat: qui nihil unquam uidimus lucidius fulgentiusque sole. Theophylactus audet solem hunc interpretari solem illum iustitiae, hoc est, ipsum Christum, ac dicere: Tunc iusti fulgebunt ut Christus. Erunt enim & ipsi dii.

Theoph.

Origenes

Origenes ex occasione huius uerbi, fulgebunt sicut sol, quo non dicitur, quod uarie fulgebunt, sed sicut unus sol, putat illud Danielis cap. duodecimo, quo dicitur, futurum, ut alij clarior alij fulgeant in resurrectione: ut qui docti fuerint, sicut splendor firmamenti: & qui ad iustitiam eruditi sunt multos, quasi stellae in perpetuas aeternitates. Item illud Pauli prima Corinth. decimo quinto: Alia claritas solis, & alia claritas lunae, & alia claritas stellarum. Stella enim a stella differt in claritate: sic & resurrectio mortuorum: intelligenda esse de exordiis beatitudinum, quae sunt in his qui salui sunt, eo quod nondum sint omnes purificati. Caeterum ubi collectis omnibus scandalis &c. & cogitationes quae gignunt iniquitates, coniectae fuerint in caminum

ignis, consumptaque; deteriora tunc futurum esse, ut iusti quasi unicum solare lumen facti, fulgeant in regno patris sui. Trifarum lux discipulorum Christi coram hominibus lucet, ut Origenes uidetur. Principio, dum in corpore adhuc mortali secundum Christi doctrinam uiuunt: deinde post obitum ante resurrectionem: Postremo post resurrectionem, donec omnes occurrant in uirum perfectum, ac fiant omnes unus sol. Tunc, inquit, fulgebunt ut sol in regno patris sui. Haec ex Origenes bona fide retulimus, sed ita, ut nunquam uelimus hic aliud sentire, quam quod per orthodoxos patres nos docuerit Ecclesia. Tertullianus integram librum scripsit de resurrectione carnis. Diuus Augustinus multis locis, ut de ciuitate Dei libro 22. capite 21. Epistola 146. libro retractat. 1. cap. 17. & alibi, quaestionem de resurrectione carnis tractat.

Tertullianus

Qui habet aures audiendi, Aures, inquam, non obturatas cupiditatibus huius mundi, [audiat]: quia res est maximi momenti, nimirum quum de hoc agatur, ne quis tanquam lolium coniciatur in ignem aeternum, sed tanquam triticum, recipiatur a Deo in vitam aeternam.

Simile est regnum caelorum thesauro &c. Haec similitudine, & ea quae sequitur, idem significari docent, nempe professionem Euangelicam non esse rem leuiter aut uulgari studio expetendam: sed omnibus omissis, hoc unum summo studio conandum, omniumque bonorum iactura summum illud bonum comparandum. Quod quantum non sit cuius obuium, tamen semel repertum, summam habet felicitatem. Et quamquam interim latet apud homines, nec ostentat sese, tamen is qui possidet, tacitus apud se plaudit sibi, securus expectans illum diem, quo felicitas, quae nunc in obscuro est, post proferatur in apertum. Agro non est dissimilis scriptura sacra, ut admonet Origenes. In hac receditur est inestimabilis thesaurus sapientiae Dei. Quin & in ipso Christo, teste Apostolo, recedunt thesauri sapientiae & scientiae Dei. Quare sapienter, qui relictis omnibus, hunc sequuntur.

Origenes

Simile est regnum caelorum sigenae misse in mare. Haec parabola seu similitudo, idem fere significat, quod illa de zizanijs & tritico: nempe, fore in Ecclesia Dei Catholica malos admixtos bonis usque ad consummationem saeculi tunc uero futurum est ut segregentur. Porro sagena seu verriculum a verredo mari dictum, est rete ingens, quod longissimis funibus circumducitur: Graece *σάγην*, quod uocabulum uetus interpretatur retinuit. Sagena haec Euangelica, hoc est, sermo praedicationis, a CHRISTO missa in mare huius

re huius mundi, per ministerium Apostolorum, & eorum qui his succedunt in ministracione legitima ac fidei, trahit ex omni piscium genere, hoc est, ex omni natione hominum, bonos & malos, quod nequaquam de natura intelligendum esse diligenter monet Origenes, quasi alij sint boni, alij mali natura, sed applicatione animorum ad uirtutum aut uitorum species. Non enim in nobis natura causa est malitiae, sed uoluntas, quae quum sit libera, propensa est ad male faciendum. Sic nec iustitiae causa est natura, tanquam quae non recipiat iniustitiam: sed uerbum quod accepimus, est quod reddit nos iustos. Iam ex hac parabola, quemadmodum ex alijs multis, patitur & illorum error, qui negant ad Ecclesiam adhuc in terra peregrinantem, pertinere malos siue iniustos homines, eaque de causa esse nobis inuisibilem & incognitam Ecclesiam Dei, quod solus Deus cognoscat hominum corda. Contra quos idem Origenes ita scribit: Haec autem quae scripta sunt de sagena, de qua his qui in sagena continentur, qui uult ante consummationem saeculi, & ante egressos angelos separare malos de medio iustorum, ut sagena non contineat etiam malos ex omni genere: uidetur neque scripturam intellexisse, & concupiscere quod fieri non potest. Et quam diu per hoc mare trahit sagena, qui bonus est piscis, potest fieri malus: & qui malus, fieri bonus. Quod quantum in piscibus proprie dictis fieri non possit, in nobis tamen, qui per similitudinem hic dicimur pisces, fieri potest. Non enim (ut optime auctor Rhetoricorum ad Herennium dixit) res tota rei necesse est similis sit: sed ad ipsum, ad quod confertur, similitudinem habere oportet.

Origenes

Intellexistis haec omnia? Non ignoras, hoc interrogat, sciebat enim omnia: sed ut ipsos sui perfectus admonitos, excitet ad ea quae restant. Nimirum ut iam deinceps tanquam scribae docti ad regnum caelorum, uelint docere alios, idque non tantum ex nouo testamento, uerum etiam ex uetere. Quo rursus illorum refellitur haereticum dogma, quod propter datum testamentum nouum, uetus damnabant. Diuus Apostolus Petrus apud Clementem lib. 4. recog. ad Iacobum fratrem Domini sic loquitur: Debet is qui ex gentibus est, & ex Deo habet ut diligat Iesum, proprium habere propositum, ut credat & Mosi: Et rursus Hebraeus, qui ex Deo habet ut credat Mosi, habere debet & ex proposito suo, ut credat in Iesum: ut unusquisque eorum habens in se aliud diuini muneris, aliud proprium industriae, sit ex utroque perfectus. De tali enim dicebat Dominus noster uero diuine, qui profert de thesauris noua & uetera. Haec ibi Petrus. Est autem inter firmissima nostrae fidei propugnacula, quod duo il-

la testamenta tam pulchre sibi mutuo respondent, ut alterum altero per omnia probetur: dum ea quae in ueteri leguntur praedicta, promissa, & praefigurata, in nouo leguntur facta, praestita, & uera declarata.

Et factum est quod consummasset Iesus parabolas istas, transiit inde. Nimirum ut & alibi doceret.

Et ueniens in patriam suam, &c. Patriam Nazareth intelligit: quod satis apparet ex illis, quae mox obmurmurantes de parentibus & fratribus & fororibus obijciunt, quos apud se esse aiunt.

Docebat eos in synagoga &c. Ne possent calumniari doctrinam, quasi aliud doceret, quam quod auderet fateri.

Vnde huic sapientia haec & uirtutes? Ea stultitia solet vulgus hominum laborare, ut nihil eximium ex obscure natis expectet. Quamquam si huius natiuitate nouissent, quam nemo satis enarrare potest, teste Propheta, non fuissent mirati. Verum arbitrabantur filium esse Ioseph fabri, ut sequitur apud Euangelistam. Apud Marcum cap. 6. ipse Iesus dicitur faber: ut consentaneum uideatur, ipsum aliquam manibus cum Ioseph patre (ut putabatur) suo laborasse.

Esa. 53

Et fratres eius. Iam in cap. 12. monuimus, Hebraeorum more fratres dici, non modo illos, quibus communes sunt parentes: sed quibus stirps ac genus est commune. Idem de fororibus sentiendum est. Porro quod ait, Nonne omnes apud nos sunt? satis indicat, haec facta esse Nazareth: id quod iam paulo ante monuimus.

Et scandalizabantur in eo. Nimirum, propter cognationis & fortunae humilitatem, propter quae & inuidebant illi sapientiae ac uirtutis edendi miracula, gloriam.

Iesus autem dixit eis, Iam crassum illorum iudicium taxans, quod hominem non ex ipsius uirtutibus, sed ex fortunae generisque splendore estimarent.

Non est propheta sine honore, nisi in patria sua, &c. Origenes admonet, non hoc secundum historiam de omnibus Prophetis accipiendum esse: nec enim Helias, inquit, in Thesbon Galaad contemptus fuit, neque Helizeus in Ebalmaula, neque Samuel in Armathaim, neque Ieremias in Anathoth: uerum iuxta tropologiam, omnino uerum esse. Oportere autem illorum patriam existimare Iudaeam, cognatosque Israelem illum.

Non est propheta sine honore, nisi in patria sua, &c. in domo sua. Apud Lucam cap. 4. confirmat hoc duobus exemplis, dicens: In ueritate dico uobis, multum uideum erat in diebus Eli in Israel &c. & ad nullam illarum missus est Elias, nisi in Sarepta Sidoniae ad mulierem uiduam. Et multi leprosi erant in Israel sub Eliseo Propheta, & nemo eorum mundatus est, nisi Naaman Syrus. Quibus uerbis populo Iudaico exprobrat ipsius ingratitude: qua tandem futurum erat, ut gentes illi praeferebantur. Quamobrem & de ciuitate

te illum eiecerunt, precipitatur de supcilio mō-
tis, si diuinitus illis fuisset pmissū. Porro quod
addidit, & domo sua: significat & inter co-
gnatos fuisse, à quibus contemneretur.

Et non fecit ibi virtutes multas. Paucos enim
duntaxat infirmos impositis manibus sana-
uit, vt inquit Marcus. Quod Chrysostrōmus
eum fecisse putat, nē haberent quod expro-
brarent, se contemptos esse, aut neglectos prę
ceteris: alioquē, si vidissent signa, se creditu-
ros fuisse. Cur autē non multa faceret, Euan-
gelista causam subiicit, quā ait, *propter incre-
dultatem eorum.* Hęc em̄ obstitit, quō minū
capaces essēt bñficiorū: & quo plura & maiora
viderent atq; audirent, eo grauiorib⁹ sese pec-
catis inuoluerent. Vndē & nos admonemur,
vt etiam in hoc Dei non tantū sapientiam,
sed & benignitatem agnoscamus, quōd qui-
busdam hominibus dona gratiæ suæ videtur
subtrahere. Hic mihi libet meminisse venerā-
di ac religiosi viri Iohannis Dulkeñ, antistitis
domūs Fraternel apud Embricam, iam ante bi-
ennium, hoc est, anno 1546. vita defuncti. Ille
quum aliquandō incideret in mentionem
cuiusdam non vulgari ingenio, neque con-
temnenda doctrina præditi, sed animo ela-

to & arroganti, respiciens ad amicos qui ade-
rant, ait: Interdū magna est gratia, non ha-
bere gratiam. Prouerbio dici consuevit, Nē
puero gladium. Sed vt ad propositū reuer-
tamur, Marcus ait, quōd non potuerit ibi vir-
tutem villā edere, nisi quōd paucos infirmos
impositis manibus sanauerit. Quod nō ad de-
rogandum diuinæ Domini Iesu potentiae di-
ctum est. Sed hęc est iustissima Dei voluntas,
ordinata ab ipso pro inscrutabili sapientia, vt
quemadmodū in rebus corporalibus nec
agricolatio per se sufficit ad conuēdōs fru-
ctus, nisi cælum quod terræ circumfunditur,
opituletur: imō potius, nisi opituletur is qui
cælum gubernat, faciēs illud qualecunq; vult:
neq; cælum, vel potius penēs quem est rerum
providentia, fecerit, vt exoriantur è terra
ea, quæ solent è terra exoriri, sinē agricul-
tura. Semel enim hoc fecit, in hoc quod di-
xit, Producat terra herbam graminis, semi-
nans semen iuxta genus ac similitudinem:
sic neque virtutum operationes absque fide
illorum qui sanantur, perfectum opus præ-
stant ad sanitatem conferendam, neq; fides,
qualiscunq; fuerit, absque diuina virtute. Vi-
de Origenem in hunc locum.

CAPVT XIII.

In illo tempore audiuit Herodes Tetrarcha famam Iesu, & ait pueris
suis: Hic est Iohannes Baptista, ipse surrexit à mortuis, & ideò virtutes
operantur in eo. Herodes enim tenuit Iohannem, & alligauit eum, &
posuit in carcerem propter Herodiam vxorē fratris sui. Dicebat enim
illi Iohannes: Non licet tibi habere eam. Et volens eum occidere, timuit
populum, quia sicut Prophetam eum habebant. Die autem natalis Hero-
dis, saltauit filia Herodiadis in medio, & placuit Herodi. Vndē cum iura-
mento pollicitus est ei dare, quodcunq; postulasset ab eo. At illa præmo-
nita à matre sua: Da mihi, inquit, hęc in disco caput Iohannis Baptistæ.
Et contristatus est rex. Propter iusiurandum autem, & eos qui pariter re-
cumbebant, iussit dari. Misitq; & decollauit Iohannem in carcere. Et alla-
tum est caput eius in disco, & datum est puellæ, & illa attulit matri suæ.
Et accedentes discipuli eius, tulerunt corpus eius, & sepeliērūt illud, & ve-
nientes nunciauerūt Iesu. Quod cum audisset Iesus, secessit indē in na-
uicula in locum desertum seorsum: & cum audissent turbæ, secutæ sunt eū
pedestres de ciuitatibus. Et exiens, vidit turbam multam, & misertus est
eis, & curauit languidos eorum. Vespere autem factō, accesserunt ad eum
discipuli eius, dicentes: Desertus est locus, & hora iam præterijt: dimitte
turbas, vt euntes in castella, emant sibi escas. Iesus autem dixit eis: Non ha-
bent necesse ire. date illis vos manducare. Responderunt ei: Nō habemus
hęc nisi quinque panes & duos pisces. Qui ait eis: Afferte mihi illos huc.
Et cum iussisset turbam discumbere super scænum, acceptis quinque pa-
nibus

nibus & duobus piscibus, adspiciēs in cælum, benedixit & fregit, & dedit
discipulis panes, discipuli autem turbis. Et manducauerunt omnes, & sa-
turati sunt. Et tulerunt reliquias, duodecim cophinos fragmentorum ple-
nos. Manducantium autem fuit numerus quinque millia virorum, exce-
ptis mulieribus & paruulis. Et statim compulit Iesus discipulos ascen-
dere in nauiculam, & præcedere eum trans fretum, donec dimitteret tur-
bas. Et dimissa turba, ascendit in montem solus orare. Vespere autem
facto, solus erat ibi: nauicula autem in medio mari iactabatur fluctibus:
erat enim contrarius ventus. Quarta autem vigilia noctis venit ad eos,
ambulās supra mare. Et vidētes eum supra mare ambulantē, turbati sunt,
dicentes: Quia phantasma est. Et præ timore clamauerunt. Statimq; Iesus
locutus est eis, dicens: Habete fidutiā. ego sum. nolite timere. Respondēs
autem Petrus, dixit: Domine, si tu es, iube me ad te venire super aquas. At
ipse ait: Veni. Et descendens Petrus de nauicula, ambulabat super aquam,
vt veniret ad IESVM. Videns verò ventum validum, timuit: & cum cœ-
pisset mergi, clamauit, dicens: Domine, saluum me fac. Et continuo Iesus
extendens manum, apprehendit eum, & ait illi: Modicæ fidei, quare du-
bitasti? Et cum ascendisset in nauiculam, cessauit ventus. Qui autem in
nauicula erant, venerunt & adorauerūt eum, dicentes: Verē filius Dei es.
Et cum trās fretāssent, venerunt in terram Genesar. Et cum cognouis-
sent eum viri loci illius, miserunt in vniuersam regionem illam, & obtu-
lerunt ei omnes malē habētes, & rogabant eum, vt vel fimbriā vestimen-
ti eius tangerent. Et quicunq; tetigerunt, salui facti sunt.

IN CAPVT XIII.

In illo tempore audiuit Herodes &c. Hic Hero-
des erat filius illius, qui pueros Bethlehemi-
ticos trucidārat. Est autem memorabile ex-
emplum, quo docemur, quā inuicta res sit
veritas, & ingenua virtus, vt quæ etiam post
fata viuunt, ac potentiam suam declarat. Cōtrā,
quā ad omnia trepidet scelerata consciē-
tia. Iohānes iam obruncatus in carcere, & se-
pult⁹, adhuc terrori est Herodi, impij facino-
ris sibi conscio: adeò vt suspicetur Herodes
ex mortuis eum reuixisse. Origenes videtur
nihilū esse occupatus in exquirēdis illius er-
roris causis: quum non sit mirum, tyrannum,
luxu aulico & fœdē libidini deditum, igno-
rāsse Iesum, qui tum tādē se populo per præ-
dicationis sermonem, & miraculorum virtu-
tem manifestare cœpit, quum Iohannes iam
esset coniectus in carcerem, vt cap. 4. dictum
est. Lucas ait Herodem hæsitāsse, quid ea sibi
vellent quæ de Iesu audiebat, eò quōd dicere-
tur à quibusdam, qd Iohānes surrexisset à mor-
tuis: à quibusdam verò, quōd Elias apparuis-
set: ab alijs autē, qd ppheta quispiā ex antiquis
surrexisset. His tā diuersis rumoribus cōmo-
tum, dixisse, Iohannem ego decollauit: quis est

autem iste, de quo ego talia audio? Appāret
itaq; scelerata consciētia cōmotum, tandē
inclināsse in eam suspiciōnem, quæ videbatur
cum ipsius periculo coniūctissima: adeòq; di-
xisse, Hic est Iohānes Baptista. [Et ideò virtutes]
]i. potestates edēdi miracula. [opantur &c.]
Herodes enim tenuit Iohannem.] Per digressi-
onem Euangelista breuiter narrat historiam
de obruncato Iohanne.

Propter Herodiam] Herodias patronymici
speciē habet, aut certē diminutiui noīs. Hiero-
nymus tradit hanc fuisse filiam Aretæ regis,
haud scio an eius cuius meminit Paulus. Eam
Philippo tetrarchę Ituræ & Trachōitidis re-
gionis locārat. Pōst orta inter se & generū si-
multate, filiam ab illo abductā, Herodi fratri,
sed inimico, copulauit, quō magis illū vreret.

Nō licet tibi habere eā] i. eò qd maritus eius le-
gitimus, frater tu⁹, adhuc viuat. Iubebat quidē
lex Moisaica, vt fratris vxorē duceret frater, sed
nō nisi defuncti, idq; si cōtigisset illū decē-
re absq; liberis. Herodes verò hęc duxerat vi-
uo fratre, & viua adhuc ex eodē fratre filia.

Et volens eum occidere, timuit populum.] Mar-
cus ait, quōd Herodias insidiata fuerit illi, vo-
lue-

nempe quod turbę saturatę iam panibus, exclamare cęperant, hunc esse verę Propheetam illum, qui venturus erat in mūdum. Quapropter & regem ipsum erant facturę. Iesus itaq; neque gloriam, neque regnum ab hominibus querens, ac ne recipiens quidem, secessit in montem solus vt oraret, tum suis relinquens exemplum, quod discamus vilia hęc & friuola contemnere, tum typum exprimes eius quod postea factum est, nępę vt Christus sacerdos verę magnus ascenderit cęlum, interpellaturus pro nobis patrem, atq; interea nauicula Ecclesię iactet fluctibus huius mundi, non tamen peritura, Christo moderante tempestatibus, vt in Iohannem scribit Augustinus.

Mar. 6. *Nauicula autę in medio mari iactabatur &c.]* Marcus ait, qđ Dñs viderit eos laborantes in remigãdo: Iohannes, quod iam remigauerint stadia ferme viginti quinę, aut triginta. Porro 40. stadia faciunt vnum milliare Germanicum. Marci verbo monemur, quod Dominus Iesus, nobis etiam non sentientibus, tamę intuetur labores nostros, paratus ad succurrędum: Iohannis, quod non patietur nos tentari supra id quod possumus, sed maturę se exhibiturus sit nostro etiam conspectui. Castrę si veterum more, noctem in quatuor partes diuidunt, quas vigilię appellant, singulis vigilijs ternas horas ascribentes, quod post tertiam quanque horam stationes illas & excubias militares in castris mutarent. Quando ergo dicit, quarta vigilia noctis venisse ad eos Dominum, ostendit rota nocte periclitatos, & extremo noctis, atque in consummatione mūdī eis auxilium prębiturum, inquit Hieronymus.

Venit ad eos ambulans supra mare.] Sanctus Augustin⁹ in Psalmo 93. exponit mysterium huius miraculi, his verbis: Videbatur Dominus ambulare supra mare, calcans capita omnium superborum in isto seculo. Ipsum iter suum, calcantis capita superborum, significauit ambulans sup tumidos fluctus. Calcat & Ecclesia: nam ipsa est Petrus. Non tamen ausus est Petrus per seipsum ambulare super aquas: sed quid ait? Domine, si tu es, iube me venire ad te super aquas. Respondit ille, Veni. Calcat enim & Ecclesia capita superborum. Sed quia Ecclesia est, & habet infirmitatem humanam, vt completeretur, Si dicebā, motus est pes meus: hoc ibi positum est, Domine perco. Et quod ibidem in psalmo positum est, Misericordia tua Domine adiuuabat me: hoc in Euangelio positum est, Porrexit manum Iesus, dicens: Modicę fidei, vt quid dubitasti?

Psal. 93.

Legimus & octauo capite huius Euangelistę, periclitatos fuisse in mari discipulos: sed minori terrore, quā hęc. Illic enim dormiebat, quidem Iesus: erat tamen cum illis in naue.

Hic verō abest. & quum ambularem in mari vident, suspicantur spectrum esse, & prę metu exclamant. Vulgus enim nauatarum putat, huiusmodi visis pręsens periculum portendi nauigantibus. Sic placuit illius diuinę sapientię, paulatim eos gratioribus periculis formare ad perfectam fortitudinem ac robur militię Christianę. Vndę cum proximę adest nobis vt liberet, finit plerunquę grauissimę exardescere tentationum pericula. Hoc in Iob, Iacob, Abraham, alijsque factum obseruauit Chrysofomus. Idem admonet Augustinus in eundem illum locum Psalmi.

Quare autem hoc permittit Dominus? Nimirum quod maior sit voluptas ac maius gaudium his malis defunctis, Domino iam pręsentę. Vndę & in eodem illo Psalmo ita sermonem continuat Propheta: Secundū multitudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes tuę lætificauerunt animam meam. Est autem totus ille Psalmus accommodatissimus his, qui huiusmodi tentationibus seu piculis iactantur.

Dñe, si tu es, iube me venire ad te. &c.] Argumentum eximie cuiusdam fidei, cum feruentissimo charitatis ardore cōiunctę. Fidei erat, quod credidit Dominum Iesum habere potestatem mandandi aquis, vt se ferrent inambularem: charitatis seu amoris, quod impatiens more, cupiebat illi occurrere antequam ad nauim perueniret. Sic Iohannis vigesimo primo, cum videret Dominum in litore stantem, audissetque Dominum esse, veste succinxit se, demisitque in mare, relicto cęteris nauigio. Hunc affectum alijs quoque sæpę declarauit, vt discamus illos demum esse idoneos Ecclesię pręlatos, qui flagrant amore DEI. Cuius amoris confessionem ter ab illo exegit, quum mandaret ei pascendas oues, ibidę apud Iohannem.

Videns verō ventum validum, timuit. &c.] Hęc est imbecillitas nostra, vt plerunq; in magnis rectius nos geramus, quā in paruis, vt monet Euthymius. Qui non dubitauit, iubente Domino, se committere mari, territus est à pcella venti. Idem in horro ausus gladio dimicare contra armatam cohortem, in domo pontificis territus alloquio scęminę, Dominū Iesum abnegauit. Quā diū firma fiducia nō respicimus aliō qđ ad Dñm, dicetes cum ppheta: Oculi mei semp ad Dominū, qm̄ ipse euellet de laqueo pedes meos, nihil nobis nocere potest.

potest. Quod si ab illo oculos auertamus, facillimamente euertimur. Vxor Loth respexit ad incendium Sodome, & versa est in statuam salis. Israelitę citō peruenire poterant in terram promissam, si nō respicientes ad ollas carniū Aegyptiarum quas reliquerant, & eremi duritiam, laboribus adiuuante Domino superandam, obmurmurassent Moysi & Aaroni: sed freti promissionibus Dei, fortiter eō quod iussi fuerant, pertendissent. Nos eruditi his exemplis, dicamus magna fiducia cum eodem illo nostro propheta: Mihi autem adherere Deo bonum est, ponere in Domino Deo spem meam. Nam & Petrus, quū auerfis oculis à procella ad Dominum, implorauit auxilium, Dominus continuo extenta manu apprehēdit eum: sed adiecta increpatione, quod hæsitauerit.

Et cum ascendisset in nauiculam.] Ascendisset, habet vetus translatio, ni mendosi sunt codices, quum Gręcę sit, καὶ ἐβάρησεν αὐτὸν, id est, & ingressis illis. Loquitur enim de Iesu & Petro simul ingressis.

Qui autem in nauicula erant, venerunt & adorauerunt eum, &c.] Hoc fecerunt, quum iam receptis paulatim animis, inciperent expendere, quantum esse oporteret eum, qui tantum haberet imperium, tantam potestatem in mare & ventos. Nam principio quidem visis miraculis hęc, magis intra se stupebant, vt scribit Marcus, quod obcæcatum haberent cor, nec intellexerint de panibus, nimirum quod & in illis ita multiplicatis satis declarauerit se eundem esse, quem his visis miraculis, vix tandē cęperunt agnoscere, nempe filium Dei, Nulla est itaque pugna, nulla discrepantia inter Marcum & Matthæum: sed stupor ille de quo scribit Marcus, præcessit confessionem hanc & adorationem, quam narrat Matthæus.

Et quum transfretassent, venerunt in terrā Genesar.] Chrysofomus & Hilarius legunt Genesar, vt habet vetus translatio, suffragantibus & vetustis exemplaribus, vt ait Erasmus. Hieronymus in commentarijs legit Genesareth, quę admodum habent exemplaria Gręca, quę nos quidem vidimus, *γενεσάρθ*. Similiter scriptum est Marci sexto, consentiente veterē translatione. In Euāgelio Hebręo, quod edidit Sebastianus Monstherus, scriptum est *גניסר*. Apparet itaque apud illos vtrunq; nomen esse eiusdem lacus: & vt ex Marco & Iohanne colligit Euthymius, in ea terra in quam appulerūt, sunt Bethsaida & Capernaū. Nam Marcus ait, quod coegerit eos transmissis.

fo mari præcedere Bethsaidam: Iohannes verō, quod venerint ad oppidum Capernaum.

Et cum cognouissent eum viri loci illius, &c.] Declarant fidei profectum. Nō iam vrgent eum, vt ipse ad ægrotos veniat: sed ipsi eos, emissis nuncijs, ad Dominum inuitant. Neque orant vt manus imponat super eos: sed vt ipsis liceat tangere fimbriam vestimenti eius. Nec vana fuit, neque frustrata sua spe fides illorum: Nā quicumq; tetigerūt, salui facti sunt. Imitemur & nos illorum fidę, vt credamus tam esse exuberantem gratiam, quam Deus pater effudit in caput filij sui, pontificis nostri, vt nō solum in barbā, hoc est, Apostolos capiti proximos descenderit, verum etiam in oram vestimenti eius: vt nemo sit in tota Ecclesia, qui non sit hoc vnguento delibutus. Nam & Iohānes ait cap. 1. Euangelij, De plenitudine eius accepimus omnes. Nē contristet itaq; nos, neq; murmuremus, quod non vidimus ipsi Dominum in carne, neq; quod non conspeximus aut tetigimus ipsius Apostolos. Vestis eius est inconfutilis, à summo contexta per torum, Iohan. 19. Indiuidua est vnitas Ecclesię, habens perpetuam sacerdotij successionē ab ipso capite Christo, per barbā, hoc est, Apostolos, vsque ad extremam vestimenti fimbriam. Nō minus nobis est salutaris Baptismus, quo baptizamus per sacerdotē, legitimum Ecclesię ministrum, quā si coram in carne nos baptizaret Christus ipse, aut aliquis ex Apostolis. Nec minus virtutis habet Eucharistię sacramentum, sacerdotis manu nobis porrectum: quā habuit ab ipso Christo porrectum discipulis in cœna, vt eleganter ac pię disserit in hunc locum Iohannes Chrysofomus. Christus ascensus ad patrem, administrationem harum rerum reliquit Apostolis, dicens: Sicut me misit pater, ita & ego mitto vos &c. Iohannis 20. Apostoli secuti Dominum, reliquerūt successoribus. Hęc successio perpetuo contextu descendit in extremam vsq; vestimenti fimbriam. Nē contemnamus cōtactum huius fimbrię, etiam si fortę terrę propior, de luto non nihil contraxisse videatur. Non remorabitur salutem nostram illud quicquid est luti. Neq; enim vnguentum quo nos sanamur, ipsius est vestis, vt ab ea sordidari possit: sed eius qui effudit illud in caput Aaronis, vt per barbā in totam vestem deflueret, virtutem habens expurgandi sordes omnes omnium illorum, à quibus fuerit receptum. Nē dubitemus fimbriam huius vestis apprehendere. Nā ad huius contactum Dominus mandauit benedictionē & vitam vsque in seculū, Psal. 132.

Tunc accesserunt ad eum ab Hierosolymis scribae & pharisaei, dicentes: Quare discipuli tui transgrediuntur traditiones seniorum? non enim lauant manus suas, cum panem manducant. Ipse autem respondens, ait illis: Quare & vos transgredimini mandatum Dei, propter traditionem vestram? Nam Deus dixit: Honora patrem & matrem. Et, Qui maledixerit patri vel matri, morte moriatur. Vos autem dicitis, Quicumque dixerit patri vel matri, Munus quodcumque est ex me, tibi proderit, & non honorificabit patrem suum aut matrem suam: & irritum fecistis mandatum Dei propter traditionem vestram. Hypocritae, bene prophetauit de vobis Esaias, dicens: Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe est a me. Sinè causa autem colunt me, dicentes doctrinas & mandata hominum. ¶ Et conuocatis ad se turbas, dixit eis: Audite & intelligite: Non quod intrat in os, non coinquinat hominem: sed quod procedit ex ore, hoc coinquinat hominem. Tunc accedentes discipuli eius, dixerunt ei: Scis quia pharisaei, audito verbo hoc, scandalizati sunt? At ille respondens, ait: Omnis plantatio, quam non plantauit pater meus caelestis, eradicabitur. Sinite illos: caeci sunt, & duces caecorum. Caecus autem si caeco ducatum praestet, ambo in foueam cadunt. Respondens autem Petrus, dixit ei: Ediffere nobis parabolam istam. At ille dixit: Adhuc & vos sine intellectu estis? Non intelligitis, quia omne quod in os intrat, in ventrem vadit, & in feces sum emittitur? Quae autem procedunt de ore, de corde exeunt, & ea coinquinant hominem: de corde enim exeunt cogitationes malae, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemiae: haec sunt quae coinquinant hominem. Non lotis autem manibus manducare, non coinquinat hominem. ¶ Et egressus inde Iesus, secessit in partes Tyri & Sidonis. Et ecce mulier Chanaanæ a finibus illis egressa, clamauit, dicens ei: Miserere mei Domine fili David, filia mea male a daemone vexatur. Qui non respondit ei verbum. Et accedentes discipuli eius, rogabant eum, dicentes: Dimitte eam, quia clamat post nos. Ipse autem respondens, ait: Non sum missus, nisi ad oues, quae perierunt, domus Israel. At illa venit & adorauit eum, dicens: Domine, adiuua me. Qui respondens, ait: Non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus. At illa dixit: Etiam Domine: nam & catelli edunt de micis, quae cadunt de mensa dominorum suorum. Tunc respondens, ait illi: O mulier, magna est fides tua. fiat tibi sicut vis. Et sanata est filia eius ex illa hora. ¶ Et cum transisset inde Iesus, venit secus mare Galilaeae: & ascendens in montem, sedebat ibi. Et accesserunt ad eum turbae multae, habentes secum mutos, caecos, claudos, debiles, & alios multos, & proiecerunt eos ad pedes eius, & curauit eos, ita ut turbae mirarentur, videntes mutos loquentes, claudos ambulantes, caecos videntes, & magnificabant Deum Israel. Iesus autem conuocatis discipulis suis, dixit: Misereor turbas, quia iam triduo perseuerant mecum, & non habent quod manducant: & dimittere eos ieuunos nolo, ne deficiant in

Exod. 20. Deut. 5.

Esai. 29.

via. Et dicunt ei discipuli. Unde ergo nobis in deserto panes tantos, ut saturemus turbam tantam? Et ait illis Iesus: Quot habetis panes? At illi dixerunt: Septem, & paucos pisciculos. Et praecipit turbas, ut discumberent super terram. Et accipiens septem panes & pisces, & gratias agens, fregit, & dedit discipulis suis, & discipuli dederunt populo. Et comederunt omnes, & saturati sunt. Et quod superfuit de fragmentis, tulerunt septem sportas plenas. Erant autem qui manducauerunt, quatuor millia hominum, extra paruulos & mulieres. Et dimissa turba, ascendit in nauiculam, et venit in fines Magedae.

IN CAPVT XV.

Tunc accesserunt ad eum ab Hierosolymis. ¶ Græcè δὲ ἀπὸ Ἱεροσολύμων ἤρχοντες, hoc est, scribae illi & pharisaei, qui venerant Hierosolymis: ad discrimen caeterorum scribarum & pharisaeorum. Nam scribae & pharisaei sparsi erant per oes tribus populi Israelitici, ut indicat Chrysoft. addens Hierosolymitanos caeteris fuisse iniquiores, quod, quia (ut in metropoli veritates) maiores honores consequerentur, plurimum sibi arrogarent. Unde & maxime ringebantur tunc, quum audirent ac viderent gloriam Domini Iesu pro tot tantisque operibus & miraculis tanto opere inclarere. Propterea dixit Euangelista, eos tunc accessisse ad Iesum, ut indicat Iohannes Chrysostomus.

Non enim lauant manus suas cum panem manducant. ¶ Pharisaei enim, & omnes Iudaei, inquit Marcus, nisi crebro lauerint manus, non manducant, tenentes traditionem seniorum: & a foro venientes, nisi baptizent, non comedunt. Et alia multa sunt quae tradita sunt illis seruare, baptismata calicis & vrcorum, & aramentorum, & lechorum. Haec Marcus, extat in hodiernum usque; die liber apud Iudaeos, cui titulus est, תעשה ומצוות עשה עם פירושיהם קצרים

Hoc est, praepcepta negatiua, & praepcepta affirmatiua, cum expositione eorundem succincta. In quo libro videre est, miram gentis illius superstitionem. Sebastianus Monstero librum illi vertit in linguam Latinam. Est autem inter affirmatiua praepcepta ordine 27. his verbis, interprete Monstero: Benedicendus cibus priusquam comederis, Deut. 8. Et si quispiam ex obliuione omiserit, & abiierit in viam suam, recordatusque fuerit suae negligentiae, is reuertatur & dicat benedictionem suam. De lotionem vero & leuationem manuum, Deus nobis nihil aliud mandauit, quam ut audiamus verba sapientum: Illi autem docuerunt nos, quomodo manus leuemus in ipsa lotionem. Et secundum quosdam Rabinos, manus solum sunt lauandae ex ea aqua, quae labore quodam habetur: & non ex ea, quae sua sponte in manu fuit. Alij tamen aliud sentiunt, praesertim quum sacerdotes in templo manus

suas lauerint ex concha aqua ministrante. Sed hic primi dicunt, quod aqua illa non sine labore fuerit educta: quum oportuerit prius educere obstructorium quoddam, quod aquam in labro manere cogebat, ne per foramen stillaret. Qui non lauit manus suas, nec legitime illas leauit, phibetur comedere in mappa. Et qui comederit manibus nondum deteris, pende est ac si panem immundum comederit. Ecce, haec erat illorum de lotionem manuum superstitione.

Ipse autem respondens, ait illis: Quare & vos &c. ¶ Non respondet ad interrogationem. Erat enim malitiosa calumnia, indigna ad quam responderet. Graui itaque & iusta recriminationem eam retundit. Deinde aduocatis ad se turbas, excusat discipulos, ostendens quare nihil peccati sit, illotis manibus cibum sumere.

Honora patrem & matrem. ¶ Quartum praepceptum est in decalogo Exod. 29. Honora, inquit, patrem tuum & matrem tuam, ut sis longeuus super terram, quam Dominus Deus tuus dabit tibi. Itē Deut. 5. Honora patrem tuum & matrem, sicut praepcepit tibi Dominus Deus tuus, ut longo viuas tempore, & bene sit tibi in terra, quam Dominus Deus tuus daturus est tibi. Exo. 21. Qui percussit patrem suum aut matrem, morte moriatur. Itē Leuitici cap. 20. Qui maledixerit patri suo aut matri, morte moriatur. Patri matrique qui maledixerit, sanguis eius sit super eum. Proverbior. quoque cap. 20. Qui maledixerit patri suo aut matri, extinguetur lumen eius in medijs tenebris. Illud recte monet Hieronymus, honorem in huiusmodi praepceptis iuxta consuetudinem scripturae, non tam situm esse in salutationibus & huiusmodi caeremonijs, quam in subsidijs ferendis. Praepcepit enim Deus, id quod gentilium quoque legibus cautum est, inquit Erasmus, ut liberi parentibus, vel aetate defectis, vel inopia laborantibus, vel alioqui afflictis opitulentur, & ut Graeci loquuntur, ἀντιπαλαγγισι. Hoc autem significare in scripturis diuinis honorem, manifestum est. Vt 1. Timoth. 5. Viduas honora, quae vere viduae sunt. Et in eodem: Qui bene praesunt presbyteri, duplici honore digni habeantur: maximè

Hieron.

maximè

maximè qui laborant in verbo & doctrina. Quin & apud Latinos, inquit Erasmus, honor pro premio gratiaq; usurpatur, quæ pro merito refertur. Et apud Græcos τὴν ἀποδοχὴν deductum est, quod quotiès in bonam accipitur partem, significat dependo, siue persoluo.

Vos autem dicitis, Quicumque dixerit patri aut matri: munus quodcumque est ex me, tibi proderit.] Illud ob quod eos obiurgat, adeò fuit vñtatù apud eos, vt nò haberet opus, verbosius illud explicare. Vndè & apud Marcum totidè ferè verbis dicitur: Vos autem dicitis, Si dixerit homo patri aut matri, Corban (quod est donù) quodcumq; ex me, tibi, pferit, & vltra nò dimittitis eum quicquam facere patri suo aut matri suæ. Nobis autè, quibus illorum dolosæ machinationes ignotæ sunt, obscurius dictum videtur, adeò vt Origenes fateatur se desperaturù fuisse loci huius explicatiõne, nisi Hebrèù fuisset nactus, qui sibi exponeret. Illi Hebrèi hæc ait fuisse verba: Interdum fit, vt creditores incidant in debitores difficiles, qui quum possint, nolint quod debet reddere: eòq; creditores referebant debitù in ratione pauperù, quibus pecunia conijciebatur in gazophylacium, ab vnoquoq; p cuiusq; viribus eis communicare volentiù. Interdum itaq; dicebant debitoribus, iuxta suæ linguæ pprietatè, corban כֹּרְבָן quod mihi debes, hoc est, donum:

Cõsecraui enim illud, in ratione pietatis erga Deù, pauperibus. Deindè debitor, vt qui iam nò hominib; sed Deo deberet, in huc religione quodamodò constringebatur, vt vel nolens redderet debitù, non iam quidem creditori, sed Deo in ratione pauperum, creditoris nomine. Quod igitur creditor faciebat debitori, hoc interdum quidem filij faciebant parentibus, ac dicebant illis, Donum quodcumq; ex me est, eo tu iuuaberis pater aut mater: hoc scito te ex Corbã accipere, nimirum ex ratione patipèrù, de his quæ Deo consecrata sunt. Itaq; quum audirent parentes, quod ipsis dandum erat, esse Corban, hoc est, Deo consecratù, iam nolabant accipere à filiis, etiam si valdè necessariorum inopia premebantur. Seniores igitur talè traditionem apud plebeios pferebant, quòd quisquis patri aut matri dixisset, quod datur ex ijs cuiptã, corban esse ac donù, hic nò amplius obligatus esset patri aut matri, ad suppeditanda vitæ necessaria. Hanc igitur traditione reprehendit seruator, quippe non pbam, sed aduersantem præcepto Dei. Hæc, & plura his in hunc locum Origenes, addens, pharisæos quí essent avari, quò sub prætextu pauperum acciperent & illa, quæ danda forent alicuius parentibus, docuisse huiusmodi. Sunt

autè hæc Origenica in linguam Latinã translata per Erasmus Roterodamum. In eandem sententiam interpretatur D. Hieronymus, vt videatur suam interpretationem ex Origene mutuã esse. Similiter Theophylactus. Quòd si quis attentius obseruet verba Euangelistæ, animaduertet, ni fallor, illos ea ratione nò modò fraudare parentes debito honore, id est, subsidio, verum etiã maledicere eisde, contra alterù illud præceptum, qui maledixerit patri aut matri, morte moriatur. Nonnè enim graue erat maledictum seu conuicium, sacrilegium impingere parentibus, si recipent à filijs honorem, hoc est, subsidium vitæ iam gazophylacio consecratum: aut exprobrare parentibus, quòd ab ipsis impediretur, quò minus possent benefacere pauperibus, aut sacerdotibus templi?

Hypocrita, benè prophetauit de vobis Esaias.] Testimonio propheta docet, suam doctrinã, & facta sua atq; discipulorum suorù, concordare cum Deo & mandatis Dei: pharisæorum autem & opera & doctrinam, esse contraria. Quod tamen quia dissimulabãt, externis quibusdam cæremoniis sanctitatè apud homines simulatè, merito vocat hypocritas, quòd imitati histriones, alij appareant foris, quàm intùs & in aïo sint. Porro testimonium quod ex propheta adducit, non verbum interpretatur est de verbo, vt ait in Esaiam Hieronymus, neq; lxx. authoritatè secutus, quorum editio illo iam tẽpore legebatur, sed quasi Hebræus & instructus in lege, absq; damno sensus, suo sermone profert. De qua re plura in annotationibus Erasmi.

Sinè causa autem me colunt.] Pro, sinè causa, Græcè est *κατὰ*, i. frustra, hoc est, sinè fructu.

Docentes doctrinas & mandata hominum.] Sic habet vulgata translatio. Erasmus tamen annotauit coniunctione, & redundare: atq; legendum esse, docentes doctrinas mandata hominù, vt appositiuè intelligamus doctrinas, q. sunt mandata hominù, nò Dei. Atq; ita ait se cõperisse in vetustissimis exèplaribus Latinis, cõsentiètib; Hebræis מִלְּמֵדֵי אֲנָשִׁים בְּמִצְוֹתַי id est, præceptù hominù, doctrina. Græcus tamè interpretes in Esaiã vertit, *ἀδελφῶν τῶν ἀδελφῶν*, quod ad verbum sonat, docentes mandata hominù & doctrinas. Ad Græcam hanc translatione opinor respexisse Hieronymum cum verteret: & timuerunt me mandato hominum & doctrinis. Nobis non est visum immorari cõtentionibus de verbis, vbi manifestus est sensus: vt hoc loco.

Nò quod intrat in os, coinquinat hominè.] Rectè hoc interpretatur Euthymius, dicens: Nò for-

des manuum illotarù, quæ vnà cum escis in os ingrediuntur, cõtaminant aut cõspurcant hominè: quia nec tangunt animã. Solum nanq; peccatum scõdum est, quod animæ nocet. Idè recentè aliorù interpretatione, qui putãt ciborum delectum seu obseruatione his verbis tolli, quòd & Moses dixerit: Vidit Deus quæcumq; fecerat, & ecce bona valdè. Sed caueat quisq; nò istiusmodi interpretationibus etiã pijs, sed malè intellectis, decipiat. Nònè enim multæ sunt herbe, multorù animalium (vt serpentù) carnes, & alia multa, venena, quæ si ingrediuntur in os, statim hominè extinguunt? Et nisi Iohan. Baptista intellexisset, quantù periculi sit hominib; à luxuriosis mensis, & omnis generis dapibus, non relicta sodalitate hominù, secessisset in desertum, victitans locustis & melle syluestri. Et Timoth. Pauli Apostoli discipulus, nò abstiniuit à vino tanq; immudo, sed tãquam inflãmante carnis lasciuia aduersus spiritù. Neq; idem Apostolus tam grauius dånaret ebrietatè, neq; Dñs Iesus ipse præcipere, vt caueamus nò grauentur corpora nostra crapula & ebrietate, si simpliciter de omnibus & quocùq; modo sumptis, intelligendù esset hoc verbù Dñi, Non quod intrat in os, coinquinat homines. Errant itaq; qui hoc verbum prætextunt petulantie suæ, dum diebus ieiuniorù ab Ecclesia indictorum, contempto mandato Ecclesiæ, vescuntur quibuslibet. Quanquàm nec illos excuso, qui interpretantur ieiunium Ecclesiasticù seu Christianù, si quis abstiniens à carnib;, omni genere delicatissimorù pisciù, atq; opipararù cupidiarù repleat ventrè. Scriptura diuina data est hominibus pijs & mansuetis, vt ex ea se suosq; ad officia veræ pietatis erudiant: nò impijs, præfractis, & rebellib;, vt per sinistras eius interpretationes sceleratè suæ petulantie patrocinent. Nò opinor opus esse, vt & illud monèã, Christum hac doctrina non reijcere aut reprehendere ciuile mūditiè, sed superstitionem Iudaicam: nò quis putet se propterea sanctum esse, si in sordibus viuat.

Scit quia pharisæi audito verbo hoc scandalizati sunt?] Quo verbo? Nimirum quòd dicebat, Non quod intrat in os, impurum reddit hominem: subuertebat enim traditionem seniorum, inquit Euthymius. Theophylactus & ante hunc Chrysostomus, indicant, ipsos etiã discipulos turbatos fuisse: atque indè factum, quòd Petrus paulò post accessit ac petijt interpretationem dicti. Suspiciabatur enim hoc verbo tolli ea, quæ in Leuitico ac Deuteronomio præcepta sunt de mundis & immundis: neque intelligebant quid illa haberent mysterij: & quòd illa carnalia, vmbre quædam essent & imagines rerum spiritualium.

Omnis plantatio, quã non plantauit pater meus cœlestis, eradicabitur.] Et hac sententia homines mali, & superioribus potestatibus rebelles abuti solent petulanter & cõtumaciter, contra ea quæ pro ratione temporum decernunt ac statuunt patres & prælati Ecclesiæ Dei, ad retinendum in officio ac disciplina populum. Quib; responderi potest illud, quod in hunc ipsum locum scribit Hieronymus: Ergò eradicabit & illa plantatio, de qua Apostolus ait: Ego plantauit, Apollos rigauit. Sed soluitur quæstio ex eo quod sequitur, Deus autè incrementum dedit. Vndè & paulò post ait, Dei enim sumus adiutores seu cooperarij. Nouis exurgètib; malis, opus est nouis remedijs. Ad hoc dedit Dominus Deus Ecclesiæ suæ spirituales medicos, Episcopos, ceterosq; patres ac pastores, vt quotiès opus est, in spiritu sancto congregentur, ac de pellendis morbis consultent: in quorù medio & semetipsum fore pmissit. Quamobrem quicquid illi sic congregati plantauerint, non tam illorum plantatio est, quàm patris cœlestis. Ceterum omnis illa plantatio & institutio, quam hoies ambitiosi, avari, hæretici, rebelles, & cõtumaces, ad suã ipsorù gloriam & quæstum cõminiscuntur, extirpabit ac peribit. Atq; tales finendos seu omitendos esse monet Dominus, quòd & ipsi cæci sint, ac cæcorum duces. Quid enim magis execat homines, quàm ambitio, auaritia, inuidia, odium, & cõtumacia? huiusmodi hominù cõsilia, opera & machinationes citò dissolui solent, vt exemplo Theude & Iudæ Galilæi sapienter monuit Gamaliel Act. 5. Quicquid autem à Deo est, nullus hominù poterit dissoluere, etiam si per homines gerat. Atq; hæc quidè de doctrina præcipue intelligenda sunt. Ceterum quòd attinet ad homines, quos Deus vocat ad salutem, & in vinea Ecclesiæ plantat, mouetur apud Hieronymum alia quæstio: quum omnis plantatio quã non plantauit pater cœlestis, eradicanda sit, num è cõtrario, omnis plantatio quã ille plantauit, semper sit mansura, nunq; eradicanda? Respondetur eodem auctore, homines quos pater cœlestis per ministros suos, pphetas, Apostolos, Episcopos, pastores, doctores, plantauit in vinea Ecclesiæ suæ, posse eradicari per assensum, quo se pmitunt eradicari volenti, eò quòd ista plantatio sit in voluntate proprij arbitrij. Atq; hoc est quod exprobrat vineæ apud Ieremiam cap. 2. Ego plantauit te vineam electam, omne semen verù. Quomodò ergò conuersa es in prauum vinea aliena? Qui verò facit voluntatem Dei, manet in æternù, inquit Iohã. 1. Epistolę ca. 2.

Respondes autem Petrus, dixit ei: Ediffere &c.] Quare hoc dixerit Petrus, iam ex Chrysostomi &

Gen. 2.

1 Cor. 5.
Galat. 5.
Luc. 21.

1 Cor. 3.

mi & Theophylacti sententia indicauimus. Marcus ait, quod quum iam introisset in domum à turbis, discipuli hoc interrogauerint. Vnde colligimus Petrum omnium nomine hoc interrogasse, quis esset sensus parabolae: suspicantium parabolam esse, quod erat simpliciter dictum, vt monet Hieronymus. Quamobrem obiurgatiuicula eos acuens, docet simpliciter sine tropo hoc esse intelligendum, dicens: Adhuc & vos sine intelligentia estis?

Qua autem procedunt de ore, de corde exeunt, & ea coinquinant hominem. Impurum enim reddunt hominem, tum intus, dum latent in animo: tum foris, dum erumpunt in verba & facta: aded, vt etiam alios qui audiunt ac videt, cõtaminent. Atque hoc ipsum est, quod mysticè significat illa in Leuitico capite quinto: Anima quae tetigerit aliquid immundum, siue quod occisum à bestia est, aut per se mortuũ, aut quodlibet aliud reptile, & oblita fuerit immunditiei suae, rea est & deliquit. Immundũ contingit, qui se peccato cõtaminat. Mortuũ hominis cadauer cõttingit, qui per societatem aut familiarem cõsuetudinem vel probare videtur hominẽ per peccata mortuũ, vel etiam moribus imitatur. Simile mysterium habent quae de mundis & immundis animalibus manducandis & non manducandis praecipuntur Leuitici 11. & Deut. 14. Omnis enim homo, inquit Cyrillus lib. 7. in Leuit. habet aliquem in se cibum: ex quo qui sumpserit, si quidem bonus est, & de bono thesauro cordis sui profert bona, mundũ cibum praebet proximo suo. Si verò malus, & profert mala, immundam cibũ praebet proximo suo. Huiusmodi allegorijis delectat est & Pythagoras philosophus, quae symbola Pythagorae dicuntur, inter quae hoc est vnum, *μη γινώσκαι τὸν μελανόχρωον*, id est, Non gustandum ex ijs quibus est nigra cauda: quod Plutarchus in cõmentarijs de liberis instituentis interpretatur, Nẽ cõmercium habeas cũ improbis, & ijs qui sunt nigri & infamibus moribus.

Cyrillus.

Pythag.

DE MULIERE CHANANAEA.

Egressus inde Iesus, secessit in partes Tyri & Sidonis. Tyrus & Sidon, vrbes Phœnicie nobilissimae, quum hæc gererentur, ab idololatriis incolebantur. Ditio earum extendebatur versus Galilaeam, vsque ad tribum Aser, ni fallor. Mirè verò Dñs Iesus factis innuit idẽ, quod significauit doctrina. Quemadmodum enim verbis docuit, contemnendã esse Iudeorum superstitionem de lotionibus & obseruationibus ciborũ, ac tempus adesse, quo oriente sole peritura essent vmbrae illae caeremoniarum Iudaicarum: ita secessu hoc innuit, fo-

re vt Iudæi per incredulitatem ac pertinacem superstitionẽ Euangelium à se repellant, gentes verò per obedientiam fidei illud amplectantur. Vnde quodammodo mutuo sibi obuiam eunt Dñs Iesus & mulier hæc Chananaea. Ille enim secessit à finibus terrae Iudæae in partes Tyri & Sidonis: Mulier autẽ à finibus Tyri & Sidonis egressa est obuiam Iesu: neq; tantum obuiam, verum etiam in ipsam domum illũ, qui nõ dubitauit, in quã intraret Dominus Iesus vt lateret: quanquam non potuit latere, vt scribit Marcus. Neq; concionandi gratia eõ secesserat: nondum enim eius rei tempus aderat, sed vt maleuolorum Iudaeorum oculis se subduceret: nõ quis putet ipsum transgredi præceptũ quod dederat discipulis, dicens: In viam gentium nõ abieritis: Matth. 10. Vnde factum videtur, vt tam difficilem se præbuerit in exaudiendo preces mulieris, aded vt in ipsa domo ne responso quidẽ eam dignatus sit: ac ne sequentẽ quidẽ se foras egressum, donec tandem interpellatione discipulorũ, & ipsius sceminae inuicta clamandi obsecrandiq; perseverantia victus, testimonium illi reddidit eximiae fidei: vt hæc dilatio beneficii creuerit in gloriam ipsius sceminae, & nobis pararetur exemplũ nunquam desistendi à precando, donec id quod salubriter petimus, impetremus. Hæc itaque velut præfati, videamus ordinem historiae.

Et ecce mulier Chananaea &c. Chananaeos antiquitus populus Israeliticus pro hostibus habuit, quod multis locis indicant scripturae sacrae. Hoc ipsum quodammodo præ se fert Dominus, quum tam difficulter exaudit preces huius mulieris. Marcus ait eam fuisse gentilem Syrophœnissam genere. Erant apud illum populum per immanem impietatem & scelera, quae ne nominare quidem fas est, leges naturae funditis eueris, vt ait Chrysofostomus, vt ex locis illis, in quibus habitaturi erant Iudæi, oporteret eos expelli, nõ scelerum contagione populum DEI corrumperent. Eo ignominiosius fuit Iudæis, à tam impie gentis muliere fide superari.

Miserere mei Domine fili David. Quod ait, miserere mei, & non, filia meae: indicat ardentissimum charitatis affectum erga ipsam filiam. Tam tenerè & suos filios amat Ecclesia DEI, vt si quem videat in morbum animi ac potestatem diaboli incidisse, hunc impatienter lugeat, nec desinat obsecrare Dominum vt talem sanet. Porro quod filium David appellat, inde factum apparet, quod sciret Messiam Iudæis ex pgenie David fuisse promissum.

Et accedentes discipuli &c. Vel misericordia moti

moti erga afflicta, vel importunitate clamantis, quae videbatur officere existimationi Domini, quod tanquam durior & inhumanior miseram repelleret, quum aliàs semper viderint facillimum ad subueniendum illis, qui in afflictionibus opem eius implorarent.

Non sum missus nisi ad oves, quae perierunt, domus Israel. Itã & discipulis mandauit cap. 10. Ite potius ad oves perditas domus Israel. Quae verba non sunt itã accipiendi, quasi Christus nõ sit missus etiam gentibus. Neq; enim mentiri potuit patriarcha Iacob, quum afflatus spiritu sancto prophetauit, dicens: Et ipse erit expectatio gentiũ. Gen. 49. Sed quod prius missus sit ad populũ Israeliticum, quã ad gentes: vt Iudeis nõ recipientibus Euangeliũ, iusta fieret ad gentes transfugatio, inquit Hieronymus.

Ahor. 13.

At illa venit, & adorauit eum, &c. Mira perseuerantia in muliere, quasi precãdi improbitate extortura, quod non impetrabat aliter.

Non est bonum, sumere panem filiorum, & mittere canibus. Quod bonum vertit interpret, Graecè est καλόν, quod magis honestum & pulchrũ significat, quã bonum seu αγαθόν. Præterea quod ait, mittere canibus, Graecè est βαλεῖν τοῖς κυνάσσι, i. abijcere catellis. Intenditur autem grauius his verbis repulsae indignitas, dũ Iudæos iam nõ amplius oves, sed filios appellat: mulierẽ verò, canem siue catellam. Nec tamẽ illa tam duro respõso frangitur, vt precari desistat: sed ereptum Domino responsum vertit in argumentũ ad euincendum, quod sibi etiam debeat quodammodo, quod tanta precandi perseuerantia petit: Etiam Dñe, inquit, Nam & catelli edunt de micis quae cadũt de mensã dominorũ suorum. Quo verbo non tantum eximiam quandam fidem declarabat, verum etiam animi modestiam, & candorem admirabilem, dum non offenditur se canẽ appellari, nec Iudæis filiorum nomen ac dignitatem inuidet. Quamobrem non iam diutius eam suspendit, sed præclaro elogio laudatam, donat eo quod petit. Habemus itaq; speciosissimum exemplum, in quo & fidem nostrã, atque animi constantiam exerceamus, & Ecclesie ex gentibus cõgregatẽ formam seu typum agnoscamus.

Tunc respondens Iesus, ait illi. Tunc, s. quum iam in lucem produxisset mirabilem illam fidem & cõstantiam sceminae. Hanc enim habet emphasin particula, Tunc, hoc quidem loco.

Et quũ transisset inde Iesus, &c. s. vt rediret in Iudæam, declararetq; quãto esset ppenfior in suos, quã in alienigenas: si modo beneficijs acquiescere voluissent. Marcus hic addit historiam de furdo & muto sanato.

Et ascendens in montem, sedebat &c. Et hic

typum expressisse videtur eorum quae postea erant gerenda, nempe vt exaltatus in cruce, deinde calũ conscendens, ex omni hominum genere ad se traheret, quibusq; etiam morborum malis grauatos: attractos autẽ omnes sanaret: sanatos iam, ac sequentes se, affatim in deserto reficeret cibo. Operæ precium fuerit colligere & contemplari, quae in vtroque instrumento legimus in montibus gesta. Verum hunc montem eleganter interpretatur Origenes Ecclesiam: in qua quotquot obijciuntur pedibus Domini Iesu, salutem consequuntur.

Videntes mutos loquentes &c. κωφοὶ λαλοῦντες. Post hanc particulam sequitur in Graeco, κωλοῦντες ὄψιν, id est, mutilos esse sanos. Quod tamen Erasmus suspicatur, non ab Euangelista positum esse, sed additum à quopiam, qui putaret librarij vitio prætermisum. Nam Hieronymus non legit, & adijcit rationem, quare ab Euangelista sit omisum.

DE VII. PANIBVS &c.

Iesus autem conuocatis discipulis suis &c. Conuocauit eos, excitaturus ad miraculum quod erat editurus: in quo multa summa diligentia obseruat Origenes, conferens hoc miraculum cum illo, quod capite præcedente legimus de quinque millibus hominum, quinque panibus & duobus piscibus saturatis. Nos sinemus studiosos ipsos ea legere, breuiter explicaturi textum hunc. Conuocauit, inquam, discipulos, tum vt attentos faceret ad miraculum, vt dixi: tum vt speciem quandam seu formam exhiberet fidelis Episcopi, consultantis cum inferiori clero de his, quae pertinent ad salutem populi. Superiori capite discipuli adeunt Dominum, admonetes quid videatur expedire multitudini, quanquam non intelligentes quid ipse esset factururus, tamen animo simplici, & benè affecto erga populum. Hic Dominus vltro proficitur misericordiae affectum, adhibens in consilium discipulos, vnde reficiat tantam multitudinem. O beatum populum, qui talem habet Episcopum, talesq; pastores. Misereor, inquit, turbæ, quia triduo iam perseuerant mecum. Porro quod sit mysterium huius tridui, variant coniecturae doctorum, quemadmodum & de quatuor millibus, septem panibus, &c. Quamobrem nos sinemus quenq; in his pro suo ingenio, & spiritu quem à Deo acceperit, philosophari.

Et venit in fines Magdalan. ἦν τὰ ὄρια μαγδαλά. In fines Magdala. Atque itã legit diuus Chrysofostomus, inquit Erasmus, addens Iesum abijisse in fines Magdalarum. Sic enim vertit interpret Chrysofostomi. Ac meminit quidem Hieronymus Magdali in descriptione locorum:

τ 2 cato-

ceterum hoc loco Magedam legit, non Magdalam, his quidem verbis: Magedam, ad cuius fines Matthæus Euangelista scripsit Dominum peruenisse: sed & Marcus eiusdem recordatur. Nunc autem regio dicitur Macera, contra

Iesuram. Rursus interpretas voces Hebraicas, apud Matthæum meminit Mageda. Augustinus de consensu Euangelistarum, & Euthymius, putant vnius regionis multa esse nomina.

CAPVT XVI.

ET accesserunt ad eum Pharisei & Sadducei tentantes, & rogauerunt eum, ut signum de caelo ostenderet eis. At ille respondens, ait illis: Facto vespere, dicitis: Serenum erit, rubicundum est enim caelum. Et mane, Hodie tempestas, rutilat enim triste caelum. Faciem ergo caeli diiudicare nostis, signa autem temporum non potestis scire? Generatio mala & adultera signum querit, & signum non dabitur ei, nisi signum Ione prophetae. ¶ Et relicta illis, abiit. Et cum venissent discipuli eius trans fretum, obliti sunt panes accipere. Qui dixit illis: Intuemini & caute a fermento Phariseorum & Sadduceorum. At illi cogitabant inter se, dicentes: Quia panes non accepimus. Sciens autem Iesus, dixit: Quid cogitatis inter vos, modicae fidei, quia panes non habetis? Nondum intelligitis, neque recordamini quinque panum, in quinque millia hominum, & quot cophinos sumpsistis? neque septem panum, in quatuor millia hominum, & quot sportas sumpsistis? Quare non intelligitis, quia non de pane dixi vobis, Caute a fermento Phariseorum & Sadduceorum? Tunc intellexerunt, quia non dixerat cauendum a fermento panum, sed a doctrina Phariseorum & Sadduceorum. ¶ Venit autem Iesus in partes Caesareae Philippi, & interrogabat discipulos suos, dicens: Quae dicunt homines esse filium hominis? At illi dixerunt: Alii Iohannem Baptistam, alii autem Heliam, alii verò Hieremiam, aut unum ex prophetis. Dicit illis Iesus: Vos autem quae me esse dicitis? Respondens Simon Petrus, dixit: Tu es Christus filius Dei viui. Respondens autem Iesus, dixit ei: Beatus es Simon bar Iona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus qui in caelis est. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam, & portae inferi non praeualebunt aduersus eam: Et tibi dabo claves regni caelorum: Et quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum & in caelis: Et quodcumque solueris super terram, erit solutum et in caelis. Tunc precepit discipulis suis ut nemini dicerent, quia ipse esset Iesus Christus. Exinde coepit Iesus ostendere discipulis suis, quia oporteret eum ire Hierosolymam, et multa pati a senioribus et scribis et principibus sacerdotum, et occidi, et tertia die resurgere. Et assumens eum Petrus, coepit increpare illum, dicens: Absit a te Domine, non erit tibi hoc. Qui conuersus, dixit Petro: Vade post me satana. Scandalum es mihi, quia non sapis ea quae Dei sunt, sed ea quae hominum. Tunc Iesus dixit discipulis suis: Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, et tollat crucem suam, et sequatur me. Qui enim voluerit animam suam saluam facere, perdet eam: qui autem perdiderit animam suam propter me, inueniet eam. Quid enim prodest homini, si uniuersum mundum lucretur, animam verò suam detrimentum patiatur?

Aut

Aut quam dabit homo commutationem pro anima sua? Filius enim hominis venturus est in gloria patris sui cum angelis suis, & tunc reddet unicuique secundum opera eius. Amen dico vobis, sunt quidam de his stantibus, qui non gustabunt mortem, donec videant filium hominis venturum in regno suo.

IN CAPVT XVI.

ET accesserunt ad eum Pharisei & Sadducei tentantes, &c. Haec duae sectae apud Iudaeos inter se de dogmatibus maximi momenti dissidebant. Pharisei asserunt resurrectionem mortuorum, futurum seculum, & spem unicuique secundum facta sua. Haec omnia negabant Sadducei. Et tamen quum tantis de rebus inter se dissiderent, nihilominus concordantes erant in tentando persequendoque Iesum. Pharisei simile quiddam tentant iam ante, ut supra cap. 12. audiimus. Porro quod signum de caelo sibi exhiberi cupiunt, non contenti tot tam stupendis miraculis, quae iam in conspectu & ipso, & totius populi ediderat, vel factis erat, quae putarent sibi, tanquam doctrina ac dignitate eximijs, peculiare aliquod signum, minime plebeum, exhibendum esse: vel erroris, quod putarent ea quae in terra fierent inter homines, posse virtute Beelzebub fieri: quae verò caelitus, solius Dei virtute: quum talia signa, qualia Dominus edebat inter homines, mortuos in vitam reuocans, omne morborum genus sanans, ventis ac mari imperans, nunquam possit edere diabolus: licet interdum prestigijs quibusdam conetur imitari, quemadmodum incantatores Aegyptij imitabantur signa Moysi: & aerea illa, quae caelitus venire videntur, possint a diabolo fieri, permittente Deo: quale est quod seruus nunciauit Iob, cap. 1. Ignis, inquit, Dei cecidit de caelo, & tactas oves puerosque consumpsit. Quod opera diaboli, permittente quidem Deo, factum esse, manifestum est, conantis homines ad blasphemandum inducere; quasi Deus ipse homines innocentes, & iustos oppugnet. Vide Origenem in hunc locum, & Chrysostomum in illud Iob.

Origenes
Chrysol.

Hypocrite, faciem ergo caeli diiudicare nostis. Hypocritae appellat, inquit, Chrysostomus, quia aliud ore proferebant, aliud mente tenebant. Neque enim querebant signum in hunc finem, ut discerent quis esset Dominus, sed ut per insidias tentarent. Marcus addit, quod ad malitiosam illam & insidiosam petitionem responsurus, ingemuerit spiritu: nimirum quod doleret, videns incurabilem malitiam.

Signa autem temporum non potestis? Quid. An

non potestis ex prophetarum oraculis colligere, haec signa quae nunc facio, esse genuina huius mei aduentus, quo adsum, nondum ut iudex, sed ut medicus? Caestia verò illa tunc apparebunt, quando veniam iudicaturus. *Mat. 24. Tunc enim sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum, & stellae cadent de caelo, & virtutes caelorum commouebuntur: & tunc apparebit signum filij hominis in caelo, &c. Matth. 24. Hoc ex Ioelis propheta discere potuistis, ubi inter cetera scribit: A facie eius contremuit terra: moti sunt caeli: sol & luna obtenebrati sunt, & stellae retraxerunt splendorem suum. Et Dominus dedit vocem suam ante faciem exercitus sui: quia multa sunt nimis castra eius: quia fortia, & facientia verbum eius. Magnus enim dies Domini & terribilis valde. De priore verò aduentu dicit Esaias: *Isa. 42. Non contendet, neque clamabit, neque audietur foris vox eius. Haec signa decebat Phariseos & Sadduceos posse diiudicare, qui ceteris doctiores videri volebant.**

Generatio mala & adultera Malam seu prauam appellat, ut semper Deo & ministris eius rebellem: adultera, ut quae relicto Deo, a quo in sponsam erat electa, mirificeque ditata & ornata, demonijs sese & omnium flagitiorum spurcitie praestitit. Plura diximus in cap. 12. huius Euangelistae. Nam ibi eisdem verbis eos increpat: *[Et relicta illis]* tanquam deploratis, *abiit.* Marcus ait, quod iterum conscensa nauicula abiit trans fretum.

Et quum venissent discipuli eius trans fretum, obliti sunt panes accipere. Ibi intelligendum est, qui sufficerent. Nam Marcus ait, quod non nisi unum panem secum habuerint in naui. Certè quicumque secum vehit panem illum vitam, qui de caelo descendit, non est quod sibi metuat a fame. Hic enim est, qui & animae & corpori alimentum praestare potest in vitam eternam. Neque enim in solo pane, qualis est quem nos ex frumento coquimus, viuunt homines: sed in omni verbo, quod procedit ex ore DEI. Manifesta sunt exempla Moysi, Heliae, atque multorum eremitarum, ut taceam totum illum populum, quem per quadraginta annos aluit in deserto.

Inj.

Intuemini & caute à fermento Pharisæorum.]
 Hoc verbo parauit sibi occasionem admonē-
 di eos, vt ex superioribus miraculis de quin-
 que & septem panibus, discerent abijcere foli-
 citudinem earum rerum, quibus opus est ad
 sustentationem corporis, magnaq; tum dili-
 gentia, tum fiducia agerent ea, quæ ad Euan-
 gelij propagationem, huiusq; synceram do-
 ctrinam pertinent: præterea dedocendi sup-
 stitionem Iudaicam in obseruatione ciborū,
 quum ea quæ in lege de his præcepta sunt, nõ
 habeant propriè ciborum cõdemnationem,
 sed mysteria rerum spiritualium. Quale est,
 quòd obiurgati tandem animaduertunt, no-
 mine fermenti non id esse accipiendum, quod
 admiscetur farinæ ad acuendum panis sapor-
 em, sed falsam, superstitiosam, malitiosamq;
 doctrinam, & vitæ impuritatem, auaritiam,
 ambitionem, deniq; quicquid est flagitiorū.
 Nam de his etiã Paulus ait, An nescitis quòd
 modicum fermenti totam conspersiõem fer-
 mentat? Expurgate vetus fermentum, vt sitis
 noua conspersio. 1. Corinth. 5.

Venit autem Iesus in partes Cæsareæ Philippi.]
 Philippus iste est frater Herodis, de quo supra
 diximus, inquit Hieronymus, tetrarcha Ituræ
 & Trachonitidis regionum: qui in honorem
 Tiberij Cæsaris, Cæsaream Philippi, quæ nunc
 Paneas dicitur, appellauit: & est in prouincia
 Phœnicæ: imitatus Herodem patrem, qui in
 honorem Augusti Cæsaris appellauit Cæsaream,
 quæ prius turris Stratonis vocabatur, &
 ex nomine filia eius Iuliadem trās Iordanem
 extruxit. Ille locus est Cæsareæ Philippi, vbi
 Iordanis oritur, ad radices Libani, & habet du-
 os fontes, vnum nomine Ior, & alterum nõ
 Dan: qui simul iuncti, Iordanis nomen effici-
 unt, hoc Hieronymus. Chrysoströmus suspi-
 catur, quòd huc discipulos, p̄cul à Iudæis ab-
 duxerit, rogaturus de se sententias, vt ab omni
 sollicitudine liberi, non dubitarent apertè di-
 cere quæ sentirent. Mihi etiam grauius quid-
 dam subesse videt, nempe vt ipsius loci & situ
 & nomine significaret, fore vt apud gentes
 confiterentur quis esset Dominus, & ibi fore
 principatum Ecclesiæ, vbi esset caput imperij.
 Hoc sibi voluisse videtur nomine Cæsareæ.

Mar. 8. Marcus ait, quòd in via eos interrogauerit:
 Lucas, quòd quum esset solus orans, discipu-
 li verò cum eo. Hæc omnia simul consistere
 possunt, vt monet Augustinus. Et est memo-
 rabile, quòd Domino Iesu orante, Petrus il-
 luminatur à patre cœlesti, vt consiteatur Chri-
 stum, & accipiat clauas regni cœlorum. Quàm
 ardenti numinis inuocatione est opus, quum
 designandus est antistes Ecclesiæ: Designatur
 quidem Petrus hoc loco Pontifex: sed Iohan-

nis vltimo suscipit magistratum, quū audit,
 Pasce oues meas.

Quem dicunt homines esse &c.] Græcè est, τίνα
 λέγουσι, quem me dicunt? Atq; ita se inuenis-
 se in vetustissimis exemplaribus Latinis an-
 notauit Erasmus, & Irenæum antiquissimum
 scriptorem sic legere. Sensus manifestus est,
 siue addatur pronomen, siue non addatur.
 Apud Marcum legimus, Quem me dicunt esse
 homines? Apud Lucam, Quem me dicunt
 esse turbæ? Nec adijcitur, filium hominis. Hiero-
 nymus in cõmentarijs in Matthæum, legit:
 quem dicunt homines esse filium hois? & ad-
 dit, modestiæ causâ sic potius locutū esse Do-
 minum, quæ me dicunt esse homines? Por-
 rò quum dicit, filiū hominis: per hominē, He-
 bræorum more, intelligit Adam, patrem oīm
 hominum. Apud Græcos vtrobiq; additur ar-
 ticulus, τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, filium illū hominis,
 vt certum filium & certum hominem intelli-
 gamus, filium, inquam, Iesum, hominem Adā.

Alij Iohannem Baptistam.] Vt Herodiani. He-
 rodes em̄ quū audiret famam Iesu, ait pueris
 suis: Hic est Iohannes Baptista: ipse surrexit à
 mortuis, & ided virtutes operant̄ in eo. supra
 capite 14.

Alij Eliam.] Hunc narrat regū historia lib.
 4. cap. 2. igneo curru raptum esse in cælum.
 Apud Malachiam verò cap. 4. legitur reditu-
 rus his verbis, Ecce ego mittam vobis Eliam
 Prophetam, anteq̄ veniat dies Domini magni
 & horribilis: & conuertet cor patrum ad filios,
 & cor filiorum ad patres eorum, nè fortè
 veniam & percutiã terram anathemate. Hinc
 nata fuit suspicio, Dñm Iesum esse Eliam.

Alij Ieremiam.] Huius opinionis causam fu-
 isse suspicatur Origenes, quòd videret̄ in no-
 mino Iesu impleri, quæ ad Ieremiam locutus
 fuerat Deus Ieremiæ 1. ecce dedi verba mea in
 ore tuo: ecce constitui te hodiè super gentes
 & super regna, vt euellas & destruas, & disp-
 das, & dissipes, & edifices, & plantes. Hęc em̄
 tum quidem in Propheta non fuerat imple-
 ta, sed impleri cõeperant in Iesu. Sed benè mo-
 net D. Hieronymus, nihil esse opus singulorū
 errorum causas inquirere, quū sic potuerint
 errare in Elia & Ieremia, quomodò Herodes
 errauit in Iohanne, dicens: Quem ego decol-
 laui Iohannem, ipse surrexit à mortuis, &c.

Dicit illis Iesus:] Si volens certio rem quãdam
 & sublimiorem de se professionem elicere.

*Vos aut̄ quẽ me esse dicunt?] Pronomẽ vos, em-
 phasim habet, q. d. q. plura me fecisse vidistis,
 q. meo nomine complures virtutes ipsi quo-
 quẽ operati estis. Itã Chrysoströmus. Hiero-
 nymus accipit illud vos, per antithesin, vt op-
 ponatur hominibus: quum diceret, quẽ dicunt
 homi-*

homines? vt sit sensus: Illi, vt homines, er-
 rant. Vos autem, qui non iam homines, sed
 dii potius estis, quem me esse dicitis?

Respondens Simon Petrus, dixit:] Itanq̄ Iesu
 amatissimus, & futurus princeps ordinis Apo-
 stolici. Vndè Chrysostr. in hunc locum, Quid
 igitur Petrus omnium Apostolorū os, & ver-
 tex confortij totius? quum omnes interroga-
 ti essent, ipse solus respondet:

Tu es Christus filius Dei viui.] Præclari testi-
 monij confessio: quam euestigid Dominus si-
 mili confessione pensat, vt declaret se factu-
 rum quod alibi promisit: Quisquis confessus
 me fuerit coram hominibus, cõfitebor & ego
 illum coram patre meo, qui est in cœlis. Petr⁹
 confitetur, quis & cuius filius sit Iesus: Iesus
 vicissim, quis & cuius filius sit Petrus: Præter-
 eã, quantus postea sit futurus. Porro quod
 ait, Dei viui, ad distinctionem eorum decu-
 rum ait, authore Hieronymo, qui putantur
 dii, sed mortui sunt, Saturnum, Iouem, Cere-
 rem, Liberum, Herculem, & cætera idolorum
 portenta significans.

*Beatus es Simon Bariona, quia caro & sanguis
 non reuelauit tibi.]* Quod caro & sanguis reue-
 lare non potuit, inquit Hieronymus, spiritus
 sancti gratia reuelatum est. Ergò ex confes-
 sione sortitur vocabulum, Bariona: quòd re-
 uelationem ex spiritu sancto habeat, cuius &
 filius appellandus sit. Siquidem Bariona in
 nostra lingua sonat, filius columbæ. Alij sim-
 pliciter accipiunt, quòd Simon, id est, Petrus,
 sit filius Iohannis, iuxta alterius loci interro-
 gationem: Simon Iohannis, diligis me? Qui re-
 spondit: Domine, tu scis. Et volunt scriptorū
 vitio deprauatum, vt pro bariohanna, hoc est,
 filius Iohannis, bariona interpretatur, hoc est,
 de tracta syllaba. Iohanna autem interpretatur
 dñi gratia. Vtrunq; autem nomẽ mysticè in-
 telligi potest, q. & columba spiritū sanctū, &
 gratia Dei donum significat spirituale. Illud
 quoq; quod ait, Caro & sanguis non reuela-
 uit tibi, Apostolicę narrationi comparatur, in
 qua ait, Continud non acquieui carni & san-
 guini: carnem ibi & sanguinem Iudæos signi-
 ficās: vt hic quoq; sub alio sensu demonstrē,
 q. ei non per doctrinam pharisæorum, sed per
 Dei gratiam, Christus Dei filius reuelatus sit.

Hęc Hieronymus. Tertullianus in lib. contra
 Praxeam, per carnem & sanguinem, patrē ter-
 renum & carnalem intelligit: vt oppona sp̄-
 tri cœlesti.

Et ego dico tibi:] Quid est quod ait, Et ego di-
 co tibi? Quia tu mihi dixisti, Tu es Christus
 filius DEI viui: & ego dico tibi, non sermo-
 ne casso, & nullum habente opus: sed dico ti-
 bi, quia meum dixisse, fecisse est.

*Tu es Petrus, & super hæc petram edificabo Ec-
 clesiam meam.]* Variè hic interpretatur petra.

Augustinus in homilia huius loci per petram
 intelligit Christum ipsum. Decimo verò tra-
 ctatu super Iohannis epistolam, petram inter-
 pretatur fidem. Nonnulli professionem quã
 hic facit Petrus, petram dici opinantur. Pluri-
 mi asserunt ipsum Petrum hoc loco à Domi-
 no vocari petram, super quam edificaturus sit
 ecclesiam suam. Harum interpretatiõum nul-
 la est, quæ non habeat graues authores & piū
 sensum. Prima enim, præterquã quòd Au-
 gustinum habet, videtur consonare alijs scri-
 pturis, quę Christum apertè nominat petram,
 vt apud Paulum 1. Corinth. 10. Petra autem
 erat Christus. Et apud Matthæum cap. vigesi-
 moprimo, dicitur lapis angularis, & 1. Cor.
 3. dicitur fundamentū: Fundamētum, inquit,
 aliud nemo potest ponere, præter id quod po-
 situm est, quod est Iesus Christus. Chrysostr.
 & Theophylactus secundam & tertiam itã cõ-
 iungunt, quasi eodẽ tendant. Chrysostromi
 verba sunt: Et super hæc petram edificabo ec-
 clesiam meam, i. fidem & cõfessionem. Et post
 disputationem, quam interponit de equalita-
 te patris & filij, filio hæc tribuit verba: Ego ti-
 bi dico, tu es Petrus, & ego super te edificabo
 Ecclesiam meam. Similiter Theophylactus,
 Remunerat, inquit, Petrum Dominus, mer-
 cedem illi dans magnam, quòd super eum
 ædificauit Ecclesiam. Quia enim confessus
 erat eum Dei filium Petrus, dixit, quòd hæc
 confessio quam confessus est, fundamentum
 erit futurum credentium, itã vt omnis homo
 extructurus fidei domum, hoc facturus sit
 fundamētum. Tertia verò, qua Ecclesia super
 Petrum dicitur edificari, plurimos habet &
 grauissimos authores, adeoque eosdem illos
 quos duæ illę superiores: vt manifestum sit,
 nihil hic esse dissidij inter sanctos illos docto-
 res, sed omnes has interpretationes pulchrè
 in vnum conuenire posse, si pius adsit inter-
 pres. Nam & Diuus Augustinus multis lo-
 cis Petrum vocat petram, super quam Domi-
 nus ædificauit Ecclesiam suam, vt in libro Iohã. Pj.

scrip̄ ep̄i-
 scop⁹ Rof-
 sensis.

Basilius
 Ambrosi-
 Cyprian⁹

Augusti

Chrysostr.
Theoph.

Iohã. Pj.
scrip̄ ep̄i-
 scop⁹ Rof-
 sensis.

Basilius

Ambrosi-
Cyprian⁹

tibus non sit praestita obedientia: nec vnus, inquit, in Ecclesia ad tempus sacerdos, & ad tempus iudex vice Christi cogitatur. Et Cypriano antiquior Tertullianus libro de praescriptionibus hereticorum: Latuit, inquit, aliquid Petrum edificandae Ecclesiae petram dictum, clauis regni caelorum consecutum, & soluendi & alligandi in caelis & in terris potestatem? Quin Diuus Clemens ipsius Petri discipulus, & in Pontificatu successor, epistola prima ad Iacobum fratrem Domini sic scribit: Notum tibi facio Domine, quia Simon Petrus qui vere fidei merito, & integre praedicationis obtentu fundamentum esse Ecclesiae definitus est, qua de causa etiam Domini ore cognominatus est Petrus, qui fuit primitiae electionis nomini, Apostolorum primus &c. Similia videre est in secunda & tertia epistola Anacleti, eiusdem D. Apostoli Petri discipuli, a quo & presbyterum se ordinatum esse scribit ipse, ac tandem in pontificatu successisse. Et nemo orthodoxorum est, quod equidem sciam, qui ab hac interpretatione abhorruerit. Sed quid interim dicemus ad id, quod primo loco dictum, & scripturis comprobatum est, Christum ipsum esse petram, & fundamentum, propter quod nemo potest aliud ponere? Dixerunt, non minus consistere posse, Christum esse petram & fundamentum, & Petrum esse petram & fundamentum, quod Iohannes Euangelista cap. 1. scribit, Christum esse lucem veram, quae illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, & quod Matt. cap. 5. Dominus Iesus ipse dicit Apostolis, Vos estis lux mundi. Vnde D. Hieronymus in commentarijs in hunc locum, Sicut ipse, inquit, luminae Apostolis dedit, ut luminae mundi appellarentur, ceteraque ex Domino sortiti sunt vocabula, ita & Simon, qui credebatur in petram Christum, Petri largitus est nomen, & secundum metaphoram petrae recte dicitur ei, Aedificabo ecclesiam meam super te. Verum quod quod miraculi est, si illum admittit in tituli confortium, cui officij dignitate communicat, cui potestatem facit remittendi & retinendi peccata, quod est solius Dei? Audiamus itaque sanctum illum Pontificem Leonem eius nominis I. luculenter docentem, qua ratione & quo discrimine Christus dicatur petra, & fundamentum, & qua Petrus. Quia, tu, inquit, es Petrus, id est ego sum inuolabilis petra, ego lapis angularis, qui facio utraque vnum: ego fundamentum, propter quod nemo potest aliud ponere: tu quoque petra es, quia mea virtute solidaris, ut quae mihi potestate sunt propria, sint tibi mecum participatione communia. Iam quod Origenes in tractatu in hunc locum, quem Erasmus fecit Latinum, negat super vnum Petrum edificari Ecclesiam, eodem pertinet, ut nos omnes

Tertull.

Clemens.

Hierony.

Leo I.

Origen.

adhorteretur, ut per imitationem Petri studeamus & nos fieri petrae, hoc est, viui quidam lapides ex quibus Ecclesia aedificatur. Petra est enim, inquit, quisquis Christi discipulus est, ex quo biberunt de spiritali conueniente eos petra. Non pertinet autem ad abrogandum primatum Petri in Ecclesia. Nam hunc primatum aliam illi diserte tribuit, ut homilia decimaseptima in Lucam, ubi ait: Ergo scandalizati sunt vniuersi, intantum, ut Petrus quoque Apostolorum princeps, tertio denegaret. Et sub finem libri quinti, in epistolam Pauli ad Romanos: Et Petro inquit, quum summa rerum de pacendis ouibus traderetur, & super ipsum velut super terram fundaret Ecclesia, nullius confessio virtutis alterius ab eo nisi charitas exigitur. Item in Exodum homilia quinta: Magno illi Ecclesiae fundamento, petraque solidissime, super quam Christus fundauit Ecclesiam suam, vide quid dicatur: Modice fidei, quare dubitasti? Porro quae in hunc locum scripsit, magis libet pie interpretari, quam damnare: alioquin si quis contentiosus defendat, aliam eius fuisse mentem, respondendum, Origenem etiam in alijs, & grauius quidem esse lapsum. Atque ob id non huius vnus in hunc locum iudicium, debere preferri ceteris omnibus, tum aliorum, tum ipsius Origenis interpretationibus & sententijs. Praclare itaque scriptum est a Diuo Hieronymo libro primo contra Iouinianum: Super Petrum fundatur Ecclesia, licet id ipsum in alio loco super Apostolos fiat, & cuncti clauis caelorum accipiant, & ex quo fortitudo Ecclesiae super eos solidetur, tamen propterea inter duodecim vnus eligitur, ut capite constituto, schismatis tollat occasio.

Eccae, haec est causa praetura, seu principatus huius, ut schismatis tollatur occasio. Quapropter omnes schismatici, & haeresum authores ac defensores, horumque magister ac princeps diabolus, hanc hierarchiam semper oppugnat. Quam si possent expugnare, distraheret mundum in tot sectas, quot ipsi vellent. Vnde & multae historiae, & nostra ipsorum tempora nos docent, in quam horrendam direptionem praedam fiant diabolo, qui huius hierarchiae oeconomiam deserunt. Si quis plura desiderat, legat Albertum Pigium controuersia 3. & libro 3. Hierar. Eccle. ca. 3. & 4. Nobis certum est, ne latum quidem pilum recedere ab ea interpretatione ac sententia, quam nobis tanto consensu tradiderunt tot tam praecleara Ecclesiae Dei lumina, ipsorum etiam Apostolorum discipuli. Quae & ipsa verborum dñicorum vis ac series, & rei ipsius de qua agitur, natura flagitat. Tu mihi expende verborum dñicorum. Ego, inquit, dico

Ephra.

Alb. Pig.

Fig.

dico tibi. Ego qui potestatem habeo praestandi efficiendi; quae dico: dico tibi, non cuius ex circumstantibus, sed tibi: Quid dico? quod tu es Petrus. Non solum diceris, verum etiam es Petrus. Et super hanc petram, nimirum, quae ego hinc meis efficacibus verbis firmo, solidamque & immobilem facio, ut sit inuolabile fundamentum, hoc est, super te, aedificabo Ecclesiam meam. Porro ne quis cauilletur, non eundem posse esse Petrum & petram, quod Petrus a petra denominari videatur, ut iustus a iustitia: sciendum, Petrum hinc nihil aliud significare quam petram, quod manifestum est ex ca. 1. Euangelij Iohannis, ubi dicitur ei, Tu vocaberis Cephas, quod teste Euangelista idem est quod petrus: neque petrus aliud, quam quod Latine dicitur, saxum, Latine verò & Graece petra: quod expressè docet Hieron. in epistolam ad Galatas, his verbis: Non quod aliud significet Petrus, aliud Cephas, sed quod quodam nos Latine & Graece petram vocemus, hanc Hebraei & Syri propter linguam inter se viciniam, cephan nuncupent. Haec Hieronymi verba confirmat Elias ille Leuita, nobilis nostra aetate apud Iudaeos grammaticus, in opere cui titulum fecit תשבי id est, Thesbites, ubi sic scribit: **בפא שמיעון בן בייפה הנה אחד מתלמידיו של ישו הנצירי ואומרים בארונגליו כי ברא בראשונה הנה שמו שמיעון בר יונה וישו קרא שמו בייפה ומקצת תרגום של סלע בייפה שהו לשון חוזק בבמה מקומות כמו לו שהיה הנה ראש וחוזק אמרונגלו לכה קראו בייפה נבו ולאכן נגת תרגום ולביפה מתבלא נבו שמו בלשון רומי מיטרו נאכן וקרא בלשון פרידא**

Hieron.

Haec Paulus Fagius ita vertit Latine (Chephah) Schymeon filius Chepha, vnus fuit, ex discipulis Iesu Nazareni, de quo ferunt in euangelio, quod illi primum nomen fuerit Schymeon bar iona, Iesum verò vocauisse cum Chepha, quod fortitudinem & munitionem significat. Nam Thargum Hebraicae vocis בייפה est, & pro fortitudine in multis locis vsurpatur. Voluit autem Christus eo innuere, quod futurus esset caput & robur suae fidei: ob id vocauit eum בייפה. Item ubi textus Hebraeus habet, In lapidem offendiculi: Thargum dicit, לביפה מתבלא. Similiter & in lingua Romana Petrus nominatur. Necnon & Itali lapidem pereda vocant. Haec ille Iudaeus, adhuc in suo Iudaismo perdurans,

Neque opinor quod Dominus Iesus illum Graeco vel Latino nomine vocauerit Petrum, sed, ut scribit Iohannes, Syro duntaxat בייפה, quod quum petram, hoc est, saxum seu lapidem significet, Euangelista, vel si quis Euangelistam ex Hebraea lingua in Graecam transtulit, vertit πέτρα, potius quam πηρα, non quod aliud significet, sed quod viro aptius esse videretur in forma masculina: Ceteri quoque tum apostoli, tum Euangelista, nunc Syro nomine בייפה, nunc Graeco Petrum nominat. Quin etiam in Euangelio Matthei quod habemus Hebraicum, utrobique idem per omnia nomen est, בייפה. Sic enim scriptum est: **נאצי אומר לקי בייפה בייפה הנה הוואת אבנה את בית מוקדלי** Quod ad verbum dixeris Latine, Et ego dico tibi, quod tu es petra, & super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam. Vides itaque palam ex genuina ipsius vocabuli significatione conuinci, Petrum esse ipsam petram, super quam Dominus dicit se aedificaturum esse Ecclesiam suam. Iam quod ad verborum feriem, & ad rem de qua agitur, attinet: Quum Dominus Iesus hoc loco beatum praedicet Petrum, eiusque sui de illo tam eximij elogij causas velit indicare, & rationes reddere, quarum prima est reuelatio quae illi facta est a patre caelesti: postrema verò, quod ipse daturus sit illi clauis regni caelorum: quid quae inoportunus fuerit, absurdusque, quam hunc tam compendiosum sermonem interrumpere alio, quo referat quid super semetipsum sit aedificaturus? Quid enim hoc ad Petrum magis, quam ad ceteros? Quum autem petram accipimus ipsum Petrum, omnia coherent aptissime, pulcherrimeque procedunt ordine.

Porro quod necesse sit vnum in Ecclesia hac militante adhuc in terra, esse primum Episcopum, supra verbis Diui Hieronymi dictum est, & omnes semper orthodoxi patres docuerunt, ipsaque rei necessitas palam loquitur, quo conseruetur vnitas & concordia, qua nihil magis in suis probat Christus. De qua re copiose ac erudite scripsit nostra aetate Albertus Pigius in Hierarchia Ecclesiastica. Fuisse etiam in vetere lege talem in sacerdotio principatum, manifestum est: de quo Deuteronomij decimosextimo inter cetera sic praecipitur: Qui autem superbi fuerit, nolens obedire sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat Domino Deo tuo, ex decreto iudicis morietur homo ille, & auferes malum de Israel: cunctusque populus au-

diens timebit, vt nullus deinceps intumescat superbia. Porro vbi ille summus sacerdos post Christi & Petri decessum residere debeat, clarissimis verbis docet sanctus ille pontifex & martyr Anacletus, ab ipso Apostolo Petro ordinatus presbyter, vbi sic scribit epistola tertia: Hęc verò sacrosancta Romana & Apostolica Ecclesia, non ab Apostolis, sed ab ipso Domino saluatore nostro, primatum obtinuit, & eminentiam potestatis super vniuersas Ecclesias, ac totum Christiani populi gregē affecta est, sicut ipse beato Petro apostolo dixit: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Hęc, & plura his ille tantus Christi pontifex & martyr, vt malitiosissimę sit impudentię, & impudentissimę malitię, audere ordinationem illam sic ab ipso Domino ac Deo nostro factam & constitutam, impio ac blasphemio ore criminari, aut etiam sceleratis & sacrilegis manibus conuellere.

Quod si quis Hierarcha parū videatur suo fungī officio, meritō dolemus & ingemiscimus, obsecrantes Dominum Deum, vt tales emendet: imō vt nos ipsos emendatos dignos faciat melioribus: quandoquidem deus est, qui regnare facit hominem hypocritam propter peccata populi. Iob tricesimo quarto. Et Hosee capite quarto ait: Et erit, sicut populus, sic sacerdos. Veruntamen vnusquisque, non iudicet, inquit in eodem capite idem propheta. Nē maledicamus, neque iudicemus seruum DEI, nē audiamus: Populus tuus sicut hi qui contradicunt sacerdoti: & corruet hodiē, & corruet etiam propheta tecum. Hęc fortassis prolixius persecuti videmur: sed optauimus confirmare infirmos & imperitos, nē per pseudo-prophetas patiantur se à vera Euangelij sententia, sub ipsius Euangelij prætextu, abduci. Nē deficiamus à legitimē constitutis ordinatisque pastoribus ad lupos. Suauiter nobis blandiuntur: sed non malē dixit quidam:

Cate. Fistula dulcē canit, volucrum dum decipit auceps.

Et porta inferi non praeualebunt aduersus eam.] Notauit Origenes ancipitem esse sermonem, quod pronomen, eam, vel petram referre potest, vel Ecclesiam. Verū id ad sententiam perparū refert. Neque enim aduersus petram quicquam poterunt, quippe quam nō minus Iesus, vt sapiens architectus, posuit firmavitque: & de qua dixit: Ego rogavi pro te, vt non deficiat fides tua, Lucę vicefimo secundo. Neque aduersus Ecclesiam, quip-

pe cuius fundamēta in montibus sanctis, in quibus fundauit eam ipse altissimus, diligens portas eius super omnia tabernacula Iacob, Et quū pro fundamentis ro-

gasset patrem filius, vt seruaret ea à malo, atque semetipsum pro eisdem sanctificaret, vt & ipsa essent sancta in veritate, etiam pro ædificio rogauit his verbis: Non pro eis autem rogo tantum, sed & pro eis qui credituri sunt per verbum eorum in me, vt omnes vnū sint, sicut tu pater in me, & ego in te, vt & ipsi in nobis vnū sint. Iohann. decimosextimo. Quantūvis igitur ille inferorum tyrannus fremat, cum suo illo tartareo satellitio vitorum, peccatorum, Indæorum, ethnicorum, hereticorum, quorum impię blasphemęque doctrinę ac suggestiones, portę quędam sunt, per quas ad inferos descenditur, nunquā tamē hanc domum expugnabunt, neque quenquam lædere poterunt, qui modō in hac se continerit. Est enim domus Dei, Ecclesia Dei viui, co-

lumna & firmamentum veritatis, inquit apostolus. Beati sunt, qui intra hanc se continent, ac student voluntatem patrisfamilias facere. Horum enim remissę sunt iniquitates, actę peccata. Quod si ceciderit in hac iustus, non tamen collidetur, quia Dominus supponit manum suam. In hac est peccatorū remissio. Habet enim Episcopos & Pastores, quibus in apostolis dictum est à Domino: Accipite spiritum sanctum: quorum remisistis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt. Iohannis vicefimo. In hac præsidet vice ipsius Domini summus ille pastor, cui hęc in Petro dicitur, Et dabo tibi clauēs regni cęlorum, &c. Vndē Diuus Augustinus libro primo de doctrina Christiana, capite decimo octauo: Has igitur, inquit, clauēs dedit Ecclesię suę, vt quę solueret in terra, soluta essent & in cęlo: quę ligaret in terra, ligata essent & in cęlo: scilicet vt quisquis in ecclesia eius dimittit sibi peccata non crederet, non ei dimitterentur: quisquis autem crederet, seque ab his correctus auerteret, in eiusdem Ecclesię gremio constitutus, eadem fide atque correctione sanaretur. Quisquis enim non credit dimitti sibi posse peccata, sit dete-

Cyprian.

Origenes.

Hieron.

Leuit. 13.

14

deterior desperando, quasi nihil illi melius quā malum esse, remaneat, vbi de fructu suę conuerfionis infidus est. Per clauēs itaque hęc potestas intelligitur remittendi retinendique peccata, excludendi ab Ecclesiā, & in Ecclesiam recipiendi: nequaquā vni Petro, aut alicui successorum huius data, vt per eam exerceat tyrannidem, excludatque aut recipiat pro sua libidine, quos humani dictauerint affectus: sed in Petro data est hęc potestas vniuersę Ecclesię. Petro autem, & huius successoribus dispensatio mandata est, tanquā æconomis primarijs magne huius domūs aut ciuitatis. deinde ceteris quoque episcopis & presbyteris, vt ea vtantur ad ædificationem, gubernationem, conseruationem & custodiam ecclesię, & eius quę hanc decet puritatis, tum in doctrina, tum in moribus, tū in omni religione & cultu Dei. Nemo hęc debet vel imaginari, vel sibi sumere formam tyrannidis humanę. Neque enim est hominis opus, ligare & soluere, sed opus spiritūs sancti. Apostolis enim dicturus, Quorū remisistis peccata, remittuntur eis &c. præmisit, Accipite spiritum sanctum. Iohannis vicefimo. De quo vide in Decretis, causa 24. q. 1. c. Audiuimus quod hereticus. Quod tamen vni Petro dicitur, Tibi dabo clauēs, vnitatem Ecclesię suę demonstrat, cuius exordium ab vno proficiscitur, vt pulcherrimē docet Diuus Cyprianus in Tractatu de simplicitate prælatorum. Quod si quis vel Episcopus vel presbyter, per hæresim schismatē ab hac vnitatem defecerit, is neque spiritum sanctum, neque potestatem hanc ligandi soluendique retinere potest. Audi in hunc ipsum locum Origenem: Porro, inquit, si quis quum non sit Petrus, nec habeat quę hęc dicta sunt, sicut habuit Petrus, credit se ligaturum in terra, vt quę ligauerit, ligata sint & in cęlis: ac se soluturum super terram, vt quę soluerit, soluta sint & in cęlis, hic inflatus est, non intelligens quid sibi velint scripturę, & tumefactus incidit in diaboli ruinam. Monet etiam Diuus Hieronymus Episcopos & presbyteros, scripturę locum hunc non intelligentes, aliquid sibi de Phariseorum supercilio sumere, vt vel damnent innocentes, vel soluere se noxios arbitrentur: quū apud Deum non sententia sacerdotum, sed reorum vita quæratur. Legimus in Leuitico, inquit, de leprosis, vbi iubentur vt ostendant se sacerdotibus: & si lepram habuerint, tunc à sacerdote immundi fiant: non quod sacerdotes leprofos faciant & immundos, sed quod habeant notitiam leprosi & non leprosi: & possint discernere, qui mundus, qui ve immundus sit. Quomodo ergo ibi lepro-

sum sacerdos mundum vel immundum facit, sic & hic alligat vel soluit Episcopus & presbyter: nō eos qui infontes sunt, vel noxii: sed pro officio suo, quum peccatorum audierit varietates, scit qui ligandus sit, quive solvendus. Hęc Hieronymus. Quos igitur viderit ex animo resipiscere, recedereque à malo, & facere bonum, & inquirere pacem Ecclesię catholicę, hi sunt quos à præteritis peccatis soluere debet, iuxta id quod supra ex Augustino retulimus. Qui verò pertinaciter pergūt peccare, hos nemo neque debet, neque potest soluere. Iam quę copiosē disputat Albertus Pigijs in Hierarchia Ecclesiastica de clauium potestate, relinquo studiosis legenda.

Tunc præcepit discipulis suis, vt nemini dicerent &c.] Suprà cap. 10. quum illos ad prædicandum emitteret, præcepit eis vt dicerent, in propinquo esse regnum cęlorum: non tamen adiecit, vt dicerent se esse Messiam, illius videlicet regni regem. Hęc etiam vetat, nē dicant. Nondum enim expediebat hoc vulgo proponere: quod prius peragendum esset sacrificium crucis, & declaranda naturę humanę veritas, deinde per resurrectionem & spiritum sanctum vera Deitas. Et quis non ex vulgo statim fuisset execratus Apostolos, tanquā vel insanos, qui ipsi credidissent, vel impostores, qui alijs persuasissent, hunc esse filium Dei, Deum ipsum, quem in tantis viderent tormentis: quum etiam Apostoli ipsi, visis illis, aded sint offensi, vt ipse etiam Petrus dominum negauerit. Declarata verò sic vtraque natura, tempestiuum erat, per totum mundum annunciari, quis esset. Atque hoc ipsum est, quod verbis quę iam sequuntur, illis incipit delineare, quod oporteret se ire Hierosolymam &c.

Et assumens eum Petrus.] καὶ προσλαβόμενον αὐτὸν ἐπιτρεθῆ, id est, Cū apprehendisset eum Petrus, nimirum vt solent familiarius aliquid dicturi. Diuus Hieronymus admonet multos putare, Petrum hoc ex instinctu diaboli fecisse: ideoque nōminum, quum diceret, Vade post me satana, non ipsum Petrum corripuisse, sed aduersarium illum spiritum, qui Petro id suggesterit. Sed horum sententiam rejicit, alle-rens errorem illum apostoli ex affectu pietatis esse profectum, quod iam confessus filium Dei, neque confessionem hanc vellet per mortem destrui, neque putaret fieri posse, vt filius Dei occideretur. Abducit itaque seorsum ab alijs, nē discipulus magistrum increpans, illis offendiculo sit, & tamen pro charitate, qua in Dominum ac præceptorem flagrabat, reuocet ab illis, quę videntur illum nequaquam decere, neque vlla ratione debere illi ac-

Euthym.

cidere. Et quod interpret Latinus vertit, Ab- sit à te Domine: monet, melius in græco haberi, *ἀπὸ τοῦ κυρίου*, hoc est, propitius sis tibi Domine: qua increpandi figura eos consueuisse uti monet Euthymius, qui indignè ferunt amicum absurda loquentem. Solent enim il- liferè dicere: Propitius tibi sit Deus ob ta- lem sermonem. Vndè quòd sequitur, *ὡς μὲν Ἰσαὶ εἶπεν*, id est, nequaquam erit tibi hoc: huc habet sensum, auctore Hieronymo: Non potest fieri, nec recipiunt aures meæ, vt filius Dei occidatur.

Origen.

Qui conuersus, dixit Petro. Annotauit Origenes, semper salutare esse, quòd legitur do- minus ad aliquem se conuertisse. *Vade post me satana.* *ἵνα* Hebræis sonat aduersarium. Vndè Petrum satanam vo- cat, non diabolum intelligens: sed quòd hu- mano affectu aduersaretur consilio diuino. Id satis indicant verba quæ sequuntur. Porrò quòd post se ire iubet, significat, non debere illum qui discipulus erat, velle præscribere magistro suo, quid facere aut dicere deberet, sed obedire præceptori, eundemq; in dictis factisq; imitari. Quod quanquam obiurgans discipulum, imperat, beneuolo tamen animo imperat. niabolo verò suprà cap. 4. non dixit, *ἵνα ἕλθῃς μετὰ μου*, i. abi, vel vade post me, sed tan- tum, *ἵνα μὴ σατανά*, id est, abi satana: nempe in to- tum illum à se reijciens. Nam ire post Iesum, bonum est, inquit Origenes: quod diabolo non conceditur.

Origen.

Scandalum es mihi. i. obstaculum, impedi- mentum. *Quia non scitis ea quæ Dei sunt, sed ea quæ homi- num.* Caro humana, spiritui repugnās, abhor- ret afflictiones, crucē, & mortem. Deo autem visum est, per hæc genus humanū seruare, atq; subuere in cælum. *Tunc Iesus dixit discipulis suis.* Marcus ait, q; conuocata turba cum discipulis, dixerit eis. Consentit Lucas, dicēs: dicebat autē ad omēs. Confirmat autem augetq; his verbis ea quæ dixerat de sua passione & morte, q. d. Nō mo- dō ego hæc patiar, verum etiam quisquis vo- let meus esse discipulus, præparet se ad similia ferenda. Sed videamus iam ipsa Dñi verba. *Si quis vult post me venire.* Quum ait, si quis vult, aperte indicat, se neminē cogere: sed re- linquere omibus liberū, vtrū venire velint, an nolint. Indignū enim esset cogere homines ad tam inestimabilia bona, quæ rāta sunt, atq; ei⁹ naturę, vt eos qui modò nō propter deplo- ratā ignauiā stultitiāq; se nomine hoīs red- didere indignos, inuitare possint ac debeāt ad comparandum se. De quo plura Chrysof.

Abneget semetipsum &c. Tria proponit. Pri- mum, Abneget semetipsum: Secundum, & tol- lat crucem suam: Tertium, Et sequatur me. Quid est abnegare semetipsum? D. Hieronymus respōdet breuiter ex 3. cap. Epistolę Pau- li ad Coloss. Qui deponit veterem hominem cum operibus suis, abnegat semetipsum. Hoc est, vt Origenis verbis vtat, qui priorē vitam suam malam bona cōuersione relinquit. Atq; hæc tanta constantia facere oportere docet Chrysofomus, vt nullis hinc tormentis nos deterri de pellere patiamur. Qui flocci facit omibus his obijcere corpus suum, adeoq; ipsi morti, vbi videt hoc postulare officii hominis Chm professi, is verè semetipsum abnegauit. Què admodum ex contrario, qui iustos piosq; labores, qui maleuolōrū hominū obrectati- ones, qui conuicia & contumelias: qui frigus, æstus, tormenta, mortē deniquè recusat pro Christi nomine subire: sequitur autem huius vitæ delicias, voluptates, adulationes palpati- onesq; hominum, gloriam huius mudi: is hocce scdissimos dominos & idola professus, Christū & crucem eius abnegauit. Obserua- nit & illud Chrysof. quòd non ait simplici- ter *ἀρνησάτω*, id est, neget, sed *ἀπαρνησάτω*, id est, abneget: quod multo plus est, quàm negare simpliciter.

Hieron.

Origen.

Chrysof.

Chrysof.

Iam quod ait, Et tollat crucem suam, apud Lucam additur, quotidie. Quo docemur, non semel, aut bis, tēve, sed per omnem vitam oportere esse paratos ad ferendum, quicquid nobis pro Christi nomine ferendum fuerit impositum, etiam si mors illa fuerit, eaq; ho- minum iudicio ignominiosissima: vt possi- mus magno inuictōque animo dicere cum Apostolo: Mihi autem absit gloriari nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Verum in his omnibus oportet sequi Chri- stum. Nam latrones, homicide, parricidæ, & quicquid est similibus facinorosorum homi- num, sæpè grauissima ferunt supplicia: sed neque volentes, neque propter Christum. Et multi hæretici gloriati sunt, quòd per- secutiones, ignominias, mortem deniquè sub- irent propter Christum: sed non sunt secuti mansuetudinem, innocentiam, modestiam, & charitatem CHRISTI. Verum odio ad- uersus potestates, & eos qui praprositi sunt regi dominico, accensi, inflatiq; super- bia, & vana doctrinæ persuasione, ausi sunt ore blasphemio criminari ordinationem Dei, eandemq; sacrilegis manibus violare. Hi tametsi ferant crucem, non tamen illis pro- derit: quia neque semetipsos abnegarunt, neque sequuti sunt CHRISTVM: sed

Gal. 6.

ma-

magis Christo sunt aduersati. Qui verò affli- ctiones & cetera quæ diximus, tolerant amore tum ipsius domini ac Dei nostri, tum eorum pro quibus mortuus est Christus, libenter obtemperantes illis qui præfunt, si benè præ- sunt, etiam cum gaudio: sin malè, cum gemitu quidem, non tamè suam ipsorum cōditionem indignè ferētes, quasi meliores sint, quàm qui talibus debeāt esse subiecti: sed ex animo do- lentes, quòd illi & sibi accersant iram domini, & eos quos curare & pascere debent, negli- gant: nec definunt interea omni qua possunt pietate ac mansuetudine vtrisque ad sanan- dum succurrere, tum assiduis ad deū interpel- lationibus, tum bonæ suæ vitæ exemplo, tum etiam, vbi cūque dantur idoneæ occasiones, mansuetè pieq; admonendo. Hi sunt, qui semetipsos abnegantes, & crucem suam tol- lentes, sequuntur Dominum Iesum Christū: qui quum in forma DEI esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo: sed semet- ipsum exinaniuit, formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu in- uentus vt homo, humiliavit semetipsum, factus obediens vsque ad mortem, mortem au- tem crucis. Porrò quicumque sic sequuntur Christum, hos etiam exaltabit haud dubiè Deus pater, quemadmodum & illum exalta- uit, Phil. 2.

Phil. 2.

Qui enim voluerit animam suam saluam face- re. Hoc est, qui ea quæ ego doceo, tanquàm dura, grauiā & aspera, propterea repudiat, vt vitatis laboribus, afflictionibus, & morte, in

ocio delicijsq; suauiter viuat, aded hæc, quæ per stultitiam captat, amittet, vt pro his æter- næ mortis nunquàm finiendos cruciatus in- ueniat. Qui verò propter me meamq; do- ctrinam spreuerit illa carnalia ac momenta- nea, is pro illis inueniet vitam æternam, eamq; in tanta bonorum omnium affluentia, quanta nulla mens humana cogitando compræhen- dere potest. Neque enim oculus vidit, neque auris audiuit, neque in cor hominis ascendit, quanta præparauit. DEVS diligentibus se. Neque est, quòd quisquam de difficultate conqueratur. Occurrit dominus in vijs suis lætanti & faciēti iustitiam, vt ibidē ait pro- pheta.

1. Cor. 2. Esa. 64.

Aut quam dabit homo commutationem &c. Id luculentius vertit Erasmus: Aut quid da- bit homo, cuius permutatione redimat ani- mam suā? Hic quidem potest dare lachrymas, inquit Theophylactus, & eleemosynam, & ieiunare: illic autem nō. Iudex enim tunc nos excipiet, dona respuens.

Filius enim hominis venturus est &c. A spe & metu acris exhortatio, vt vitatis peccatis, operemur bonum.

Amèn dico vobis, &c. Quò certior sit spes futurorum bonorum, promittit se speciem quandam eorum exhibiturum quibusdam ex ipsis, etiam in hac vita priusquam mori- antur: significans, quid esset post dies sex fa- cturus in monte Thabor, coram Petro, Iaco- bo & Iohanne. De quo iam cap. sequenti au- diemus.

CAP. XVII.

ET post dies sex assumpsit Iesus Petrum & Iacobum & Iohannem fratrem eius, & duxit illos in montem excelsum seorsum, & transfiguratus est ante eos. Et respanduit facies eius sicut sol, vestimen- ta autem eius facta sunt alba sicut nix. Et ecce apparuerunt illis Moses & Helias, cum eo loquentes. Respondens autem Petrus, dixit ad Iesum: Domine, bonum est nos hinc esse: si vis, faciamus hinc tria tabernacula: tibi vnum, Mosi vnum, & Helix vnum. Adhuc eo loquente, ecce nubes lu- cida obumbravit eos. Et ecce vox de nube, dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi benè complacui: ipsum audite. Et audientes discipuli, ceciderunt in faciem suam, & timuerunt valdè. Et accessit Iesus, & tetigit eos, dixitq; eis: Surgite, & nolite timere, Leuantes autem oculos suos, neminem viderunt, nisi solum IESVM. ¶ Et descendentibus illis de monte, præcepit IESVS, dicens: Nemini dixeritis visio- nem, donec filius hominis à mortuis resurgat. Et interrogauerunt eum discipuli, dicentes: Quid ergò scribæ dicunt, quòd Heliam oporteat pri- mum venire? At ille respondens, ait illis: Helias quidem verurus est, & res-

stituet omnia: dico autem vobis, quia Helias iam venit, & non cognouerunt eum, sed fecerunt in eo quaecunque voluerunt. Sic & filius hominis passurus est ab eis. Tunc intellexerunt discipuli, quia de Iohāne Baptista dixisset eis. ¶ Et cum venisset ad turbam, accessit ad eum homo genibus prouolutus ante eum, dicens: Domine, miserere filio meo, quia lunaticus est, & malè patitur: nam sæpè cadit in ignem, & crebrò in aquam: & obtuli eum discipulis tuis, & non potuerunt curare eum. Respondens autem Iesus, ait: O generatio incredula & peruersa, quousquè ero vobiscum? vsquequò patiar vos? Afferte huc illum ad me. Et increpauit illum Iesus, & exijt ab eo dæmonium, & curatus est puer ex illa hora. Tunc accesserunt discipuli ad Iesum secretò, & dixerunt: Quare nos non potuimus eijcere illum? Dicit illis Iesus: Propter incredulitatem vestrā. Amen quippe dico vobis, si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis mōti huic: Transi hinc, & transibit: & nihil impossibile erit vobis. Hoc autem genus non eijcitur, nisi per orationem & ieiunium. ¶ Conuersantibus autè eis in Galilæa, dixit illis Iesus: Filius hominis tradendus est in manus hominum, & occidetur eum, & tertia die resurget. Et contristati sunt vehementer. Et cum venissent Capharnaum, accesserunt qui didrachmā accipiebāt, ad Petrum, & dixerunt ei: Magister vester non soluit didrachmā? Ait: Etiā. Et cum intrāisset in domum, pręuenit eū Iesus, dicens: Quid tibi videtur Simon? reges terræ à quibus accipiunt tributum vel censum? à filiis suis, an ab alienis? Et ille dixit: Ab alienis. Dixit illi Iesus: Ergò liberi sunt filij. Vt autem non scandalizemus eos, vade ad mare, & mitte hamum: & eum piscem qui primus ascenderit, tolle: & aperto ore eius, inuenies staterem: illum sumens, da eis pro me & te.

IN CAPVT XVII.

Et post dies sex] Lucas habet, Factum est autem post hæc verba ferè dies octo. Sed nihil est dissidij inter Euangelistas. Nam Lucas annuerat diem quo hæc locutus est dominus, & eum quo transfiguratus: Matthæus autem & Marcus, intermedios tantum numerant.

Assumpsit Iesus Petrum & Iacobum & Iohannem &c.] Hos tres, vt ceteris apostolis excellentiores, assumpsit. Porro quòd in montem subducit, eumq; tã excelsum, significat oportere fordes hæc terrenas relinquere eū, qui sit futurus idoneus spectator cõtemplatorq; cælestium, & glorię illius maiestatisq; diuinę. Nomen huius montis, in quo transfiguratio hæc facta est, nullus Euangelistarum exprimit. Hieronymus verò in Epitaphio Paulæ dicit fuisse Thabor. Est autem Thabor, vt idē scribit in quintum cap. Osee, mons in Galilæa, situs in campestribus, rotundus atque sublimis, & ex omni parte finitur æqualiter.

Et transfiguratus est ante eos.] Ante eos, seu

coram eis, vt palam viderent ipsum esse, & non phantasma aliquod loco eius. Transfiguratus est autem, nequaquam deposito corpore: sed claritatis illius diuinę radijs per corpus & vestes sese proferentibus, ad exhibendum specimen aliquod eius glorię, in qua videretur est olim in regno suo.

Vestimenta autem illius facta sunt alba sicut nix.] Exemplaria Græca habent, *ὡς τὸ φῶς*, id est, sicut lux: quomodo & Origenes legit. Marcus tamen habet, *ὡς χιὼν*, sicut nix. Et addit, qualia sullo non potest super terram candida facere.

Et ecce apparuit illis Moses & Helias, &c.] Euidens argumentum, quòd non venerit aboliturus legem & prophetas, sed impleturus, quæ in illis de promisso patribus Messia sunt scripta, quapropter Lucas exponit argumentum colloquij, quod cum dño miscuerunt Moses & Helias: Et dicebant, inquit, excessum eius, què completurus erat in Ierusalé. Cõfirmatur

IN MATTHAËI CAPVT XVII.

matatur etiam horum præsentia, quod dixerat Dominus: Qui perdidit animam suam propter me, inueniet eā. Quas enim persecutionum afflictiones, quos labores illi duo non pertulerāt, Moses à Pharaone, & rebeli intractabiliq; populo, què ducebat: Helias ab Achab, & impia regina Iezabel? Et tamen non tantum viui hinc, verum etiam in tanta claritatis gloria conspiciunt, vt digni habeantur, non modò congrèdi familiari colloquio cum vnigenito filio Dei, verum etiam claritatis gloria cū eodem conferri. Quid enim aliud significat Petrus, quum de tabernaculis tam illis, quàm ipsi Domino extruendis, loquitur? Quod nē quis calumnietur, quasi seruos æquales faciam Domino, creaturas creatori: abijt à me hæc tam blasphemata impietas. sed admirandam esse aio, atq; ardentissimè amandam immensam illius in suos benignitatē, quos ea lucis claritate vestire dignatur. Atqui ò stultā scdamq; ignauā nostram, qui tantis propofitis bonis, non excitamur, vt saltem per modicos hosce breuesq; eosdemq; si ipsi voluerimus, iucundos labores ea consequamur? Hoc vniciue expendendum relinquo, quàm id sit execrabile scelus.

Respondens autem Petrus, dixit: Domine, bonum &c.] Chrysostomus opinatur feruorem charitatis erga dominum extorsisse Petro hanc vocem: quòd minime oblitus eorum quæ de passione, cruce, & morte sua dixerat dominus, nec tamen ausus palam ab illis dehortari amplius, tam grauitè nuper obiurgatus, occasione huius tam iucundi spectaculi, subindicare, præstare manere ibi, illisq; delicijs perfrui, quàm abire Hierosolymam, & crucifigi.

Si vis, faciamus hic tria tabernacula.] Diuus Hieronymus, Chrysostomus, & alij plerique hinc notant Petrum, quòd Mosen & Heliam seruos, æquare videatur Christo domino in extruendis tabernaculis. Sed rursus excusant, quòd percussus timore, vt ait Marcus, & vt Lucas, grauatus somno, hoc est, obstupescactus tam nouo spectaculo, nesciret quid loqueretur. Sed apud Lucam aliam præterea huius verbi causam inuenio, de qua paulò antè dixi, nempe quòd & illi in maiestate luminis apparerent. Sic enim ait Euangelista Lucas: Erāt autem Moses & Elias, visi in maiestate. Vndè Tertullianus lib. 4. contra Marcionem: Sed quid tam Christus creatoris, quam secū ostendere prædicatores suos? cum illis videri, quibus in reuelationibus erat visus? cum illis loqui, qui cum eo fuerant locuti? cum eis gloriam suam communicare, à quibus Dominus glorię nuncupabatur? Propterea nimirum dignos putabat, quibus extruerentur taber-

nacula. Paulò tamen circumspectius locutus est hinc, quàm suprà, quum increpans, à sermone supplicij & mortis reuocaret. hinc enim præmittit, si vis.

Adhuc eo loquente, ecce nubes lucida obumbravit eos.] Quamobrem nubes? Respondet Chrysostomus, Sic ferè semper Deus videtur. Nubes enim & caligo in circuitu eius. & sedet in nube leui. & Qui posuit nubem ascensum suum. & Nubes suscepit eum ab oculis eorum. & sicut filius hominis veniens in nubibus. Vt igitur credant ab ipso Deo vocè venire, è nube vox emittitur, quæ lucidissima erat. Aliàs ex obscuris ac tenebrosis nubibus loquitur: vt Exodi decimono nono totus mons Sinai fumigabat. Verum ibi rudem ac barbarum adhuc populum terret. Hinc discipulos ad annunciandum Euangelium pacis format.

Et ecce vox de nube dicens, Hic est &c.] Non respondet Dominus Petro ad id, quod insipienter erat locutus: sed pater pro filio loquitur, testimonium illi ferens quis sit, quum ait, filius meus: & qualis, quū ait, dilectus in quo mihi benè complacui, siue complacitum est, nimirum ille, de quo ait Propheta Psalmo quadragesimoquarto: Speciosus forma præ filijs hominum &c. qui Psalmus mirabiliter consonat huic testimonio præceptoque patris. Nam & potestatis imperium, quod illi hinc tribuit pater, dicens, Ipsum audite, lætissima acclamatione extulit, dicens: Accingere gladio tuo super femur tuum potentissime: Specie tua & pulchritudine tua, intende prospere, præcede & regna. Ecce, sic inauguratus est, & institutus rex noster & pontifex Christus Dominus, vt nulla sit excusatio illis, qui hinc talem, tantum, tanta cum autoritate, tam clarè ac luculenter declaratum audire recusant. Non hominis vox est, sed ipsius Dei patris, Ipsum audite. Vndè eiusdem patris vox per spiritum in eodem Psalmo ad sponfam filij, Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam, & obliuiscere populum tuum, & domum patris tui, Et concupiscet rex decorem tuum, quoniam ipse est Dominus Deus tuus, & adorabit eum: vel, vt ex Hebræo sonat, Ipse est Dominus tuus, & adora eum.

Et audientes discipuli, ceciderunt in faciem suam, & timuerunt valde.] Nimirum infirmitate humana non ferente maiestatem illam luminis diuini. Vndè ad Mosen ait Exodi 33. Non poteris videre faciem meam. Non enim videbit me homo, & viuet.

Et accessit Iesus, & tetigit eos.] f. recepta iam priore specie, hoc est, ea facie ac forma, quam, quum esset in gloria patris, propter nos induit.

induit, vt salutari suo contactu nos miseros, in peccatis nostris à maiestate prostratos erigeret, paulatimq; transformaret, atq; capaces illius diuini luminis fingeret, quod olim videbimus oēs facie ad facie, nō iam cum timore, sed ināstimabili gaudio, si hīc fecerimus quod nobis à patre mādatur, hoc est, audiuerimus filium, eumq; prostrati adorantes, ad contingendum nos inuitauerimus. Quapropter & verbi potentia eos erigit animatq; dicens: Surgite, & nolite timere.

Leuantes autem oculos suos, neminem viderunt, nisi solum Iesum. Id Origenes mysticē interpretatur his verbis: Facti enim fuerant vnum Moses (id est, lex) & Helias, id est, prophetæ, conuersi ambo in Euangelium Christi: & non sicut prius fuerant tres, sic & manserunt, sed tres vnum sunt facti.

Et descendentes illis de monte, præcepit Hoc eadem de causa præcepit, qua supra, quum Petrus esset confessus ipsum esse filium Dei viui, præcepit, nē cui hoc dicerēt: nimirū, quod ante resurrectionis gloriam, & missum spiritum sanctum, futurum fuisset incredibile: & maius scandalum crucis, cuius ignominia videretur non potuisse in tantæ gloriæ principem cadere.

Et interrogauerunt eum discipuli, dicētes: Quid ergo scriba dicunt, &c. Q. d. Quum iam ex confessione Petri, & ex trāsformationis claritate & gloria, & ex ipsius patris testimonio intelligamus, credamusq; te esse Messiam illum regem: num errant scribæ, qui dicunt, qd oporteat Heliam prius venire? Ad hanc quæstionē itā respondet Dñs, vt non prorsus quidem rejiciat quod illi dixerant, sed corrigat, indicans vndē natus sit error, nempe quod nō intellexerint, duos esse Messia aduentus: vnum in humilitate carnis, ad redimendū genus humanum: alterum in potentia maiestatis, ad iudicandum. Posteriolem hunc aduentum præcedet re vera ipsemet Helias, vt reliquias gentis Iudaicæ conuertat ad fidem Euangelicam, vt luculenter scriptum est in fine prophetiæ Malachia, & magno consensu docēt Ecclesiæ doctores, Hieronymus, Augustinus, Chryso-stomus, Theophylactus, & cæteri tum hunc, tum alios locos scripturæ interpretantes.

Cæterum priorem illum aduentum, non Helias ipse, sed Iohannes Baptista præcessit, in multis Helia similis, vt supra diximus cap. 11. ideoq; Helias dictus à domino. Porro illorū insipientiam, qui illi in illam Pythagoricam somniantes, contendunt Heliam venisse, sic intelligendum esse, quasi anima Helia transisset in Iohannem Baptistam: atque ea ratione Iohannem & fuisse, & vocatum esse Heliam,

fatis fortiter ac luculenter refutat in hunc locum Origenes.

Sed fecerunt in eo quæcumq; voluerunt. Quomodo tractauerint Iohannem, supra audiimus capite decimoquarto.

Et quum venisset ad turbas, accessit &c. Marcus addit, quod quum veniret ad discipulos suos, viderit turbam magnā circa eos, & scribas conquirentes, seu disputantes cum eis. Et protinūs vniuersam turbam, quum vidisset eum, obstupuisse, & accurrētes salutasse eum. Iesum autem interrogasse scribas, quid inter se disputarent. Atq; tunc vnum ē turba, nimirum eum de quo hīc Matthæus, respondisse, præceptor &c. Vndē facile est cōiungere, disputationis materiam fuisse hoc ipsum, qd discipuli non potuerint eiicere dæmonium illud, arripientibus id in occasionem calumniandi scribis, quasi inefficax esset nomen Iesu, discipulosq; stultitię insimulātibus, quod tali adhaererēt: ipsi verō Domino iam redeūti, atque à turba honorificē excepto, neutros fuisse ausos respondere, discipulos præ pudore, scribas verō præ metu, quod vererentur domino in faciem dicere, quæ in absentem dixerat per calumniam ad discipulos.

Miserere filij mei, quoniam lunaticus est. *Ευλαμίας τω.* Vndē & quarto cap. Lunaticos dixit, *εὐλαμίας τω*, quod certis interuallis furor illos repeteret, inquit in annot. Erasmus. D. Hieronymus negat hos verē fuisse affectos videris lunæ, quum essent dæmoniaci: sed arte dæmonum factum, quod creaturam Dei infamarent. Idem pluribus verbis affirmat Origenes, addens, etiam cæteris stellis similes fieri calumnias, quum tamen nulla stella à Deo facta sit, vt malefaciat. Sic & alij, inquit, dæmones secundū aliqua stellarum schismata insidiantur eis, qui non præbuerunt se dignos custodia angelorum sanctorum, vt non sol ac luna tantum, sed etiam stellæ cæteræ blasphemētur ab hominibus, qui in excelsum iniquitatē loqui non dubitant, & ponere in celos os suum. D. Hieronymus etiam in hoc imitatus Origenem, tropologicōs interpretatur lunaticum, eum qui per horarum momenta mutatur ad vitia. Vndē quum de sapiente dicit ipsa sapientia, Sapiens sicut sol permanet, de incōstantia peccatoris itā subiicit, Insipiens autem sicut luna immutatur. Eodē pertinere opinor quod sequitur apud Euangelistam:

Nam sapē cadit in ignem, & crebrō in aquam. Vides elementa contraria, in quæ miser ille fertur violentia dæmonis. Quid est cadere in ignem? quid aliud, quàm incidere in ardores concupiscentiarum? Vndē porro nascitur concupiscentia? Indē nimirum, quod decepti à stultitia,

stultitia, bonum esse opinamur in ocio, deliciaijs, ac voluptatibus perfrui illis quæ sunt in mundo hoc, quibus delectat caro, quibus delectantur oculi, & quibus in hac vita superbit diuitum ac nobilium vulgus. Quid est cadere in aquam? Quid aliud quàm contabescere mœrore, quum quis concupitis illis vel fraudatur, vel spoliatur? Quod si concedatur nobis, & fas sit, in explicatione mysteriorum doctrinæ huius cælestis atq; diuinæ, meminisse etiam eorum, quæ poetas sub fabularum inuolucris celasse, ex doctorum virorum interpretationibus didicimus, iuuauerit huc adferre, quæ illi commenti sunt de fluminibus infernalibus Phlegetonte & Acheronte, ceterisq; iuxta interpretationem Macrobij lib. 1. in somnium Scipionis. Quid enim aliud est Phlegeton, quàm irarum cupiditatumque ardores? quid aliud Acheron, & Cocytus, quàm quod doloris, penititudinis, luctūs, lacrymarumq; nos aquis immergit? Osee quoque clibano ardenti similes facit eos, qui per defectiōnem à legitimo suo rege, secuti fuerat Ieroboam: Omnes, inquit, adulterantes, quasi clibanus succensus à coquente. Osee 7. Ac pulchrè quidem docent Philosophi, omnes animorum humanorum perturbationes atque tormenta, nasci ex falsis opinionibus bonorum & malorum. Quæ quàm miserè torqueant homines, per saxa, perq; ignes eos agēdo, neq; poëtæ, neq; Philosophi tacuerunt: & nos ipsi coram videmus assidue. Idem euidentissime in hoc lunatico exprimitur partim hīc, partim apud Marcum & Lucam. Vbi cunquē, inquit apud Marcum, corripuerit eum, lacerat eum, & spumat, & stridet dentibus, & arefcit: apud Lucam etiam vociferatur. Quid quæso horribilius tali spectaculo? Et tamen si quis oculorum acie penetrare posset peccatus hominis auari, inuidi, ambitiosi, luxui, libidini, cæterisque id genus portentis dediti, & intueri tumultus illos, quibus talium animi agitātur assidue, is videret quiddam etiam horribilius. Sed iam videamus, quæ sit ratio tales curandi, quantaq; difficultas. Ante omnia opus est firma in DE VM fide. Hæc enim, quum sit substantia rerum sperandarum, argumentum non apparentium, vt inquit ad Heb. 11. Apostolus, mentem à prestigijs rerum mundanarum liberatam, erigit in contemplationem, lætamque & beatam spem futurarum. Hoc per contrarium indicat dñs, quum ait: O generatio incredula & peruersa, quousque ero vobiscū? Vique quod patiar vos? Et quod apud Marcum à patre Lunatici fidē exigit, dicens: Si potes credere, omnia possibilia sunt credēti. Item qd discipulis interrogan-

tibus, quare ipsi non potuerint eiicere dæmonium illud, respōdit: Propter incredulitatem vestra. Quam ne hoc quidē est satis ad eiiciendū dæmoniu illud, sed opus est præterea oratione & ieiunio. Ac ne sic quidē facile recedit, præsertim si hoīem à puero possederit. Nā, vt ex Marco discimus, continuo viso illo per quē se eiectum intelligit, discerpit hominē quem possederit. Incipiente verō iam Domino Iesu imperare vt exeat, neque posthac ingrediatur in illum, audi quid scribat Marcus: Et exclamans, & multum discerpens eum, exiit ab eo: & factus est sicut mortuus, itā vt multi dicerent, Certē mortuus est. Ecce, quantæ mollis est, hominem à puero assuetum peccatis, restituere innocentia: de quo & aliās copiosius diximus. vt meritō dixerit Ieremias, Threnorum 3. Bonum est viro, quum portauerit iugū ab adolescentia sua. Nam idem ait cap. 13. suæ prophetiæ: Si mutare potest Aethiops pellem suam, aut pardus varietates suas: & vos poteritis benē facere, quum didiceritis malē. Sed beati sunt, qui verbo domini prostrati, moriuntur peccato: eiusdemq; dextra erecti, resurgunt in vitam innocentia. His iam aperiunt aures, prius terrenis cupiditatibus obturatæ contra sermonem Euangelicum. His lingua soluitur ad laudādum deum, cuius antea nullum habebant vsum alium, quàm vt fœdā ingluuiem auari ventris replerent. Hi denique iam in summa tranquillitate ac pace fruuntur summo illo bono, hoc est, deo ipso, extra quē nihil est vsquam boni: quum antea horribili cupiditatum omnium cæstro incitati, præcipientes ruerent in ignes, aquas, & quicquid est vitæ salutiq; hominis inimicū. Atq; huius quidē mortis ac resurrectionis initium, est seria veraq; penitentia, seu respicientia: consummatio verō, quādō terreno hoc nostro huius habitaculi domicilio destructo, ædificationē ex Deo habebimus, domum non manu factam, sed æternam in cælis.

Tūc accesserunt discipuli ad Iesum secretō, &c. Chryso-stomus opinatur eos timuisse, nē quid imprudentes offendissent dñm, & virtutem edendi miracula semel ab ipso traditam, perdidissent.

Si habueritis fidem sicut granum sinapis, Origenes, & hūc secutus Hieronymus, admonēt, fidē grano sinapis comparatam, nequaquā paruum intelligendam esse: sed magnam, adeoq; totam, seu omnē. Id colligunt ex eo, qd Paulus 1. Cor. 13. de montibus transferendis loquens, omni ad id fide opus esse significat, quum ait: Et si habuero omnē fidem, itā vt montes trāfferam, charitatem aut nō habuero, nihil sum. Non itaq; tam ad externam illam speciē grani

Origenē

Schisma-
ta, ni fal-
lor, dicie
peculia-
res singu-
larū stel-
larū vir-
tutes.

Eccī 17

2. Cor. 5

Chryso-
st.

Origenes,
Hieron.

sinapis, qua certè minutum apparet, comparatio fieri videtur, quàm ad virtutè, quæ latet intus, qua feminatum excrescit in arborem, vt supra capite 13. dictum est. Et qua principatù habere dicitur ex his, quorù sublimè vis fertur, vt ex Pythagora refert Plinius lib. 20. cap. 22. quoniam non aliud magis in nares & cerebrum penetrat: Stomacho vtilissimum cõtra omnia vitia, pulmonibusq; Excreatiões faciles facit in cibo sumptum. Tritum etiam valet contra serpentum & scorpionum ictus. Nonè pulcherrimum symbolum, tum ipsius Christi dñi, tum doctrinæ Euangelicæ, tum Ecclesiæ, tum deniquè vniscuiusq; hominis verè & ingenuè Christiani? Nihil longum est omnia persequi. Tu ipse lege & confer, quæ de Christo dño scribit Esa. cap. 53. Desiderauimus eũ, inquit, despectum, & nouissimum virorù &c. Ecce granum sinapis, specie quidem minutissimum & contemptissimum. Sed vide quæ sequuntur post: Pro eo quod laborauit anima eius, videbit & saturabitur. In sciētia sua iustificabit ipse iustus seruus meus multos &c. Vides efficacissimam virtutem. Doctrina Euangelica nihil in initio humilior, magisq; contemptum à sapientibus huius mundi: & tamen quicquid terrarum orbè occupauit? Similia de Ecclesia multis modis ostendi possunt, vt ex humilibus piscatoribus eousq; intra non ita multos annos excreuerit, vt principes & summos etiam monarchas nõ puduerit, nõ modò crucem ipsius Christi adorare, verum etiam discipulorum eius vestigia pedum osculari. Iam si ad singulos descendas, neq; numerum neq; finè inuenieris, quas spirauerint virtutes, quæ fragrorem de se dederint martyres, quum à tyrannorum sauitia viderentur cõtriti. Alij conspectum hominem fugientes, in desertis, & speluncis delituerunt, ac tandem post funera exorti, totum mundum suo iubare illustrarunt. Exemplo sunt Paulus & Antonius. Sic ea quæ stulta sunt mundi, elegit deus, vt confundat fortia: & ignobilia mundi, & cõtempnibilia elegit deus, & ea quæ non sunt, vt ea quæ sunt destrueret: vt non gloriatur omnis caro in cõspectu eius. Habent itaq; fidem sicut granum sinapis, qui intus quidem pectorum suorum myrothecia plena habent fidem in Deum, spe indubitata, charitate seruète, ipso deniquè spiritu Dei: & tamen nihil horum ad ostentationem exerunt, sed humiles & contracti omnia tegunt, nisi appareat spes vel incrementi, vel emendationis: quemadmodum grano sinapis nihil videtur abiecius, donec vel feminatum exurgat excrescatq; in arborem, vel contritù putridos illos humores ex stomacho hominis, pulmonibus, cerebro, ac narib; incipiat expel-

5. Cor. 1.

lere. Ibi demum apparet, quanta sit illius tam contempti granuli virtus. Apud omnes om̃ etiam temporum & nationũ homines, eo fuit semp grator & admirabilior virtus, quo maiori cum modestia coniuncta. Superbis Deus ipse resistit, humilibus aut dat gratiam. Vnde discipulos à prædicatione redeuntes, cum videret humano affectu gloriari, dicentes: Dñe, etiam dæmonia subiiciuntur nobis per nomen tuum: admonuit, vt sibi summo studio ab affectu inanis gloriæ caueret, dicens: Videbam satanam sicut fulgur de cælo cadetẽ &c. Vide Lucam cap. 10.

Iam si quis obijciat, nusquã in scripturis traditum esse, quod quisquam ex discipulis dñi fortitudine fidei transfulerit montem ex vno loco in alium: ideoq; aut vanũ videri, quod hęc dicitur, aut nõ habuisse quenquã discipulorũ fidem perfectam: Respondemus, Neq; dñm ipsum, neque discipulos eius solere miracula edere ad ostentationem, sed ad vtilitatem hominum. Montium verò translatio, nõ vtilitatis esset, sed ostentationis. Neq; tamẽ indè cõuinci poterit, nunq; trãslatos esse à discipulis mōtes, quod ligenda sunt de fanusquam sit scriptum: quum enim literis, alioquit conitet, etiam Euãgelistę Iohannis testimonio, vix minime legitur, episcopi cuiusdam precibus sunt à dño, scriptam esse: & si hoc ipsum factum omnia scriberent, nõ mundũ esse.

quidem capere posse eos, qui scriberentur, liberos. Prætèrè nihil peccauerimus, si cõcesserimus fidem discipulorum, ante missum spiritum sanctum duntaxat, fuisse imperfecta: quũ toties eo nomine sint à dño obiurgati. Vnde Petrus quoquè modò beatus pronunciat, modò increpatur, inquit Chrysostronus. Post remò, Origenes & Hieron. translationè mōtis non propriè, sed p allegoriã intelligendã esse docent, de eijciẽdo diabolo. De quo apud Iere. cap. 51. Ecce ego ad te mons pestifer, ait dñs, qui corrupis vniversam terrã. Et extendã manum meam super te, & euoluã te de petris, & dabo te in montem combustionis. Et non tollam de te lapidẽ in angulum, & lapidem in fundamenta: sed perditus in æternum eris, ait dñs. Ecce hęc est mons ille, quẽ discipuli propter incredulitatẽ, non potuerint ex lunatico eiecẽtum, transferre quò dignus erat.

Hoc autem genus non eijcitur, nisi per orationem & ieiunium. Arctissima inter hæc duo societas est, oratiõem dico & ieiunium: & mirabiliter se iuuant mutuò. Porrò nomen oratiõis in scripturis diuinis pro precatione vsurpanti nemo ignorat. Ea est erectio mētis in Deum, cum studio quippiam ab illo impetrãdi. Neq; verbis

Augustinus Epistola 121.

1. Theff. 5.

Jacob 4. 1. Pet. 5.

Iohan. 23.

verbis semper fit oratio ad deũ, sed vt ad Probam viduam scribit August. plerunquè plũs gemitibus, q̃ sermonibus hoc negocium agit, plũs fletu q̃ affatu. Vtimur tamen & verbis, nõ vt deo exponamus quid petamus. Nouit enim ille hoc anteq̃ petamus, sed vt nos ipsi cõmoneamur, quib; reb; habeam; opus, & vnde petere debeamus. Cõplectitur oratio omnes religionis affectus & studia: quæ si, iuxta præceptum apostoli, sinè intermissione, in fide & spe & charitate continuato desiderio ad deũ dirigantur, quid loci in nobis habere poterit diabolus? Præsertim si accedat ieiunium, quo humiliato corpore, & spiritui subiecto, ardore concupiscentiarũ extinguuntur, vèter superatur, delicia spernuntur, inanis gloriæ affectus euanescent. Itã fit, vt nemo his fraudatus aut spoliatus, vel mœnore contabescat, vel in varias huius mundi curas distractus laceretur. Sed pane quotidiano, quo nunq; filios suos fraudat optim; ille benignissimusq; pater cælestis, cõtentus, in summa animi tranquillitate, lætus & alacer spe futurorũ bonorũ, iter huius peregrinatiõis transigit. Ecce, hæc est curatio luatici, nobis summo studio discẽda & obseruanda. Nam oibus dæmoniũ illud insidiatur.

Conuersantibus autem eis in Galilæa, dixit illis Iesus: Filius hominis tradẽdus est &c. Sic læta tristium admistiõe temperat sapientissimus magister, nõ carnales adhuc & infirmi discipuli lætioribus illis nimum delectati, corrumperentur inanis gloriæ affectu. Nam & præcedenti capite, tam gloriosè pdicatus à Petro, & Petro vicissim ab ipso dño ad principatum regni cælorũ exaltato, statim subiicit sermonem de passione & morte. Hic verò cum videret oēs cum stupore admirari oia quæ faciebat, vt scribit Lucas, dixit ad discipulos suos: Ponite in cordibus vestris sermones istos, filius enim hois futurũ est vt tradatur &c. Quid hæc cogitatio vobis erit salubrior, q̃ delectatio quam ex miraculorum gloria capitis. Hæc enim armabit vos aduersus imminentes tempestates tētationum & afflictionum. Admisset tamen cõsolationẽ, quã adijcit, tertia die se resurrecturũ.

Et contristati sunt vehementer. Nimirum, q̃ propter amorem ardentissimum, licet carnalẽ adhuc, quo dñm proferebantur, nullam de morte eius mentionem ferre possent: & quod ignoraret, quã bona ex ea morte essent prouectura. Id testatur Lucas, quũ ait: At illi ignorabãt verbum istud, & erat velatum ante eos, vt non intelligerent illud: & timebant eũ interrogare de hoc verbo. Apparet eos fuisse suspicatos, subesse aliquid enigmatis, quale audierant antè, Cauete à fermento pharisæorũ.

Et quum venissent Capharnaum, accesserunt qui

didrachma accipiebant, ad Petrum, &c. Plus difficultatis in hoc loco explicando est, q̃ pleriq; animaduertent. Principiò quæro, qui fuerint illi, qui exigebant didrachma, Vtrum Cæsariani, an Iudæi?

Deindè, Si Iudæi, vtrum ab om̃ibus masculini sexus exegerint, qui superauerint vigesimum ætatis annum, iuxta præceptum Exo. 30. An à primogenitis tantum, secũdum id quod Num. 3. præcipitur?

Tertiò, Si ab oibus, quare non tam pro cæteris apostolis soluit dñs, q̃ pro Petro?

Quartò, Quare nõ soluit didrachma de ea pecunia, quam ex munificẽtia piorum hominum circumferbat ad oportunos vsus, cuius loculos habebat Iudas, sed maluit per miraculum ex piscatione Petri?

Quò ad primam quæstionem attinet, D. Hieronymus in ea sententia est, q̃ Cæsariani exegerint. Itã enim scribit: Post Augustum Cæsarem Iudæa facta est tributaria: & omnes censu capite ferebantur. Vnde & Ioseph cum Maria cognata sua professus est in Berthelem. Rursum quũ nutritus erat in Nazareth, quod est oppidum galileę, Capharnaum vrbi subiacens, ex more poscunt tributa &c. Hoc itaque tributum primũ indictum esse sub preside Syria Cyrenio, animaduertim; ex Luc. cap. 2. De quo subdolè interrogat dñm Matth. 22. an liceat censum dare Cæsari.

Verum Chrysostr. & hunc secuti Theophylactus & Euthymius, hunc locum de illo censu non intelligunt: sed de eo, quem deus imperauit Iudæis pro primogenitis quò excedebant numerum Leuitarum, Num. 3. Ea res itã habebat: Quum interfecisset primogenita Aegyptiorũ deus, pro primogenitis Hebræorum, quos seruauit, voluit sibi consecrari tribũ Leuiti. Ceterum nũeratis Leuitis & primogenitis, numerus primogenitorum superauit numerũ Leuitarum. Nam Leuitarum numerus erat 22. millia: Primogenitorum verò 22. millia, ducẽti, septuagintatres. Vnde locutus est dñs ad Moſen: Tolle Leuitas p primogenitis filiorũ Israel, & pecora leuitarũ pro pecoribus eorũ, eruntq; Leuitæ mei. Ego sum dñs. In precio autem ducetorum septuagintatrum, qui excedũt numerum Leuitarum, de primogenitis filiorum Israel, accipies quinq; siclos per singula capita, ad mēsuram sanctuarij. Siclus habet 20. obulos. Dabisq; pecuniam Aarõ & filiis eius, precium eorum qui supra sunt. Ecce de hoc precio seu censu, illi hunc locum Euãgelij intelligunt. Ego nunq; sinè trepidatione à tantis viris dissentio. Et tamen quãdò video inter ipsos non cõuenire, nõ opinor quenquã nos reprehensurum, si conemur, quid verissimè

Luc. 2.

Chrysostr.

mum fit, inuestigare. Et, quod bonorum oim pace dixerō, hic inuenio, q̄ videtur vtriq; aduersari. Hieronymo aduersari videtur, q̄ census quem Cēsār à singulis exigebat, erat denarius, ipsius Cēsāris imagine signatus. Sic enim cap. 22. apud hunc ipsum euangelistā legimus: *Ostēdite mihi numisma census. Ac illi obtulerūt ei denarium. Et ait Iesus: Cuius est imago hęc & superscriptio? Dicit ei: Cēsāris. Illi verò de quibus hic agit Euangelistā, exigebāt didrachmū, quod valebat fere duos denarios. Denarius enim vnus drachmæ precii est, vel paulò plūs, valetq; are nostro plūs minūs decimam partem aurei coronati: didrachmū verò quintam partē. duo didrachma valent vnū staterem. Verū de exacta horum estimatiōe lege Robertū Senalem, Episcopū Abrincē, in libro de vera mensurarum ac ponderū ratione. Iam hęc ipsa Chrysof. & illis qui hęc fecuti sunt, aduersant. Nam stater eiusdē precij est, cuius ille numus, q̄ hebraicē dicit̄ schekelel, nostri interpretes siclum verterunt. Sed iā ex libro Numerorum ostendimus, illū censum, qui de primogenitis Iudęorum exigebat, fuisse quinq; siclos per singula capita. didrachmū verò, dimidiū tantum est vnus sicli. Quāobrē ego malim hunc locum intelligere de illo cēsu, qui per Moſen imperatur populo Israelico Exo. 30. ad vsum tabernaculi, vt singuli det precium pro animabus suis dño, quisq; dimidiū sicli. Qui habet in numero à viginti annis & suprā, inquit, dabit precii. Diues nō addet ad medium sicli, & paup nihil minuet. Susceptaq; pecuniam, q̄ collata est à filiis Israel, trades in vsum tabernaculi testimonij, vt sit monumentum eorum dño, & propitiet animabus eorum. Iuuat hęc sententiam, q̄ apud Iosephū li. 7. cap. 27. de bello Iudaico videre est, q̄ Iudæi didrachma illa pendere consueuerint ad vsum templi Hierosolymitani, vsq; ad euerſionem vrbis ac templi, q̄ facta est per Vespasianum ac Titum. Postea verò coacti sunt ea didrachma pendere ad vsum Capitolij Romani. Iuuatur & argumento, quo vtitur dñs ad ostēdendum q̄ ipse ab illo tributo sit liber: quod hunc sensum mihi planē videtur habere: *Quē admodum reges terræ non à suis filiis accipiunt tributa ac censum, sed à subditis populis: ita ego, qui sum filius summi illius regis ac**

dñi templi, non sum obnoxius illi tributo, quod penditur in vsum templi. Obnoxij sunt, qui opus habent, vt hoc precio redimant animas suas, vt propitius sit eis deus, templi dñs. Consonat etiam explicatio mysterij. *Quid enī significat illud didrachmū, quod vnusquisq; Iudæus contribuere iubetur ad vsum templi, cui neq; addere aliquid diues, neq; detrahere pauper permittitur? Significat confessionē fidei. Id pulchrē docet D. Ambrosius lib. 1. Epistolarum, Epistola 1. Hinc est q̄ dñs Iesus noluit staterem hūc sumere de vulgari pecunia: sed ex ore piscis, Petri apostoli hamo capti. Hamus est verbum dei. Mare, mūdus. Petrus, prego verbi. Piscis, homo cōuersus ad fidem. Stater, cōfessio fidei. Corde enim creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Rom. 10. Iam quod tertio loco quaesiuimus, quare nō tam pro cæteris apostolis, haud dubiē significabat principatum Petri post Chr̄m in ecclesia. Id quod ipsi etiā apostoli hīc aduertunt, tametsi obscurē. Quapropter dñm statim de ea re interrogarunt, vt in principio capitis sequentis videbimus. Hoc August. testatur, hanc ipsam quæſtionē soluens quæſt. 75. quæſtionum ex veteri & Nouo testamento. Sed opus id non est August. Præterea, q̄ huius ecclesiæ fides, cui præficiendus erat Petrus, nunq̄ sit defectura: quemadmodum alibi dñs ipse innuit, Ego rogauī pro te, vt non deficiat fides tua. Porro q̄ in veteri lege dimidiū sicli pendebat: dñs aut̄ integrū siclum, hoc est, staterem, pro se & Petro pependit: significat, ni fallor, consummationē ecclesiæ catholicæ ex duobus populis, Iudaico & gētili, per duo testamenta, in vno summo angulari lapide Iesu Christo conclusæ: aut certē totius Ecclesiæ, per Petrum significatæ, cum Christo vnionē indiuiduam.*

*Et quum intrasset in domum, &c.] Et hoc innuere videtur, q̄ ipse celum ingressus, Petro esset mandaturus piscatiōem illam spirituale, qua capiunt pisces, ex quorū ore depromitur stater fidelis illius cōfessiois, qua domus dñi, hoc est, ecclesia edificatur, instruit, ornaturq;. *Vt aut̄ nō scandalizemus &c.] Moraliter nos docet, nē detrectem⁹ pēdere, quod publicè exigūt, siue illud ad vsum templi, siue ad principis aut magistratūs maiestati cōseruandā ptineat.**

CAPVT XVIII.

IN illa hora accesserunt discipuli ad Iesum, dicentes: *Quis putas maior est in regno cælorum? Et aduocans Iesus paruulum, statuit eū in medio eorum, & dixit: Amen dico vobis: nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnū cælorum. Quicumq; ergo humiliauerit se sicut paruulus iste, hic est maior in regno cælorū. Et qui susceperit*

ceperit vnum paruulum talē in nomine meo, me suscipit: qui aut̄ scandalizauerit vnum de pusillis istis, qui in me credūt, expedit ei, vt suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundū maris. Væ mundo ab scandalis. Neceſsē est enī vt veniant scandala: veruntamen væ homini, per quē scandalū venit. Si autē manus tua, vel pes tuus scandalizat te, abscinde eum, & projice abs te: bonū tibi est ad vitā ingredi debilem vel claudū, q̄ duas manus vel duos pedes habētem, mitti in ignē æternum. Et si oculus tuus scandalizat te, erue eum, & projice abs te: bonum tibi est, cum vno oculo in vitam intrare, quàm duos oculos habentem, mitti in gehennam ignis. Videte nē cōtemnatis vnum ex his pusillis. Dico enim vobis, quia angeli eorū in cælis semper vident faciem patris mei qui in cælis est. Venit enī filius hominis saluare quod periērat. Quid vobis videtur? Si fuerint alicui centū oues, & errauerit vna ex eis, non nē relinquit nonaginta nouem in deserto, & vadit querere eam quę errauit? & si contigerit vt inueniat eā, amē dico vobis, quā gaudebit super ea magis, q̄ super nonaginta tanouē, quæ nō errauerūt. Sic non est volūtas ante patrē vestrū qui in cælis est, vt pereat vnus de pusillis istis. Si aut̄ peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eū inter te & ipsum solū: si te audiērit, lucratus eris fratrem tuum: si aut̄ te non audiērit, adhibe tecū adhuc vnum vel duos, vt in ore duorū vel triū testium stet omne verbū. Quod si non audiērit eos, dic ecclesiæ: si autē ecclesiā non audiērit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Amen dico vobis, quęcūq; alligaueritis super terrā, erūt ligata & in cælo: & quęcūq; solueritis super terrā, erūt soluta & in cælo. Iterum dico vobis, quia si duo ex vobis consenserint super terrā, de omni re quācūq; petierint, fiet illis à patre meo qui in cælis est. Vbi enī sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorū. ¶ Tunc accedens Petrus ad eū, dixit: Dñe, quotiēs peccabit in me frater meus, & dimittā ei? Vsq; septiēs? Dicit illi Iesus: Non dico tibi, vsq; septiēs, sed vsq; septuagiēs septiēs. Ideò assimilatū est regnū cælorū homini regi, qui voluit ratiōem ponere cū seruis suis. Et cum coepisset rationem ponere, oblatas est ei vnus qui debebat ei decē millia talenta. Cum aut̄ non haberet vnde redderet, iussit eum dñs eius vāndari, & vxorē eius, & filios, & omnia quæ habebat, & reddi. Procidens aut̄ seruus ille, rogabat eū, dicens: Patientiā habe in me, & omnia reddā tibi. Misertus aut̄ dñs serui illius, dimisit eū, & debitū dimisit ei. Egressus aut̄ seruus ille, inuenit vnū de conseruis suis, qui debebat ei centū denarios: & tenēs susfocabat eum, dicens: Redde quod debes. Et prociēs conseruus eius, rogabat eū, dicens: Patientiā habe in me, & omnia reddā tibi. Ille autem noluit, sed abiit, & misit eū in carcerē, donec redderet debitū. Videntes autē conserui eius quæ fiebāt, contristati sunt valdē: & venerūt, & narrauerūt dño suo omnia quæ facta fuerant. Tunc vocauit illū dñs suus, & ait illi: Serue nequā, omne debitū dimisi tibi, quoniā rogāsti me: nōnē ergo oportuit & te misereri conserui tui, sicut & ego tuī misertus sum? Et iratus dominus eius, tradidit eum tortoribus, quoadusque redderet vniuersum debitum.

Sic & pater meus celestis faciet vobis, si non remiseritis vnusquisq; fratri suo de cordibus vestris.

IN CAPVT XVIII

In illa hora, scilicet quando factus sermone de soluendis didrachmis, videtur Petrum preferre ceteris Apostolis: quod diceret, dacies pro me & te: & quod supra dixerat, Beatus es Simon Bar Iona: & tibi dabo clauas regni caelorum. Præterea quod ferè semper viderent Petrum liberius ac familiarius colloqui Domino. Hæc illos infirmos adhuc & carnalibus affectibus subiectos, vrebant æmulatione quadam. Quæ illis eximere mox parat exemplo pueri, in medio illorum collocati.

Amèn dico vobis, nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli. Quid. Video vos ambitione quadam, æmulationeque humana sollicitos esse de eminentia primatuq; in regno caelorum: sed erratis. Verè enim dico vobis, nisi conuersi fueritis, i. nisi istiusmodi affectus abieceritis: & efficiamini sicut pueri: non ætate quidem, neque sensibus, sed malitia & ambitione, vt sitis innocentes, simplices, mansueti, obliuiscetes omnium, quæ aduersus vos committuntur, nemini malum volentes, non ambitiosi, non auari, non impostores, non turpem sequentes libidinem: sed audientes disciplinam patris celestis, obediens matri Ecclesie, quicquid hæc docet, simplici fide credentes: quicquid vobis præcipit, libèter obtemperantes: nisi, inquam, tales efficiamini, ne intrabitis quidè in regnũ caelorum: tantum abest, vt ad dignitatem seu eminentiam in eo sitis peruenturi.

Quicumque ergo humiliauerit se, sicut paruulus &c. Nã quo quisq; se per modestiã magis demittit, eo virtute maior est, imitarus nimirum Dñm Iesum Christum: qui quũ esset in forma dei, humiliavit semetipsum, formam serui accipiens, factus obediens vsq; ad mortem, mortem autem crucis. Hic igitur maximus est, dignitateq; eminentissimus in regno caelorum: quemadmodum & Dominum Iesum, propter humiliationem illam exaltauit Deus, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genu flectatur, celestiu, terrestriu, & infernoru: & omnis lingua confiteatur, quia Dñs Iesus Christus in gloria est Dei patris. Ecce, hæc est via ad veram illam dignitatem & gloriã: non illa quam stultitia hominum imaginatur, per ambitu, inuidiã, æmulationem, & sceleratam contentionem.

Et qui susceperit vnum paruulu talem in nomine meo, me suscipit. Iucce, quãti facit tales paruulos Dñs: adeo, vt sibi ipsi velit imputari, quod talibus fit. Et quid nisi Nam in talibus ipse Dñs

Phil. 2.

habitare gaudet. Admonetur etiam hoc verbo Apostoli, authore Hieronymo, ne sibi placeant ob delatos sibi honores, quasi ipsi eos ex semetipsis promereantur, quum ipsius magistri nomine illis deferatur. Hoc omnes agnoscere debent, quicunq; propter functiones vitæ honorantur. Omnis enim dignitas, seu potestas à Deo est. Quicquid honore dignum habemus, Dei donum est. Quapropter dicendum est cum propheta: Non nobis Domine, non nobis: sed nomini tuo da gloriam. Porro susceptio illa sita est in omnibus officijs charitatis, quæ homo homini prestare potest, siue per eleemosynam, siue per consolationem, siue per doctrinam, siue per salutarem consiliu, siue per auxilium, siue per quodcunque aliud beneficium.

Qui autem scandalizauerit vnum de pusillis istis &c. Quemadmodum incomparabile premium pollicitus est illis, qui bene faciunt pusillis his, quos amat Dñs: ita hic minatur graue supplicium alijs, nempe qui tales contemnunt, lædunt, & contumelijs afficiunt. Sic enim hoc loco *scandalizauerit* interpretatur Chrysostr. Quemadmodum verò inter officia charitatis fraternæ illa sunt præstantissima, quæ plurimum iuuant proeuhuntq; conantem ingredi sine macula, hoc est, sine offensa pertendere in patriam caelestè: ita nulli grauius lædunt, quæ qui talibus ponunt offendiculum, in quod impingentes corruunt. Nã à ruina dictum est *occasio*, quæ occasio sit cadendi, si quid obstat eunti. Et *oculus claudico*, quæ claudus inflectes se, videatur tendere ad ruinam. Porro quod molã asinaria ac submersione proponit, propter nostrã ruditatem crassitiemq; facit. Alioqui ex contrario per consequens dicere potuit, qui non suscipit talè paruulu seu pusillum, me non habebit: quo non potest grauius excogitari suppliciu. Verum id non sentiunt homines in carne, ideò posuit suppliciu omnibus notu, præsertim in Palæstina, vbi hoc ob enormia crimina solebat exigi, vt in profundum, ligato saxo demergerentur, quod indicat Hieronymus, quò ex atrocitate pœnæ crasso populo demonstraret culpæ magnitudinẽ. Nam per molam asinariam ingens saxum intelligi vult, genus videlicet ex specie. Siquidem in molis saxum quod subferuntur, vt alterum, quod circumagitur, sustineat: græcis *trus*, id est, asinus dicitur. Non tamen est absurdum, quòd Hilarius interpretatur molam asinariam eam, quam asellus circumagitur. Expedi autem ei qui scandalizauerit vnum de pusil-

Rom. 13.

psal. 17.

Hieron. Nahum. 1. iuxta lxx.

Origenes.

Euthym.

Luc. 17.

Origenes.

Hilarius.

pusillis istis, vt illo supplicio puniatur: quia multò melius est, pro culpa breuem recipere pœnã, inquit Hieronymus, quam æternis feruari cruciatibus. Non enim vindicabit Dominus bis in idipsum.

Ve mundo à scandalis. Vt clementissimus benignissimusq; medicus deplorat hominũ ignauiam: ob quos curandos sanandosq; quũ ipse de caelo in terram, de gloria maiestateg; Dei, in formã non modò hominis, verum etiã ferui, sese demiserit, semetipsum pro egrotis morti obijciens, eiq; ignominiosissimæ: illi tamen nihilominus pereunt, quòd per execrandam ignauiam, nolint vel tantillum subire laboris, vt oblatã medicinam recipiant, & ab illis quæ morbos mortemq; adferunt, ex cõsilio medici abstineant. Tales ægrotos hoc loco mundũ dicit, quòd docet Origenes. Nam qui libenter oblatã medicinam recipiunt, & iuxta medici consiliu abstinent à noxijs, his nulla scandala possunt nocere. Quare ad hos non pertinet illud, vix neq; sunt de mundo, quemadmodum nec Dominus de mundo est.

Necessè est enim vt veniant scandala. Propter hoc dicunt quidam, inquit Euthymius: Si necessè est vt veniant offendicula, necessè est vt fiãt peccata. Si autè necessè est vt fiãt peccata, iniuste pœnas luunt peccatores. Nã quòd ex necessitate sit, culpa caret. Quibus dicimus, quæ necessè est vt veniant offendicula, propter necessitatem demonum. Nam horũ malitia tanta est, vt non solum ipsi conentur homines in ruinam retrahere, verum etiam instigēt sceleratos suos satellites, malos homines, vt idè conentur. Propter horum itaq; malitiã fieri non potest, vt nulla veniãt offendicula, quæ admodum Lucas Euãgelista loquitur. Non tamè necessè est, vt virtute præditi, offendiculũ patiantur. Id enim in ipsorum voluntate situm est, quũ liberum habeant arbitrium. Vt ergò veniant offendicula, vel nõ veniant, nõ in nobis situm est. Vt autè offendiculum patiamur, omninò in nobis situm est. Sciens ergò Christus quòd omninò futura sint offendicula, prædicit de illis, vt, sicut dictum est, caueamus. Nõ tamen ideò ventura sunt, quæ prædixerit: sed propterea prædixit, quia ventura erant. In hæc sententiã Euthymius, sequutus Chrysostrum & Theophylactũ. In eandè sententiã Origenes: Et scandala quidè ipsa venire necessè est, nõ tamè per illum, nescio quem venire necessè est: propter quòd ei per quẽ venerit, erit vix: quoniã dedit locũ maligne operationi, in se volenti scãdalizare. Nè putes in natura aliqua, vel in substantia esse scandala, quæ homines queerunt per quos operetur. Sicut enim Deus mortem nõ fecit, sic nec scandala creauit: sed libertas proprii arbi-

trij in quibusdam genuit scandalu, nolens pro virtute suscipere laborem. Hæc Origenes.

Veruntamè vñ homini per quem scandalu venit. Hoc est, cuius vitio natum fuerit offendiculũ. Nam, per quẽ, authore Chrysostr. hic idè est, quòd, à quo: neq; secundariam aliquam significat causam, sed primariã. Qua significati- one, per, sæpè in scripturis diuinis poni ostendit. Hieronymus generali hac sententia Iudã percuti putat, quod proditione animo præpararet.

Si autem manus tua vel pes tuus scandalizat te. His verbis palam docet, neminem necessariò malum esse. Nã rationem & modum ostendit, quo possumus efficere, nè nobis noceat scãdala: hoc est, nè simus mali: nèpe vt nihil in hoc mudo tam charum habeamus, quòd nõ ocyus à nobis resectum proiciamus, si sentiamus id nobis fieri scãdalu, hoc est, obstaculum properantibus ad Deũ: siue pecunia id sit, siue alia quæuis possessio, siue amicũ, siue propinquus, etiam si pater, aut mater, aut filius, aut vxor. Quicunq; enim horum aliquid præfert Deo, idololatra est, hoc ipso, quòd creaturã habet chariorem, quàm creatore. Nihil autem æquè perniciosum est ac pestiferũ, inquit Chrysostr. stomus, vt consuetudo & cõuersatio prauorũ hominum. Nam in horum gratiam multi sæpè committunt ea, quæ alioqui ne tormētis quidem aut morte compulsi fuerant cõmissuri. Tales itaq; membrorũ allegoria seu parabola docet nũs noster Iesus Christus, esse abscondendos & proiciendos à nobis, si cõeperint nobis esse obstaculo seu offendiculo.

Videte nè contemnatũ vnũ ex his pusillis. Postquã ostendit, à quibus cauedum nobis sit: subiicit, quibus adhærendum: nempe probis, innocētibus, ac Deo dilectis, quantumuis apud hunc mundũ despectis. Origenes pusillos interpretatur, eos qui nupèr nati sunt in Christo, aut tales permanēt sine profectu, quasi nupèr nati, quibus ratiõabile lac necessariũ est, inquit, qui adhuc carnales sunt, sicut ait Apostolus, 1. Cor. 3. & paruuli sunt in Christo, nec capere possunt escã virilẽ. Ac tales certè non sunt contemnendi, nec negligendi: sed omnibus officijs charitatis fouendi, fulciendi, adiuuãdi, vt, quantum fieri potest, adolescant proficiãtq; & ad illam perfectã, virilemq; ingenuitatem excrefcant, quæ foras eiccto timore seruili, iudicio perfectæ fidei, voluntateq; charitatis, qua erga patre afficitur filius ingenuus, possint iam non vt serui, sed vt filij familiaritas in domo patris versari.

Dico enim vobis, quia angeli eorum in caelis &c. Magna dignitas animarum, inquit Hieronymus, vt vnaqueq; habeat ab ortu natiuitatis in custodia sui angelũ delegatũ. Neq; de angelis

Chrysostr.

Origenes.

1. Cor. 3.

Hieron.

Am.

Chrysof. simpliciter hoc dicitur, inquit Chrysofostomus, sed de angelis excellentibus atq; supremis. nihil enim aliud designatur, quum dicit, faciem patris mei adspiciunt, quam summa fiducia eorum, & honor precipuus. Porro quæstionem **Origenes.** quæ mouet Origenes, vtrum angeli ad sint hominibus à natiuitate carnali, an à spiritali, quæ fit per lauacrum regenerationis: qui volent, apud ipsum Origenem legat.

Veni enim filius hominis saluare quod perierat.] Aliud argumentum, quo probat, qd non sint despiciendi paruuli, sumptum ex loco, quem dialectici vocant, desinatorum: ex quo & superior illud de angelis, sumptum est. q. d. Nō solum summi ordinis angeli horū custodię sunt destinati, verum etiam ego ipse horum seruandorum gratia è cælo in terram descendi, vt carne indutus, infirmitates illorum in me sublatas feram. Id verò quanta cura ac sollicitudine agat, subiecta parabola demonstrat. Nequaquam itaq; contemnendi sunt, quibus custodiendis pater ille cælestis, tantę dignitatis angelos destinauit: & quibus seruandis etiā vni genitum filium in carnis infirmitates, afflictiones, ac ipsam deniquè mortem dedit: & quorum recuperandorum gratia filius ipse, tanta cura, tantoq; studio illa in se recepit. Noli er-
Chrysof. gō, inquit Chrysofostomus, dicere, ferrarium esse aliquem fabrum, aut sutorem, aut agricolam: ac idēd, quasi rudem atque indoctum, esse contemnendum.

Amē dico vobis, quia gaudebit super eam &c.] Lucas præterea addit, quod sublatā in humeros, domum ferat: conuocetq; amicos & vicinos, vt sibi gratulentur ouē receptam. Et, Dico vobis, quod ita gaudium erit in cælo super vno peccatore pœnitentiā agēte, magis quam super nonaginta nouem iustis, qui non indigent pœnitentia.

Si autē peccauerit in te frater tuus &c.] Ostēdit hæc tēdus Dominus, quanti faciat pater cælestis homines, quantumuis etiam humiles & abiectos in mundo, atq; ob id vehementer cauēdum esse, nē quis eos offendat. Nunc vicissim docet, quomodo se offensus habere debeat aduersus eum qui offendit: nē, videlicet tanti domini patrocinio elatus, insolēscat. Itā Chry-
Chrysof. sofostomus & Theophylactus distinguunt & **Theoph.** interpretantur: Si peccauerit in te frater tuus, inquit, hoc est, si quid animaduērsiōe dignum contra te fecerit, commiseritve: vade, & argue eum inter te & ipsum solum. Neq; enim statim prosiliendum est ad vindictam: neque rursus committendū, vt ille tuo silentio peccat, dum veluti vinolētus affectibus suis peccat impunē. Quapropter non dicit, accusa, increpa, pœnas petito: sed argue, hoc est, ostē-

de illi in quo peccarit, vt peccatum suum intelligens, seipso iudice emendetur. Nulla enim cupiditate vindictæ hæc fieri debent, sed desiderio salutis fraternæ. Vndē non dicit, Si te audiērit, satisfactum tibi erit, quum hoc modo animaduērsum esse in ipsum videatur: sed, lucratus es fratrem tuū: vt significaret, communitur vtriq; inimicitias esse detrimentum. Nec dicit, Estecisti vt frater tuus seipsum lucraretur: sed, tu fratrem lucratus es. Itā significatit vtrunque iacturam fecisse, alterum fratris, alterum proprię salutis. Sic Chrysof. Illud opinor non esse obscurum, Dominum hīc non loqui de criminibus publicis, qualia sunt incestus, adulteria, latrocinia, ebrieta-tes, fornicationes, &c. sed de priuatis iniurijs, ab vno alteri priuatim illatis, vt si quis famam tuam denigret, debita pecunia vel deposito fraudet, seruū aut ancillam corrumpat, aut etiam in faciem te cędat. Huiusmodi enim inter fratres transigi possunt, vt non sit opus publica pœna peccantem plecti, nisi nolit fraternæ admonitioni acquiescere. Illa verò superiora, quia publica sunt, & cum Ecclesiæ infamia & offēdiculo coniuncta, publicè ab Ecclesiæ præpositis, rectoribus, pastoribusque sunt punienda, iuxta formam ab Apostolo Paulo expressè luculenterque traditam, prioris ad Cor. ca. 5. Propter hoc discrimen non dicit, Si peccauerit in Deum, vel Ecclesiam frater tuus: sed, Si peccauerit in te.

Si autem te non audierit, adhibe tecum adhuc vnum vel duos.] vt vel paulò acriore pudore corrigatur frater, qui tibi soli noluit acquiescere. Neq; verò ob id sunt adhibendi testes, vt tu facti tui habeas testimoniū, de quo gloriaris: sed vt illis, tanquam organis, adiutoribusq; possis vt ad seruandum fratrem. Hoc enim & charitatis est, & modestię Christianæ.

Quod si non audierit eos, dic Ecclesiæ.] Ecclesiæ, hoc est, multis, vt interpretatur Hierony-
Hieron. mus, vt detestationi eum habeant: & qui non potuit pudore saluari, saluetur opprobrijs. Chrysofostomus verò Ecclesiam hīc interpretatur præfules, ac præfidentes Ecclesiæ: quæ certè commoda admodum est, & multis probata interpretatio.

Amē dico vobis, quacunque alligaueritis &c.] Q. d. Non est quod quisquam ita à vobis monitus, correptus, ac tandem propter duritiam suā condemnatus excōmunicatusq; sententiā vestrā contemnat. Nam Deus ratum habebit etiam in cælo, quicquid vos ita censueritis in terra. Multo itaq; magis formidanda sunt iudicia ista vestra, quam illa profana hominū: quippe quæ nihil aliud possunt, quam momē-

taneo supplicio punire corpus: vestris autem sententijs, quia approbantur à Deo, & corpus & anima condemnatur adiudicaturq; gehennę tormentis, ijsdemq; nunquam finiedis. Neq; hoc de potestate præfulum Ecclesię, quę perfectō maxima est, vt audiūm aliās, hīc dicit, vt Chrysofostomo Theophylactōq; videtur, sed de hominis cuiusuis, qui ab alio lesus, ita studuit eum qui læsit, seruare. Euthymius tamen mauult hæc per apostrophen dici ad præfides Ecclesię: ad quos postremo loco defert iudicium læsus. Certè vtriq; placādi sunt ei, qui solui volet à peccatis. nam quod ad fratres læsos attinet, audiūm supra cap. 5. quod Deus non acceptat oblatum munus ab homine qui læsit fratrem suum, nisi prius illi fuerit reconciliatus. Nos tamen interea non desinamus orare pro illis, qui nos lædunt ac persequuntur, vt Deus illis det mentem meliorem. Neq; enim hæc tam horribilia minatur idcirco, vt nostros animos inflammet cupiditate damnandi puniediq; malos lædunt ac persequuntur, vt Deus illis det mentem meliorem. Neq; enim hæc tam horribilia minatur idcirco, vt nostros animos inflammet cupiditate damnandi puniediq; malos lædunt ac persequuntur, vt Deus illis det mentem meliorem. Neq; enim hæc tam horribilia minatur idcirco, vt nostros animos inflammet cupiditate damnandi puniediq; malos lædunt ac persequuntur, vt Deus illis det mentem meliorem.

Iterum dico vobis, quia si duo ex vobis &c.] Sublatis offēdiculis mutuis à nobis, ad mutuum concordia nos inuitat, amplissimis propositis præmijs, nempe quod quicquid voluerimus, à patre cælesti facile sumus impetraturi: & quod ipse in medio nostrum esse velit. Oportet autē concordēs esse in bono, non in malo. Hoc significat quum ait, duo ex vobis: hoc est, non ex quibusuis hominibus, sed ex vobis, nēpe quos ego elegi, qui in me credunt, in me sperant, me amant. Nam qui sunt apostolorum atq; discipulorum Domini dissimiles, quia & malè petunt, & mala, non est mirum, si non impetrant quod petunt. Oportet esse discipulos Iesu, & iuxta præceptoris doctrinam petere, qui volet impetrare. Nam si quis ea petat, q vel sibi, vel alijs noxia sunt: exorbitat à præceptoris doctrina, etiam si aliqui discipulus sit. Sic Paulus, quum ter etiam peteret vt à se discederet ille stimulus carnis, angelus satanæ, qui colaphizabat eum, audiuit: Sufficit tibi gratia mea, virtus enim in infirmitate perficitur. Fit etiam vt non exaudiamur, eò quod illi pro quibus oramus, indigni sint beneficijs donisq; Dei. Vt si quis Deum oret vt remittat peccata illis, qui nolunt agere pœnitentiam. Quare potiri penitus est impossibile, inquit Chrysof. Vt Ieremias quum pro Iuda is oraret, audiuit: Noli orare pro populo hoc, nec assumes pro eis laudem & orati-

onem, & non obstitas mihi, quia non exaudia te. Nonnè vides quid isti faciūt in ciuitatibus Iuda? &c. Plura de his diximus aliās.

Vbi enim sunt duo vel tres congregati &c.] Hoc verbo, quo dicit, ibi se esse in medio: indicat se quoque postulata largiri, ideoq; deum esse. Chrysof. In primis autem vidēdum est, vt in nomine Christi congregemur: hoc est, vt charitas Christiana nos congreget, non spes lucri temporalis, aut conspiratio contra inimicos, &c.

Tunc accedens Petrus ad eum, &c.] Quum de conseruanda charitate mutua, & pace inter fratres, eademque, sicubi læsa fuerit, sarcienda, quod nisi mutua remissione obliuioneq; offēnsarum fieri non potest, præcepisset clemētissimus benignissimūq; Dominus & præceptor: Petrus, vt studiosissimus discipulus, discēdiq; auidissimus, volens perfectè de tāti momenti re magistrī sententiā cognoscere: quærit, quousque mutua illa remissio ignoscētiaque progredi debeat: quem tādem habere modum numerumque repetiti peccati, quum pleriq; tam iniqui sint & inhumani, vt quantunuis humaniter benigneq; in gratiam recipiantur ab his, quos etiam grauissimè lædunt, non tamen desinant iterare peccata. His itaq; magnam abundè humanitatem ac gratiam exhiberi putat Petrus, si septies peccantibus læsus ignoscat: Sin sæpius peccare pergant, reiiciendos esse, tāquam deploratos, veniaq; prorsus indignos. Verum Dominus noster, immensę misericordiæ Deus, nolēs mortem vllius peccatoris, sed vt conuertatur ac viuat, grauitèr illam Petri sententiā corrigit: Non dico tibi, vsque septies, inquit, sed vsque septuagies septies, hoc est, si suppetes, quadringentis nonaginta vicibus, inquit Hieron-
Hieron. ronymus, vt toties peccanti fratri dimitteret in die, quoties ille peccare non possit. nam ingentem numerum posuit pro infinito, inquit Erasmus. Quum enim nos infinites peccemus in Deum, infinitis vicibus iussit ignoscere his qui in nos delinquant, si semper respiciant. Eum nanq; qui non respicit, post tertiam admonitionem repellit iussit, tanquam ethnicum & publicanum. Quo modo enim remittet quis ei, inquit Euthymius, qui remissionem non querit? Orandus tamen pro eo est Deus, vt à malitia eum conuertat, vt respiscat, remissionemque querat. Iam quis non videt, quàm plena sit hæc saluberrimæ consolatiōis doctrina? quippe qua nobis ratio ostēditur certa consequendi à Deo peccatorum remissionem, nempe si fratribus in nos peccantibus libenter ignoscamus. Quamobrem & **Matt. 6.** precari nos docuit, Dimitte nobis debita nostra,
y tra,

stra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Et precatione finita, subiicit: Si enim dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet & vobis pater vester caelestis delicta vestra. Si autem non dimiseritis hominibus, nec pater vester dimittet vobis peccata vestra. Idem luculentissimè docet hic subiecta parabola, dicens:

Idè assimilatum est regnum caelorum homini regi, &c. Idè, inquit, quare idèd? quia oportet ei semper ignoscere, qui semper respicit.

Euthym. Assimilatum est regnum caelorum. Quid est regnum caelorum? Est Christus ipse, auctori-
Euthymio, Theophylacto, & Origene. Is incarnatus, in similitudinem hominū factus est, & habitu inuentus vt homo. Et

Phil. 2. quanquam humiliando se ad crucis supplicium pro nobis, formam serui accepit: resurgens tamen à mortuis cum magno triumpho, euectus est ad regni fastigium. Porro quòd rati-
nem ponere vult cum seruis, declarat se neque ignauum esse regem, qui negligat per disciplinam coercere peccantes: neq; tyrannum, qui aliquem sine iudicio puniat.

Et quum cepisset rationem ponere, &c. Exacta supputatio fiet in consummatione seculi, quādo omnes sistemur ante tribunal eius, redditori rationem etiam de omni verbo otioso. Incipit verò rationem ponere rex noster, quādo vel per scripturam, vel per prophetam, vel per sacerdotem, vel per sanctum aliquem fratrem, vel etiam per arcanum spiritus afflatū, vel denique per afflictiones, vt morbos, bella, incendia, & quicquid malorum hominibus accidit, nos admonet peccatorū, & eius quod nobis pro his debetur supplicij, vt ad respicientiam nos inuitet & supplicationes, ne in condemnationem incidamus: doceatque qua humanitate, clementia, charitateq; in fratres nostros vti debeamus, quum ipsi tāto perè his indigeamus.

Iussit eum dominus eius venundari, &c. Vēdi cum vxore & familia, significat alienationem à Deo, inquit Theophylactus. Qui enim venditur, alterius domini fit. Sic Deus interdum, adeoq; sēpè peccatores tradit satanæ ad interitum carnis affligendos, vt spiritus saluus fiat in die Domini. Quòd si nos ipsos iudicemus, non vtiq; iudicemur. Dum iudicamur autem, à Domino corripimur, vt nō cum hoc mundo damnemur. Vnde meritò Augustinus, Nihil infelicius felicitate peccantium. Epistola 5. Tales enim aeternis supplicijs referuantur.

Patientiam habe in me, & omnia reddam &c. Vides quanta sit virtus pœnitentiæ apud Deum: quam stupēda misericordia Dei erga eos, qui pœnitentiam agunt. Seruus prorogatio-

nem tantum petit dici quo soluat: Dominus autem vniuersum debitum illi remittit, vt iam non sit opus soluere. Quādo nos ad Dominum conuertimur, salua res est: tunc enim ille se vicissim conuertit ad nos, & multò maiora largitur, quā nos vel sperare fueramus ausi. Ille tam inestimandæ bonitatis benignitatisque est, vt etiam deleatur nobis benè facere. Idèd tanto studio nos ad se vocat, vt accipiamus bona. Quā iusto igitur iudicio miseri sunt, qui sic vocati, sic inuitati, recusant venire? Sed ò ingratum & immemorem tanti beneficii seruum. Audi enim quod sequitur:

Egressus autem seruus ille, inuenit vnum de conferuis suis, qui debebat illi centum denarios. Vides inæqualitatem summæ, ex qua patet in gratissima perditissimi serui crudelitas. Quid enim centum denarij ad decem millia talentorum? Talentum vnum valet sexcentis coronatis aureis solaribus. Denarius vix decima pars est vnus aurei coronati. Centum ergò denarij, sunt decem aurei coronati. Eadem est ergò ratio seu proportio centum denariorum ad decem millia talentorum, quæ est vnus aurei ad sexcenta millia aureorum. Ecce cui clementissimus dominus remisit sexcenta millia aureorum, is conferuum suum supplicem propter vnus aurei debitum, ob torto collo pertractum conijcit in carcerem: vel (nè ab Euangelio recedamus) cui dominus sex millia millium aureorum remisit, is non vult prorogare diem solutionis suo conferuo, qui decem duntaxat aureos debebat. idq; illis ipsis gestibus, illis ipsis verbis supplicem sibi conferuo, quibus ipse à suo, imò vtriusque domino, veniam ac remissionem tanti debiti impetrarat, vt his ipsis admoneretur beneficii in se collati. Adde q̄ miser hic non remissionem debiti, quæ scelesto illi facta erat à domino, petijt, sed prorogationem duntaxat, vt dixi. Meritò dixit poeta:

Quid non mortalia pectora cogit
Auri sacra fames?

Et tamen vereor inter nos esse multos etiam crudeliores hoc seruo. Quid enim de illis dicemus, qui vix verbulo lasi, conferuo, imò fratri suo, vitam eripiunt? quum ipsis toties etiam Dominus Deus æternæ gehennæ supplicia remisit: neque remisit tantum, verum etiam per sui vnigeniti charissimiq; filij mortem acerbissimam, & sacrosanctum sanguinem extinxerit atque deleuerit. Respicamus, obsecro, charissimi, libenterq; & ex animo ignoscamus erratis fratrum, nè nostra tam ingrata tyrannide, optimi illius clementissimique Domini sententiam remissi debiti euer-

uertamus ipsi, atq; in carcerem conijciamur, vnde nunquam sit spes redeundi, quum non habeamus, quo tam immensam summam possimus soluere, si ille tam ingrata nostra atque immani tyrannide offensus, nihil velit amplius remittere. Audi enim, quā se uero pronūciato sermonem concludit, dicens: Sic & pater meus caelestis faciet vobis, si non miseritis vnusquisq; fratri suo de cordibus vestris. De cordibus vestris, inquit, significans oportere minimè fucam esse, aut simulatam remissionem: qualem D. Hieronymus notat illorum, quos sēpè, de remissione admonitos, audimus exulceratum, & inimicum ei qui læst. ipse nouit: habet Deum iudicem: non mihi curæ est quid velit agere: ego ignoui ei. Huiusmodi verba satis arguunt animū adhuc exulceratum, & inimicum ei qui læst. Qui de cordibus suis ignoscunt fratribus, benefaciunt eis, exemplo Ioseph: qui suos fratres, à quibus in seruitutem fuerat venditus, summa charitate cōplexus, magnis auxit muneribus, orant Deum pro eis exemplo Moysi, qui pro illis, à quibus innumeris contumelijs afficiebatur, deprecatus est his verbis: Aut dimitte eis hanc noxam: aut si non vis, dele-

me de libro quem scripsisti. Exodi 32. Exemplo Stephani, qui pro lapidantibus se deprecatus est, dicens: Domine, nè statuas illis hoc peccatum. Exemplo Pauli, qui quauis mille à Iudæis afflictionibus premeretur quotidie, tamen anathema pro illis fieri à Christo optabat, Roma. 9. Nam hi omnes fuerunt homines, vt nos: vt non possimus horum exempla eludere, quemadmodum impiè impudenterq; elidunt exemplum ipsius Domini Iesu, patrè in cruce deprecantis, Vt ignosceret crucifigentibus se: quòd hic virtute diuina confortatus hoc potuerit, non videntes eo grauius esse exemplum, quòd is qui Deus erat, huc sese demisit. Quanto magis nos homines idè facere debemus, similibus, multoque plerunquè grauioribus obnoxij peccatis, quā illi qui nos offenderunt? Quòd si videtur graue, affectum hunc iræ & odij exuere, vt nihil sine auxilio & gratia Dei possumus: confugiamus ad Dominum, orantes simul & pro inimicis nostris, & pro nobis ipsis, vt vtriusq; spiritum pacis & charitatis largiatur. Hoc desiderium, hoc votum ille non destituet: neq; tales petitores à se repellet.

CAP. XIX.

ET factum est, cum consummasset Iesus sermones istos, migravit à Galilæa, & venit in fines Iudææ trans Iordanem: & secutæ sunt eum turbae multæ, & curauit eos ibi. Et accesserunt ad eum pharisæi, tentantes eum, & dicentes: Si licet homini dimittere vxorem suam quacūq; ex causa? Qui respondēs, ait eis: nō legistis, quia qui fecit hominē ab initio, masculum & foemina fecit eos? Et dixit: Propter hoc dimittet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna: itaque iam non sunt duo, sed vna caro. Quod ergò Deus coniunxit, homo non separet. Dicunt illi: Quid ergò Moses mandauit dari libellum repudij, & dimittere? Et ait illis: Quoniam Moses ad duritiam cordis vestri, permisit vobis dimittere vxores vestras: ab initio autem non fuit sic. Dico autem vobis, quia quicumque dimiserit vxorem suam, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur: & qui dimissam duxerit, mœchatur. Dicunt ei discipuli eius: Si ita est causa hominis cum vxore, non expedit nubere. Qui dixit illis: Non omnes capiunt verbum istud, sed quibus datum est. Sunt enim eunuchi, qui de matris vtero sic nati sunt: & sunt eunuchi, qui facti sunt ab hominibus: & sunt eunuchi, qui seipfos castrauerunt propter regnum caelorum. Qui potest capere, capiat. Tunc oblatis sunt ei paruuli, vt manus eis imponeret, & oraret. Discipuli autem increpabant eos. Iesus verò ait eis: Sinite paruulos, & nolite eos prohibere venire ad me. Talium est enim regnum caelorum. Et cum imposuisset eis manus, abiit inde. Et ecce vnus accedens, ait illi: Magister bone, quid boni faciam, vt habeam

beam vitam æternam? Qui dixit ei: quid me interrogas de bono? Vnus est bonus, Deus. Si autem vis ad vitam ingredi, serua mandata. Dicit illi: Que? Iesus autem dixit: Non homicidium facies, Non adulterabis, Non facies furtum, Non falsum testimonium dices, Honora patrem tuum & matrē, & diliges proximum tuum sicut teipsum. Dicit illi adolescens: Omnia hæc custodiui à iuuentute mea: quid adhuc mihi deest? At illi Iesus: Si vis perfectus esse, vade: & vède omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cælo: & veni, sequere me. Cùm audisset autem adolescens verbum, abiit tristis: erat enim habens multas possessiones. Iesus autē dixit discipulis suis: Amèn dico vobis, quia diues difficilè intrabit in regnū cælorum. Et iterum dico vobis: Facilius est camelum per foramen acūs transire, quàm diuitem intrare in regnum cælorum. Auditis autem his, discipuli mirabantur valdè, dicentes: Quis ergò poterit saluus esse? Adspiciens autem Iesus, dixit illis: Apud homines hoc impossibile est, apud Deum autem omnia possibilia sunt. Tunc respondens Petrus, dixit ei: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te: quid ergò erit nobis? Iesus autē dixit illis: Amèn dico vobis, quòd vos qui secuti estis me, in regeneratione cùm federit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel. Et omnis qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrē, aut vxorem, aut filios, aut agros propter nomē meum: centuplum accipiet, & vitam æternā possidebit. Multi autem erunt primi nouissimi, & nouissimi primi.

IN CAPVT XIX.

Factum est, quum consummasset Iesus sermones istos, migravit à Galilæa. Affidue à Iudæa, propter pharisæorum inuidiam, Christus excedebat, inquit Chrysostomus: nunc, quoniam passionis tempus appropinquabat, in ea immoratur: nec tamen ad Hierusalem interim ascendit, sed in finibus eius conuersatur. Marcus locum nominat, dicens, per regionem, quæ est ultra Iordanem. Sed idem luculenter satis expressit Matthæus. Quòd Origenes putat nõ carere mysterio. Quòd Iordanis ex duobus fontibus vnus fluuius factus, figura erat baptismi, & quæ Christus ipse, quum à Iohanne in eo baptizaretur, sui sacrosancti corporis contactu consecrauit. Baptismus autem sacramentum Christi, qui ex duabus naturis, diuina atque humana, tanquàm duobus fontibus vnus, nos à peccatorū fordibus purgat, & vulnera nostra, morbosq; & omnem languorem sanat.

Chrysof.

Origen.

Et accesserunt ad eum pharisæi, tentantes eum, & dicentes: Si licet homini dimittere &c.] Subdola hac quæstione adorti sunt Dominum, memores, vt apparet, quòd aliàs dixerat, (vt supra cap. 5.) Omnis qui dimiserit vxorē suam, excepta fornicationis causa, facit eam mæchari: &

qui dimissam duxerit, adulterat. Id igitur dolosa malitia conferentes cum eo quod Moses permiserat Iudæis repudiare vxores, quas cepissent odisse, dato libello repudij, Deut. 24. sperabāt se eò acturos. Dñm Iesum, vt in alterutrum impingeret cornu, nepe vt vel sibi ipsi contradiceret, quo fidem suam, quam apud populum erat consecutus, funditus euertisset: vel Mosi, quòd scelus fuisset, & blasphemie genus morte piandum. Verùm sapientissimus magister ita responsum temperat, vt & suam sententiam suamque illud verbum, eiusdem Mosi luculentissima scriptura confirmet, & locum Deuteronomij ita interpretetur, vt omnes intelligant, nihil illum suæ doctrinæ officere: Iudæos autem & Pharisæos ipsos, grauiter ferire: quorum malitiæ dare coactus sit Moses, quod per se erat iniquū, nè illi atrociora designarent.

An non legistis, quia qui fecit hominem ab initio &c.] Mira mansuetudo, cum pari sapientia coniuncta. Neque enim statim in increpationem erumpit, quum tamen intelligat insidias illorum: neque prius respondet quòd res est, quàm ratione proferat irrefragabilem, ex scriptura depromptam: nè videlicet audi-

auditio statim, non licere, ilicò exclamarent, Lapidate hominem. Blasphemauit enim, contradicēs Mosi, & Deo per Mosē locuto: itaq; ad seditionem commonissent populum. Ratione autem & scriptura tam firma compressi, id non potuerunt. Masculum, inquit, & feminam fecit eos. Non dicit masculum & feminas. Quòd si voluisset vnum virum plures habere vxores, repudiatis quæ displicere cepissent, plures cum viro creasset. Iam vnam vni sociauit, vt esset indissolubile coniugij inter vnum virum & vnam vxorem vinculum.

Et dixit: Propter hoc dimittet homo &c.] Tanquàm comparato ostendit, quàm arctam & indissolubilem oporteat esse coniunctionem illam, cuius ratione parentes, tam arcto nobis firmoq; ipsius naturæ vinculo iuncti, deserendi sunt. Quòd si quis obijciat, non Dei hoc esse, sed Adami verbum, Gene. 2. is sciat, ipsissimū ipsius Dei verbum esse, siue per os Adami in spiritu sancto locuti: siue per os eius, qui historiam orbis conditi contexit. Nam vtrouis modo verba Genesios accipi possunt. Neque tantum propheticum verbum, verum etiam præceptum de amore coniugali.

Et adhaerebit vxori suæ.] *προσκολληθήσεται*, adglutinabitur: metaphora sumpta ab his, inquit Erasmus, quæ glutino sic committuntur, vt putes vnum esse.

Et erunt duo in carne vna.] *ἓν ἰσὺς σάρκα μία*, id est, duo vel qui duo fuerant, in carnē vnam, hoc est, vnum hominem: quem, vt qui ante coniugium duo erant homines, iam per coniugium sint homo vnus. Nam caro hic, iuxta Hebræorum & sacræ scripturæ consuetudinē, pro toto homine ponitur, quemadmodum & aliàs scriptura diuina totum hominem animā appellat, vt Genes. decimoquarto: Da mihi animas, cætera tolle tibi: & multis alijs locis. Porro in Genesi, vndè locus hic sumptus est, nõ est, erūt duo: sed tm̄, erūt: *אֵין לְבָרָאִים*. Duo, addidit Euangelista explicandi gratia: quod diligenter annotauit Erasmus.

Quod ergò Deus coniunxit, homo non separet.] Conclusio est, nequaquam licere diuortium facere cum vxore, qualibet ex causa. Nimirum quòd & naturæ & legi repugnet. Naturæ, quæ abhorret ab eo, vt quis suā ipsius carnem dissecet. Legi, qua Deus illos è duobus fecit vnū: voluitq; potiùs patrem & matrem ab homine deseri, quos aliqui disertè honorare præcepit, quàm vxorem.

Dicunt illi: Quid ergò Moses mandauit &c.] Hic produnt insidias suas: sed quibus ipsi, vt

stulti solent, capiuntur. Neq; enim idèd permittit Moses illis repudiare vxores, quòd id esset iustum: sed nè quid atrocius patrarēt, vxores, quas ferre nolent, venenis aut gladijs necantes.

Dico autē vobis, quia quicumq; dimiserit &c.] Sola fornicatio est, inquit Hieronymus, quæ vxoris vincat affectum: imò cùm illa vnā carnem in aliam diuiserit, & se fornicatione separauerit à marito, non debet teneri, nè virum quoquē sub maledictio faciat, dicente scriptura: Qui adulteram tenet, stultus & impius est. Vbi quæquē est igitur fornicatio, & fornicationis suspicio, liberè vxor dimittitur. Et quia poterat accidere, vt aliquis calumniam faceret innocenti, & ob secundam copulam nuptiarū veteri crimen impingeret: sic priorem dimittere iubetur vxorem, vt secundam, prima viuentē, non habeat. Quòd enim dicit, tale est: Si non propter libidinem, sed propter iniuriā dimittis vxorem: quare expertus infelices priores nuptias, nouarum te immittis periculo? Necnon quia poterat euenire, vt iuxta eandem legem vxor quoquē marito daret repudium: eadem cautela præcipitur, nè secundum accipiat virum. Et quia meretrix, & quæ semel fuerat adultera, opprobrium non timebat: secundo præcipitur viro, quòd si talem duxerit, sub adulterij sit crimine. Hæc Diuus Hieronymus in hūc locum: quibus addere poteris, quæ diximus in quintum caput huius Euangelistæ.

Dicunt ei discipuli eius: Si ita est causa &c.] Hoc dicunt, territi grauitate oneris vxorij, si non licet neq; vitij, neq; criminis vilis causa repudiare semel ductam, nisi adulterij duntaxat. Quid enim si temulenta sit, si prodiga, si garrula, si marito obstrepera, si denique pessimis prædita moribus? talem per omnem vitam infelix tolerabit maritus? Volumus, nolimus, sustinenda est, inquit Hieronymus. Quum enim essemus liberi, voluntariè nos subiecimus seruituti.

Qui dixit illis: Non omnes capiunt verbum hoc.] Nemo putet, inquit Hieronymus, sub hoc verbo vel fatum, vel fortunam introduci, quòd hi sunt virgines, quibus à DEO datum sit, aut quos quidam ad hoc casus adduxerit: sed his datum est, qui perierunt, qui voluerunt, qui vt acciperent, laborauerunt. Omni enim petenti dabitur, & quærens inueniet, & pulsanti aperietur. Sunt qui putant, inquietissimos illos ad libidinem motus, à cerebro proficisci: sunt, qui à lumbis, Horum sententias reijcit Chrysostomus, & putat non aliundè, quàm à lasciuia mentis & cogitationis neglectu, oriri: Quippe

Hieron.

Prou. 17.

Hieron.

Matt. 7.

Chrysof.

Theoph.

Matt.7. Euthym.

modestia metis facit, inquit, ut naturales motus nullum afferant detrimentum. Ac paulò post occurrit obiectioni, dicens: Sed si electi-
 onis opus est id, inquit, quò incipiens, statim dixit, Non oēs capiunt verbum istud, sed quibus datum est? Vt singulare id esse certamen perdiscas: non vt forte datam necessitatem suspiceris. His enim datum est, qui spontè id eligunt: quod idè dixit, vt ostēderet superiore nobis auxilio esse opūs: quod quidem omnibus paratum est, si volumus in hac luctatione superiores euadere. In eandem sentētiā Theophylactus, his verbis: Postq̄ dixerūt apostoli, melius esse non venire ad nuptias, dicit nōs, magnam esse virginitatis possessionem: at eam non ab omnibus rectè seruari, sed ab his duntaxat, quorum cooperator est deus. Nam hoc loco, Datum est: valet, quibus cooperatur deus. Illis autem datum est, qui petunt. Pēti-
 te enim, inquit, & dabitur. Omnis enim, inquit, qui petit, accipit. Similiter Euthymius: Soli illi sermone hunc suscipiunt & ferūt, inquit, quibus datum est hoc donum à deo. Datū est autē his qui petierunt. Petite enim, ait, & dabitur vobis: petentibus, in quā, non simpliciter, sed feruenter & perseveranter: & vt semel dicam, sicut oportet. Significatum est ergò, virginitatem dei donum esse, datum his, qui pēti-
 ut oportet. Planè in eandem sententiā interpretatur Origenes, ijdem scripturā locis ad id vtens. Vtinam hæc diligenter & piè expendat illi, qui cōtra vota castitatis, quæ deo & Ecclesiæ dei vouerunt, cōtrahunt matrimonia, prætexentes impossibilitatem nescio quam. Si est impossibile castè in cælibatu viuere, quare tã stulti fuerunt, vt vouerent? Sin est possibile, quare tam perfidi sunt, vt quod vouerunt, nō præstent? Sed nondum mihi persuadere possum, illos vnq̄ synceris animis vouisse castitatis: sed dolo, impostura, & ignauia, vt hoc prætextu irreperant in ocia sacerdotum & opes Ecclesiasticas. Idem sentio de illis, qui nō ducunt quidem vxores, quum sint sacerdotes aut monachi, sed tamē in stupris & adulterijs assidue volutantur, vt sues in luto. Qui synceris animis vouent, nō vouent vt opulenta nacti sacerdotia, in ignauissimo ocio, beluinis foedissimisq̄ voluptatibus carnis seruiant: sed seipos castrant propter regnum cælorum, vt à curis illis quas secum affert matrimoniū, liberi, expediti sint ad seruiendum Deo & Ecclesiæ eius. Quod institutum seriò receptum & propositum, per inuocationem opis Diuinæ, & huic coniuncta sancta exercitia vitæ, facile suppressit illas brutæ libidinis flammæ. Nam his instrumentis fit illa castratio, regno cælorum destinata, non autem no uacula ferrea.

Hoc em̄ vetitū est, genus videlicet hōmicidij. *Sunt enim eunuchi, qui de matris &c.]* Triplices sunt eunuchi. Alij enim steriles nascūtur, qui natura sunt frigidiores cæteris viris, inquit Origenes: alios captos & in seruitutem raptos, homines castrant, vt matronis sint in delicijs: quibus secundum Origenem adijcere licet eos, qui persuasi vel à philosophis, vel ab hereticis, nuptias esse malas, à cōiugijs abstinent. Tertij verò, qui soli laudantur, seipos (vt iam dictum est) castrant propter regnum cælorum. *Qui potest capere, capiat.]* His verbis nos admonet, vt diligenter expendamus dotes nostras, neq; grauiora in nos recipiamus onera, quam possumus ferre. Sunt enim multi, quorum vel conditio vitæ, vel constitutio corporis, educatioque & studiorum genus, & animi propensio, matrimonium postulare videtur. Tales tutius est matrimonia cōtrahere, & nubere in Domino, quam temerè vouendo onus in se recipere, sub quo corruant in interitum. Neq; vult ille summ⁹ magnæ huius domus paternam familiam omnes esse cælibes. Interiret enim genus humanum. Quamobrem instituit & sanctificauit coniugium. Sed habet interim munera quædam & functiones, quibus aptiores sunt, qui pio sanctoq̄ proposito se liberos seruānt, & expeditos ab impedimentis curisq̄ cōiugij. Neminē itaq; cogit, neq; ad cælibatū, neq; ad matrimoniū: sed benignissimè admonet, vt quisq; semetipsum exploret, vt quod sibi viderit maximè cōuenire, amplectat. Vide etiam Apostolum 1. Cor. 7. Porro vbi feceris votum castitatis, caue respicias ad coniugium: nē incidas in condemnationem, quod primā fidem irritam feceris, vt de viduis scribit idē apostolus 1. Timoth. 5. *Tunc oblatis sunt ei paruuli, &c.]* Credebant enim parentes fore, vt quemadmodum viderant illius cōtactu fugere morbos, ita & pueros hos à morbis, ruinis, demonibus, cæterisq̄ malis, quibus ætas illa sæpenuerò perit, seruatum iri. Quamquam Origenes obseruauit nullum Euangelistam expressè dixisse, à quibus oblatis sint pueri, vtrum à parentibus, an (quod ipse videtur opinari) ab angelis. Neq; est incredibile, ministerium angelorum huic negotio adfuisse. *Discipuli autem increpabant eos.]* Non quòd inuiderent illis benedictionis beneficium, sed quòd indignum putarent magnitudine Dñi, infantium & matrū importunitate ipsum lassari. Neq; enim adhuc intellexerant humiliati-
 onis eius mysterium ac magnitudinem. *Iesus verò ait em̄: Sinite paruulos.]* Marcus ait, q̄ indignè tulerit, hoc est, indignatus fuerit in discipulos,

Origenes.

Hierony. Theoph.

Marc. 10.

Marc. 10.

Marc. 10.

Luc. 8.

discipulos, q̄ pueros à se conarentur arcere. *Talium est enim regnum cælorum.]* Quod pueris præstat natura, hoc alijs pietas præbet necessè est, si velint admitti in regnum dei. D. Hieron. & Theophylactus adnotant, significanter dixisse dñm, talium: non, istorum: vt ostenderet, non ætatem regnare, sed mores: & his qui similem haberent innocentiam & simplicitatem, præmiū repromitti. Quomodò & Paulus 1. Cor. 14. Nolite, inquit, pueri effici sensibus: sed malitia paruuli estote, sensibus autē perfecti estote. Apud Marcum adijcitur, Amèn dico vobis, quisq; non receperit regnū dei velut paruulus, nō intrabit in illud. *Et quum imposuisset eis manus, abiit.]* Marcus ait, Et complexans eos, & imponēs manus super illos, benedicebat eos. *Et ecce vnus accedens, ait illi: Magister &c.]* Quidā putat adolescentē hūc subdolo nōo accessisse dñm, tentandi gratia: verum hos meritò reprehendit Chrysoft. & hunc secuti Theophylactus & Euthymius. Nam quum respōdisset se omnia illa præcepta, quæ dñs enumerauit, seruasse à iuuentute sua, dñs Iesus intuitus eū, dilexit eū, vt scribit Marcus. Non dilexisset eū dñs, si animo venisset subdolo. Nihil aliud quidem suspicabatur esse dñm Iesum, q̄ purum hominem, suspiciebat tamen illū tanq̄ cæteris hominibus præcipientē. Quapropter genu flexo adijt eum, vt scribit Marcus, & vt Mattheus quoque & Lucas, magistrum bonū appellat, honorifica hac appellatiōe beneuolentiā captans. Sed quia more humano blādiri nōo videbatur, vt vulgò faciunt omēs à magnis viris aliquid petituri: corrigit adolescentis iudicium, nosq; suo modestissimo exēplo docet modestiam pariter & prudētiam, vt respuēs blanditiones & adulationes, omnēq; laudem humanam & inanem gloriam, omnem laudem & gloriam referamus in deum. Atq; hoc sibi vult hæc obiurgatio, nō q̄ neget dñs Iesus se esse bonum, quum etiam hac ipsa ratione bonus sit, quia deus est. Neq; simpliciter negat homines aliquos esse bonos, quū multis vtriusq; etiam instrumenti locis legamus hoc tribui hominibus, q̄ sint boni. Quin Gen. 1. legimus: Viditq; deus cuncta quæ fecerat, & erat valdè bona. Sunt quidem homines bona dei creatura, & inter se collati, alijs alijs virtute meliores. Verum ad deum collati, quia in infirmitate excellit bonitas dei, nomē hoc nō merentur. Adde, q̄ quicquid bonitatis vel homines habent, vel quauis alia res, non ipso est tanquam ex ipsis, sed dei donum. Solus deus sua ipsius natura bonus est, à seipso habens q̄ bonus est. *Si autem vis ad vitam ingredi, serua mandata.]*

Omnis, inquit Origenes, qui super terram est, quauis iustissimus esse videatur, potest quidem in vmbra esse vitæ, non autem in ipsa vita, cum sit corpore mortis circūdatus. Introibit autem quis in vitam, abstinens quidem se ab operibus mortuis, appetens autem opera viuā. Quod de operibus dicit, etiam de verbis & cogitationibus accipi vult. Sunt enim & verba mortua, & verba viuā: & cogitationes mortuæ, & cogitationes viuā. Quamobrem si vis ad vitam ingredi, inquit dominus, serua mandata. *Et diliges proximum tuum, sicut teipsum.]* Origenes suspicatur, hæc verba non ab Euangelista, sed ab alio quopiam adiecta esse: principio, quòd apud Marcum & Lucam non addatur: deindè, quòd Paulus Rom. 13. in his summam legis contineri dicat. Quis conuenit autem, vt dicatur aliquid ei deesse, qui hæc omnia præstiterit? Quòd si donemus ab Euangelista scriptum esse, tunc ita accipiendum esse suspicatur Origenes, vt Christus redarguerit iuuenem, credentem se legem implēsse, quum id quod caput est legis, præterisset. Hanc sententiā confirmat ex Euangelio apocrypho, quod inscribitur Hebræorū: in quo de iuvene hæc res exponitur hunc ad modum: Dixit ad eum alter diuitum: Magister, quid bonum faciens, viuā? Dixit ei: Homo, leges & Prophetas fac. Respondit ad eum: Feci. Dixit ei: Vade, vède omnia quæ possides, & diuide pauperibus: & veni, seque me. Cæpit autem diues scalpere caput suum, & non placuit ei. Et dixit ad eum dominus: Quomodò dicis, legem feci & prophetas, quum scriptū est in lege, Diliges proximum tuum sicut teipsum? Et ecce multi fratres tui filij Abrahæ, amici sunt stercore, morientes præ fame, & domus tua plena est multis bonis, & non egreditur omninò aliquid ex ea ad eos, &c. Videtur itaq; iuuenis more Iudaico putasse, satis se implēsse legem de diligendo proximum, si nihil illi faceret mali. Dominus verò, vt doceret hoc non esse satis, nisi etiam beneficijs, qua posset, iuaret: subiecit, Si vis perfectus esse, vade: vende quæ habes, &c. Origenes hic grauius laborat, in omnia se vertens, vt elucetetur: quem nos relinquimus studiosis ipsis legendum. Tertullianus aduersus Marcionem lib. 4. profusus in eam sententiā accipit verba domini, in quam nos iam postremo loco exposuimus: nisi quòd paulò acerbius videtur inuehi in adolescentem. Itā enim scribit: Rescidit ne Christus priora præcepta, non occidendi, non adulterandi, non furandi, non falsum testandi, diligendi patrem & matrem? An & illa seruauit, & illud quod deerat, adiecit? Quamquam & hoc præceptum

Origenes.

Origenes.

Ex Euan- gelio secundum Hebræos.

Tertullianus.

ceptum largitiōis in egenos, vbi quē diffusum sit in lege & prophetis, vt gloriosissimus ille obseruator p̄ceptorū, pecuniam multo chariorem habiturus traduceretur. Hilarius adolescentem mysticē typum fuisse populi Iudaei vult, gloriā in diuitijs iustitiā legalis. Sed in eo, inquit, quōd bona sua vendere, & dare pauperibus iubetur, confidentiam legis relinquere admonetur, & eam felici cōmercio mutare: & vt meminerit vmbra in ea veritatis esse, quā deinceps pauperibus, id est, gentibus sit ipsius veritatis corpore diuidenda.

Et habebis thesaurum in celo.] Vbi thesaurus hominis est, ibi & cor eius est, vt supra cap. 6. dicit Dominus. Nostra autem conuersatio in caelis esse debet, secundum apostolum Phil. 3. qui & ipse omnia arbitratus est vt stercora, vt Christū lucrifaceret: quod in eodem cap. scribit. Quamobrem & ipse dominus Iesus vetat nos reponere thesauros in terra. Quid igitur melius, quid cōsultius, quid sapientius facere possumus, quam vt possessionibus terrenis in pauperes distributis, thesauros nostros reponamus in celo? Ceterum quia de multis etiam ethnicis legimus, quōd facillē contempserint opes, adeo vt Crates in mare pecunias abiecerit, quō liberius philosopharetur: dominus vult eas distribui egenis, ad declarandam exercendamq; charitatem, quā finis est omnium p̄ceptorum, quōd pertinet etiam quod subiicit: Veni, sequere me. Inuenias enim multos, qui benefici quidem sint etiam in pauperes aliquos, sed multis interim & grauibus laborant vitijs, puta ira, odio, ambitione, quā repugnant illi genuine in Deum & proximum charitati. Hi non sequuntur Christum: qui sic dilexit vniuersum genus humanum, vt quum esset in gloria patris, dominus caeli & terrae, in tantam se paupertatem demiserat, vt non retineret, vbi reclinaret caput: neq; verō id vana aliqua ambitione, aut inanis gloriae affectu, sed quō nos caelestibus illis suis opibus daret. Vnde & Paulus Corinthios suos ad faciendam eleemosynam adhortans, ita scribit: Scitis enim gratiam domini nostri Iesu Christi, quoniam propter vos egenus factus est, cū esset diues, vt illis inopia vos diuites essetis.

2. Cor. 8. Quid autem profuerit, vniuersam substantiam profundere, nō dico iam in mare, vt Crates, verum in mendicos, vt hypocritę in synagogis & vicis, Matth. 6. si interim pectus circumferas opertum liuore, odio, ambitione, ceterisq; flagitijs? Si distribuero, inquit apostolus, in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meū ita vt ardeā, charitatē autē nō habuero, nihil mihi prodest. Vera charitas desiderio inestimabili flagrat

1. Cor. 13.

salutis omnium hominum, omnesq; occasiones quærūt seruandi quoscunq; potest: succurrit, qua potest, inopi: subleuat fouetq; infirmos, monet errantes, affiduisq; precibus deum pro omnibus interpellat. Quōd si quid rerum necessarium in vita possideat, nō in aliud possidet, q̄ vt eo tanq̄ viatico v̄a, laboribus p̄ Dei gloria, & salute proximorū, ministerioq; Ecclesiae susceptis, perferēdis sufficiat: aut vt habeat, vnde egenis ad omnes occasiōes, quantum potest, succurrat. Quorum si quid sentiat vel sibi fieri impedimento, ad sublimiora caelestiaq; properanti, vel alijs magis necessarium q̄ sibi: exemplo apostolorum, & sancti illius eremite Antonij, vt de hoc scribit athanasius, & plurimorū aliorū, protinus relinquit alijs, qui illo indigēt: ipse expeditus sequitur dñm Iesum Christum, quocūq; senserit se ab hoc vocari. Sic & sanctus ille patriarcha Abraham fecit, quum audiret à dño, Egredere de terra tua, & de domo patris tui, & veni in terrā quam monstrauero tibi, Gen. 12. Nepoti etiam suo Loth vltro cecit terrā delectam, idq; maior minori, vt sublatis iurgijs & contentionibus, facta tecta maneret inter ipsos & pastores ipso rum pax & charitas fraterna. Ecce, qui eo animo possidet opes, is etiam, dum possidet, relinquit. Huc nimirum nos & apostolus inuitat & exhortatur 1. Cor. 7. quū ait: Hoc itaq; dico fratres: tempus breue est: reliquum est, vt qui habent vxores, tanq̄ non habentes sint: & qui flent, tanq̄ non flentes: & qui gaudent, tanq̄ non gaudentes: & qui emunt, tanq̄ non possidentes: & qui vtuntur hoc mundo, tanq̄ non vtantur. Præterit enim figura huius mundi.

Cum audisset autem adolescens verbum, abiit tristis &c.] Ecce hęc est illa seculi tristitia, quę mortē operatur, vt inquit apostolus 2. Cor. 7. nempe quādo quis contristatur, q̄ a deo iubetur opes & voluptates huius mundi relinquere. Est aliud genus tristitię, nempe secundum deum, q̄ operatur pœnitentiā stabilem in salutē, vt ait ibidem apostolus. Hac cōtristari, bonum est, quotiescūq; deū offendimus, quod eheu nimis crebro nobis accidit.

Iesus autem dixit discipulis suis:] Quippe quibus hoc spectaculum ediderat, nē quādo inciperet eos paupertatis pœnitere.

Amē dico vobis, quia diues difficile intrabit &c.] Quare difficile? Nimirum q̄ difficilimū sit ita possidere diuitias, vt non apponas animā, non superbias, imō non plura etiā cōcupiscas. Crescit enim, inquit poëta, amor nummi, quātum ipsa pecunia crescit. Et Chrysostrōmus: Nec vnq; inquit, magna voce p̄dicare cessabo, accessione pecuniarum cupiditatem habēdi magis atque magis adeo inflammari, vt rerum copia

Athanas

Gene. 13.

Iuuenal.

Chrysostr.

Prou. 3.

Chrysostr.

Hilarius.

Hilarius.

1. Tim. 6.

copia crescente, paupertas quoque augeatur. Nam qui maiori desiderio ardent, egere se magis sentiunt. Egestas à Domino, inquit sapiens, in domo impij. Quomodo verō poterit esse paratus ad relinquendum quā possidet, qui in diēs magis magisque flagrat desiderio plura possidendi? Et si sua non dare, impedimento ad regnum est, inquit Chrysostrōmus: quantum sibi contrahit ignem, quia aliena occupat? Alioquin non est crimen, aliquid habere: sed modus in habendo retinendus est, vt ait Hilarius. Nocenter habere, magis, quam illud ipsum habere, fit crimen. Sed periculosa cura est, velle ditescere, & graue onus innocentia subit, incrementis opum occupata. Rem enim seculi famulatus DEI, non sine seculi istius vitijs assequetur, vt idem Hilarius scribit. Dauid quidem in descriptione viri iusti, timentis Dominum, etiam diuitias illi tribuit, dicens: Gloria & diuitiæ in domo eius. Quod si quis de diuitijs terrenis accipere velit, is audiat & illud quod paulō post sequitur, Iucundus homo, qui miseretur & commodat: & Dispersit, dedit pauperibus. Quid multis? Deus nō respicit, quantum quis possideat: sed, quo iure, quo animo possideat. Alioquin sola paupertas, seu mendicitas non facit hominem gratum DEO: quum inter hos fures sint ac latrones, alijque plurimi flagitiosissimi: cōtrā verō inter diuites, viri perfectæ sanctimonie, quales Abraham, Isaac, Iacob, Iob, & multi alij. Deus non ex fortuna, sed ex animo æstimat hominem.

Et iterum dico vobis: Facilius est camelum per foramen acūs transire, quam diuitem &c.] Terribilis omnibus diuitibus exaggeratio. Quod paulō antē dixit difficile, hīc ostendit etiam impossibile esse: neque simpliciter impossibile, sed impossibili etiam impossibilius quodammodo. Est enim impossibile, camelum viuum transire per foramen acūs: & tamen impossibilius, diuitem intrare in regnum caelorum. Porro diuitem intelligi vult eum, qui confidit in diuitijs suis, non eum qui habet diuitias: id quod iam satis ostensum est, & patet ex Marci capite decimo, apud quem ita legimus: Filioli, quā difficulte est confidentem in pecunijs, in regnum DEI introire? Hinc & Paulus Timotheo sic scribit: Diuitibus huius seculi p̄cipe, non sublimē sapere, neque sperare in incerto diuitiarum, sed in DEO viuo, qui p̄stat nobis omnia abundē ad fruendum, benē agere, diuites fieri in bonis operibus, facillē tribuere, communicare, thesaurizare sibi fundamentum bonum in futurum, vt apprehendant bonam vitam.

Iam quōd Theophylactus camelum hīc rudentem nauticum significare putat, non probatur doctis: qui magno consensu animal interpretantur, præsertim Origenes, Hieronymus, Euthymius, quibus & Erasmus in annotationibus suffragatur. Is præterea admonet, illud, per foramen acūs, bifariam accipi posse, siue per foramen quod habet acus, siue per foramen acu factum.

Auditis autem his, discipuli mirabantur &c.] Quod interpret vertit, mirabant: Græcè est ἐκπλησσομαι, id est, percussus, vel exterritus sunt, vel, vt Erasmus, expauerunt. Neque verō suo ipsorum nomine expauerunt, quippe qui iam reliquerant omnia quæ ipsi possederant: sed quōd dolerent, tot hominum millia diuitiarum gratia excludendos esse à regno caelorum.

Adspiciens autem IESVS, dixit illis:] Placido eos vultu intuitus est Dominus, nimirum delectatus charitate eorum, qua dolebant interitum tot hominum. Ideoque consolatur eos, dicens:

Apud homines hoc impossibile est: apud Deum autem omnia possibilia sunt.] Ergo possibile est, inquit Origenes, & camelū per foramen acūs intrare: non tamen apud homines, sed apud Deum. Quomodo autem faciat hæc possibilia Deus, ipse scit, & Christus eius, & cui reuelauerit Christus. Chrysostrōmus, Theophylactus, & Euthymius, ita hæc fieri intelligunt, vt Deus animos diuitum & auarorum hominum mutet, vt alacres etiam vel abijciant quod possident, vel possideant opes tanquam communes, non proprias, parati relinquere, si postulet Euangelium, quemadmodum mutauit animum Zachæi & Matthæi. Verum hæc ita Deum facere monent omnes illi, si tu voluntatem tuam eō cœperis dirigere, vt facere id posse desideres, Deumque, vt te adiuuet, inuoces.

Origenes & Hilarius putant mysticè per camelum, populum gentilem esse intelligendum: per diuitem, populum Iudaicum, gloriantem in diuitijs iustitiæ legalis: cuius gentes erant pauperrimæ. Camelus autem quo gentes significantur, verberibus obedit, inquit Hilarius, metu continetur, ieiunij patiens est, & oneri suo quadam disciplinæ ratione succumbit, cuius exemplo gentium immanitas, ad obedientiam p̄ceptorum caelestium emollitur. Hęc igitur angustissimum regni caelestis iter introeunt, acūs scilicet *, q̄ * foramen verbi noui p̄dicatio: per quam corporum vulnera assuuntur, & dissuta vestium retexuntur, & mors ipsa compungitur. Ergo huius nouę p̄dicationis hoc est iter, in quod facilius informitas gentium introibit, quā opulenta

Origenes.

Chrysostr.

Origenes & Hilarius.

* foramen

tia diuitis, id est, gloriantis in lege. Hæc Hilarius. Quin Diuus Hieronymus, tum in hunc locum, tum in sexagesimum caput Esaia, introitum cameli per foramen acis, gentium conuersionem mysticè interpretatur.

Tunc respondens Petrus, dixit ei: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus &c.] Multi hinc mirantur fiduciam Petri; quod nauicula & reti piscatorio relicta, ausus sit dicere: Ecce nos reliquimus omnia: quasi ingentes possessiones reliquerit. Verum sciendum est, quod non tanti refert, quam amplas possessiones aliquis relinquat propter Deum: quanti, quo relinquat affectu. Deinde non solum retia & nauiculam reliquerat Petrus, ut monet Origenes, sed etiam domum sortè, uxorem, liberos, & possessiones quasdam, tametsi paruas. Quorum affectus plerunq; etiam grauiores videmus in tenuis fortunæ hominibus, quàm in diuitibus. Euthymius etiam suspicatur veritum fuisse Petrum, nè quid ipse & condiscipuli neglexissent in relinquendo sua: quod audièrat Dominum dicere adolescenti, Vade, vède oia quæ habes, & da pauperibus. Id enim ipsi non fecerant, sed simpliciter reliquerant.

Amèn dico vobis, quòd vos qui secuti estis me

&c.] Non dixit, qui reliquistis omnia, inquit Hieronymus. Hoc enim & Socrates fecit philosophus, & multi alij diuitias cõtempserunt: sed qui secuti estis me, quod proprie Apostolorum est & credentium. Porro quid sit sequi Christum, iam antè diximus.

In regeneratione.] Regenerationem nunc dicit resurrectionem mortuorum: quasi iteratã viuificationem, inquit Euthymius.

Quum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ.] Deposita, videlicet, ea quam nunc videtis humilitate.

Sedebitis & vos super sedes duodecim.] Hunc locum D. Augustinus in Psal. 49. arguta & copiosa disputatione tractat. Principio quaerit, si duodecim tantum erunt sedes Apostolorum, ubi erit Apostolus Paulus? Quis enim ausit dicere, hunc qui plùs cæteris omnibus laborauit, non esse cum cæteris indicaturum, aut cæteris sedentibus, staturum? Neq; verò Iudæ sedem occupabit. Nam in huius locum successit Mathias. Hanc quaestionem ita soluit, ut dicat, ad duodecim sedes, nõ tantum duodecim homines pertinere, sed omnes ex toto terrarum orbe sanctos, qui perfectionem illorum duodecim tũ imitati sunt, tum imitaturi vsq; ad consummationè seculi. Id quibus rationibus doceat, nimis prolixum fuerit hic explicare. Studiosi legant ipsi Augustinũ eo loco. Præterea per duodecim sedes, non tales sedes intelligere debemus, quales sunt iudicũ in fo-

rum humano: neque quòd Apostoli aut sancti alij latenti sententias aduersus impios, morte humano: sed exempla erunt, & veluti organa quaedam, per quæ Christus, cui omne iudicium dedit pater, Iohann. 5. condemnaturus est impios & incredulos Iudæos, qui ex eadè stirpe progeniti qua Apostoli, & eiusdem legis periti, eisdè miraculis & beneficijs prouocati, tamen nulla ratione perducipotuerunt ut crederent: quum Apostoli humiles & idiotæ, statim ad simplicè vocis iussu, etiam illa reliquerunt, quibus & sibi & suis domesticis vitam sustentabant. Simile dixit supra cap. 12. de viris Niniuitis, & regina Austri, quòd resurrecturi sint in iudicio cũ generatione hæc, & condemnaturi eam. De illis tamen non dixit, quòd sessuri sint super sedes. Sedere porro in sedibus, est frui consortio gloriæ & regni Christi. Sic Theophylactus & Euthymius. Et ante hos Chrysoströmus: Ecce, inquit, non confessum quidem esse sedes significauit, quum ipse solus in folio iudicaturus sedebit: sed honorem atque gloriam ineffabilem vocabulo sedium signant expressit. Porro quemadmodum in eas sedes omnes sanctos recipi diximus, quicunq; illorum duodecim fidem & vitæ perfectionè imitantur, ita Iudas, qui tunc vnus de duodecim erat, exclusus est. Itaq; fieri videmus, quod Ieremiæ 18. ait Dominus: Ecce sicut lutum in manib; figuli, sic vos domus Israel in manu mea. Repente loquar aduersum gentem & aduersus regnum, ut eradicem, & destruem, & disperdam illud. Si poenitentiam egerit gens illa à malo suo, quod locutus sum aduersus eam: agam & ego poenitentiam super malo, quod cogitavi ut facerem ei, & subito loquar de gente & regno, ut ædificem & plantem illud. Si fecerit malum in oculis meis, ut non audiat vocem meam: poenitentiam agam super bono, quod locutus sum ut facerem ei. Sic Iudas, quum esset vnus de duodecim, excidit à sede promissa: quia sur erat, & tradidit Dominum suum, satis declarans, quàm nunquam sincero animo secutus esset Dominum. Paulus verò, hostis & persecutor Ecclesiæ Christi, quia ignorans fecit, in incredulitate zelo patriæ legis, misericordiam consecutus est, & in thronum duodecim illorum iudicum euectus.

Et omnis qui reliquerit domũ, vel fratres &c.] D. Hieronymus admonet, hunc locum cõgrue re cum illo, quod supra capite 10. dixit, Non veni mittere pacem, sed gladium. Veni enim separare hominem aduersus patrem suum, &c. Qui ergo propter fidè Christi, & prædicationem Euangelij, omnes affectus contempserint, atque diuitias & seculi voluptates, isti centuplum

plum recipient, & vitam æternam possidebunt. Neque verò his verbis dirimit matrimonia: (quod diserte admonet Chrysoströmus, & hunc secutus Euthymius) sed quemadmodum supra capite decimo, quum ait: Qui perdidit animam suam, inueniet eam: non vult ut nosmetipsos interficiamus, sed ut religionis pietatem cæteris omnibus anteferaamus, ita de vxore quoque ac fratribus intelligendum est. Vbi non sunt nobis impedimento properantibus ad Christum, nequaquam deserendi sunt, sed omni etiam pietate fouèdi. Cæterum si quid nobis cõperint suadere, vel aliquid à nobis exigere, quod aduersum Christo & Euangelio, iam neque vxorum, neque parentum, neque fratrum loco habendi sunt. Sic enim nos Paulus docet, ita scribens 1. Corinth. 7. Ijs autem qui matrimonio iuncti sunt, præcipio non ego, sed Dominus, vxorem à viro non discedere, &c. Et vir vxorem non dimittat. Nam cæteris ego dico, non Dominus: Si quis frater vxorem habet infidelem, & hæc consentit habitare cum illo, nõ dimittat illam. Et si qua mulier fidelis habet virum infidelem, & hic consentit habitare cum illa, non dimittat virum, &c. Quòd si infidelis discedit, discedat. Non enim seruituti subiectus est frater aut soror in huiusmodi.

Centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit.] Centuplum accipiet, hoc est, multo plura, ut scribit Lucas, (est enim numerus certus pro incerto) idque etiam in hoc seculo, & in medijs afflictionibus. Hoc enim expressè scribit Marcus his verbis: Amèn dico vobis, nemo est qui reliquerit domum, aut fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut filios, aut agros propter me, & propter Euangelium, qui

non accipiet centies tantum, nunc in tempore hoc domos, & fratres, & sorores, & matres, & filios, & agros, cum persecutionibus, & in seculo futuro vitam æternam. Sed quomodo, inquit, percipiunt illa etiam in hoc seculo? Respondet Euthymius: Sicut accipiunt Apostoli & martyres, cæteri que omnes iusti. Vide enim quòd omnium fidelium domos sibi habebant apertas: fratres etiam & sorores, parauerunt omnes sanctos & sanctas: patres verò, omnes ipsos colentes, ipsorumque curam habentes, ac erga ipsos cõpassionis affectu tactos: nam hæc sunt propria patris: matres quoque, omnes pari modo se habentes: vxores verò, omnes ministrantes, subseruientes, ac curantes eos. Hæc siquidem vxoris sunt opera. Filios præterea, omnes discipulos. Ad hæc omnium fidelium agros in sua potestate habebant. quodque omnium est maximè admirabile, omnia hæc habebant cũ persecutionibus, hoc est, eo ipso tempore, quo tyranni & scelerati huius mundi homines, eos persequerantur.

Multi autem primi erunt nouissimi, & nouissimi primi.] Hoc & simpliciter de omnibus dictum est, inquit Euthymius, ut nunquam hi qui præponuntur in vita, extollantur: neque qui hic despiciuntur, animum despondeant: & præcipue ad Phariseos, eisque similes sermo refertur, qui primatus totis vendicabant viribus. Aestimatio hæc fiet ab æquissimo iudice Deo, apud quem nullum est neque fortuna, neque conditionis, neque ætatis, neque personæ discrimen: Sed quicunq; fideliter operati fuerunt in his ad quæ sunt vocati, hi sunt qui mercedem cum laude percipient. Id quòd magis clariusque intelligatur, Dominus ipse explicat sequenti parabola.

Centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit.] Centuplum accipiet, hoc est, multo plura, ut scribit Lucas, (est enim numerus certus pro incerto) idque etiam in hoc seculo, & in medijs afflictionibus. Hoc enim expressè scribit Marcus his verbis: Amèn dico vobis, nemo est qui reliquerit domum, aut fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut filios, aut agros propter me, & propter Euangelium, qui

CAPVT XX.

Simile est regnum cælorum homini patrifamiliã, qui exijt primo mane conducere operarios in vineam suam. Conuentione autem facta cum operarijs ex denario diurno, misit eos in vineam suam. Et egressus circa horam tertiam, vidit alios stantes in foro ociosos, & dixit illis: Ite & vos in vineam meam: & quod iustum fuerit, dabo vobis. Illi autem abièrunt. Iterum autem exijt circa sextam & nonam horam, & fecit similiter. Circa vndecimam verò exijt, & inuenit alios stantes, & dicit illis: Quid hic statis tota die ociosi? Dicunt ei: Quia nemo nos conduxit. Dixit illis: Ite & vos in vineam meam. Cùm ferò autem factum esset, dicit dominus vineæ procuratori suo: Voca operarios, & redde illis mercedem, incipiens à nouissimis vsq; ad primos. Cùm venissent ergò, qui circa vndecimam horam venerant, acceperunt singulos denarios. Venientes autem & primi, arbitrati sunt quòd plus essent accepturi: acceperunt autem & ipsi singulos denarios. Et accipientes, murmurabant aduersus patrem-

familiās, dicentes: Hi nouissimi vna hora fecerunt, & pares illos nobis fecisti, qui portauimus pondus diei & æstus? At ille respondens, vni eorum dixit: Amice, nō facio tibi iniuriā: nonnē ex denario conuenisti mecum? Tolle quod tuum est, & vade. volo autem & huic nouissimo dare, sicut & tibi. Aut nō licet mihi, quod volo, facere? an ocul⁹ tuus nequā est, quia ego bonus sum? Sic erunt nouissimi primi, & primi nouissimi. Multi enī sunt vocati, pauci verò electi. ¶ Et ascendens Iesus Hierosolymam, assumpsit duodecim discipulos suos secretò, & ait illis: Ecce ascendimus Hierosolymā, & filius hominis tradetur principibus sacerdotū, & scribis, & condemnabunt eum morte, & tradent eum gentibus ad illudendū, & flagellandum, & crucifigendū, et tertia die resurget. ¶ Tunc accessit ad eum mater filiorum Zebedæi cum filijs suis, adorans, et petens aliquid ab eo. Qui dixit ei: Quid vis? Ait illi: Dic vt sedeant hi duo filij mei, vnus ad dexterā tuam, et vnus ad sinistram in regno tuo. Respondens autem Iesus, dixit: Nescitis quid petatis. Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? Dicunt ei: Possumus. Ait illis: Calicem quidem meum bibetis: sedere autem ad dexteram meam vel sinistram, nō est meum dare vobis, sed quibus paratum est à patre meo. ¶ Et audientes decē, indignati sunt de duobus fratribus. Iesus autē vocauit eos ad se, & ait: Scitis quia principes gentiū dominantur eorum: & qui maiores sunt, potestatem exercent inter eos. Non ita erit inter vos: sed quicumque voluerit inter vos maior fieri, sit vester minister: & qui voluerit inter vos primus esse, erit vester seruus: sicut filius hominis nō venit ministrari, sed ministrare, & dare animam suam redemptionem pro multis. ¶ Et egredientibus illis ab Hiericho, secuta est eum turba multa. Et ecce duo cæci sedentes secus viam, audiērent quia Iesus transiret, & clamauerunt, dicentes: Domine, miserere nostrī fili David. Turba autem increpabat eos, vt tacerent. At illi magis clamabant, dicentes: Dñe, miserere nostrī fili David. Et stetit Iesus, & vocauit eos, & ait: Quid vultis vt faciam vobis? Dicunt illi: Domine, vt aperiantur oculi nostri. Misertus autem eorum Iesus, tetigit oculos eorum. Et confestim viderunt, et secuti sunt eum.

IN CAPVT XX.

Simile est regnum cælorum homini patrifam. ¶ Regnum cælorum per metonymiam pro ipso rege, hoc est, Christo, dicit, hoc quidem loco. Alioquē regnum huius regis, ipsa est Ecclesia, eaq; vt hīc de ea loquimur, in terris adhuc militans. Sic enim Apostolus, de Deo patre loquens, scribit: Qui eripuit nos de potestate tenebrarum, & transtulit in regnum filij dilectionis suæ, in quo habemus redemptionem & remissionem peccatorum. Hic itaque rex Dominus noster Iesus Christus, similis est patrifamiliās, qui exijt primo manē. Sed quodnam est illud tempus, quod simile facit diei, quo egreditur paterfamiliās? Qui-

Coloss. 1.

dam intelligunt ætatem cuiusuis hominis. Quosdam enim vocat statim ab ipsa infantia, vt sibi seruiant, quod legimus de Samuele, Ieremia, Iohanne Baptista, Diuo Nicolao, & quibusdam alijs. Alios vocat iam puberes, tanquam hora diei tertia. Alios viros, hoc est, hora sexta. Alios senes, hoc est, nona. Alios decrepitos, hoc est, vndecima. Hoc placet Chryloto, Theophylacto, Euthymio, & inter Latinos Diuo Hieronymo. Cæterum Origenes, quem sequuntur Hilarius & Gregorius, totum accipit seculum, tanquam vnum diem: hoc est, tempus illud totū, quod est à constitutione mundi, vsque ad consum-

Origenes

matio-

Iohā. 2.

mationem eiusdem: vt sit hora prima ab Adā vsque ad Noē: Tertia, à Noē vsque ad Abraham: Sexta, ab Abraham vsque ad Moysen. Nona complectitur Moysen ipsum & Prophetas, vsque ad Christum. Atque hęc iam est illa hora, de qua scribit Iohannes in Epistola: Filioli, nouissima hora est. Hac hora tadēm gentes vocatæ sunt in vineam Domini, atq; vnam duntaxat horam operantes, tantundem accipiunt, quantum antiquus ille Iudæorum populus, prima, tertia, & nona vocatus. huic populo nulla gr̃ate defuerunt sui doctores, qui ea q̃ sunt salutis, monerēt. Gentium verò populus neminē habuit, qui veram religionem, verum Dei cultum doceret. Quamobrē interrogati, Quid hęc statis tota die ociosi respondēt, Quia nemo nos cōduxit. Accipientibus autem gentibus, non iam ex operibus legis tanq̃ debitum, sed ex obedientia fidei, tanq̃ donum gratuitum, æquale cum Iudæis præmium, obmurmurant Iudæi per inuidiam patrifamiliās, quod illos sibi equārit. Quapropter roties facessunt negocium Apostolis, q̃ ad gentes ingrediantur, vt Actorū 11. quum audissent Cornelij Centurionis conuersionem factam Cæsare per Petrum, & q̃ gentes receperint verbum Dei, Petro iam reuerso Hierosolymam disceptabant aduersus illum hi qui erant ex circuncisione, dicentes: Quare introisti ad viros preputium habētes, & manducasti cum illis? Quantas turbas sæpē excitārent in Paulum? Quantæ molis esset illam inuidiam illis eximere, vel vna epistola ad Rom. satis indicat. Idem significat parabola de homine qui habebat duos filios, Luc. 11. Sic enim ibi aggreditur patrem filius senior: Ecce tot annos seruii tibi, & nunquam mandatum tuum præterui, & nunq̃ dedisti mihi hœdū, vt cum amicis meis epularer. Sed postquam filius tuus hic, qui deuorauit substantiam suam cum meretricibus, venit, occidisti illi vitulum saginatum. Nobis interim amanda est, suspicienda est, adorāda denique optimi patris inaudita clementia, qui ad eō neminem ad se quantunus serō conuersum repellit, vt etiam miseri conuersione gauisus, equet eum, imò præferat etiam, illi qui ab initio sibi seruituit. Sed o peruersos & insanos insanabilesque homines. Multi enim tanta patris clementia deteriores etiam facti, vocantem audire procraftinant. Cur illi non audiunt Apostolum ad Romanos secundo ita increpantē: An diuitias bonitatis eius, & patientiæ, & longanimitatis contemnis? Ignoras quod benignitas dei ad patientiā te adducit? Secundum autem duritiam tuam & impoenitē cor, thesaurizas tibi iram in die iræ & reuelatiōis iusti-

iudicij Dei, qui reddet vnicuiq; secundum opa eius. Vndē beatus ille Pontifex Gregorius in hunc ipsum locum: Fratres, inquit, quid nos à bono opere cessantes, in excusatiōe nostra disturi sumus, qui penē à matris vtero ad fidem venimus, qui verba vitæ ab ipsis cunabulis audiimus, qui ab vberibus sanctę matris Ecclesię potum sanctę prædicationis sumpsimus cum lacte carnis, qui pignus eterne vitę accepimus sancta sacramenta? Obsecro vos fratres charissimi, quandō in die nouissima iudicio nos sistet Dominus, dicetq̃ nobis, Quid ita totum diem ociosi stetitis? Quid tunc dicemus? Quomodō nos excusabimus? Non poterimus vtq; dicere cū ethnicis, Quia nemo nos conduxit. Omnes enī nos constituti sumus operarij in vinea Domini, sub ipsum iam olim baptismum, vbi & diabolo renunciauimus, & iurauimus simul, atq; statuimus adherere Christo. ibi tum conductio nostra primum cœpit. super eam deinceps spiritum sanctum nobis contulit Christus, suoq; nos sanguine mundauit à labe peccati originalis. De ignorantia nos excusare omninō non possumus, quū tantū habeamus scripturarum, tot item prædicatores, vt nullum præterere queamus excusationis fucū: sed in ignauis ingratissq; nobis implebit illa sententia Christi: Seruus qui cognouit voluntatē Dñi sui, & nō se præparauit, & non fecit secundum voluntatem eius, vapulabit multis.

Cōuentiōe autē facta cū oparijs ex denario diurno. Denarius, plus minus octaua parte aurei Rhenani valet: dictus, q̃ decem assibus æreis valeret. Hīc intelligimus gratiā Euangelij, seu præmiū salutis eterne per allegoriā, vel, quod idem est, vitam eternam. Quantū verò denari⁹ is omnibus sanctis cōmuniter dat, nihilominus tū sicut stella differt à stella in gloria, sic & re- 1. Cor. 15. surrectio mortuorū: de quo vide Aug. in lib. de S. Virginitate ca. 26. & eūdē in illud Iohā. 14. In domo patris mei mansiones multæ sunt.

August. Tom. 6.

Et egressus circa horā tertią, &c. Horas alij pag. 168. incipiūt numerare à principio noctis, 24. numerantes per ordinem vsq; sequētis noctis initij: quod etiam nūm faciunt Itali. Astrologi à meridie incipiunt. Nos à noctis dieiq; medio. Alij ab ortu solis, secundum quam numerationem loquitur hīc Dominus apud Euangelistam. Itaque quę nobis est septima matutina, hīc dicitur prima: quæ nobis nona, hīc est tertia: q̃ nobis 12. hīc sexta: quę nobis 3. pomeridiana, hīc nona: q̃ nobis quinta pomeridiana, hīc vndecima, id est, penultima diei.

Cū serō aut factum esset, &c. Hoc est, quum vespera facta esset: quam vel diē mortis vniuscuiusq; hominis intelligere possum⁹, si diem

z 3 acci-

accipiamus etatem hominis: vel potius consummationem seculi, si diem totum seculum.

Dicit dominus vinee procuratori suo. Per procuratorem quidam intelligunt Michaële archangelum. Alij Christum ipsum, secundum humanam naturam, ut patrem familiam secundum diuinam. Mihi non libet in his esse curioso, quod parabola sit, non historia, quod legimus, ut non sit opus minima quæque scrutari: quod & Chrysofomus admonet.

Et accipientes, murmurabant aduersus patrem familiam. Murmurabant Iudæi, etiam Christum amplexi atque professi, sed carnales adhuc, nec intelligentes amplitudinem misericordiae & gratiae Dei, qua complectitur omnes omnium seculorum & etatum homines: nec respicit, quod diu quis laborarit, sed quam prompto, alacri, & fideli animo. Alioquin in die iudicij, inter sanctos Dei, qui tum perfecta charitate se mutuo complectent, nequaquam erit villa vel murmuratio, vel inuidia: sed inestimabili gaudio sibi mutuò suam felicitatem gratulabuntur.

At ille respondens uni eorum, dixit. Et hic torquent se nonnulli, quis ille vnus intelligendus sit, cui hoc dixit Dominus. D. Hieron. ait se in cuiusdam libro legisse, proptoplastum intelligi, & eos qui illo tempore crediderunt. Quid si vni illorum hæc pro omnibus dixit? Hoc mihi quidem simpliciter videtur, nec minus credibile. Sed meminimus regulæ Chrysofomi, in parabolis non oportere nimiam in singulis verbis cura peragi: sed quum, quid per parabolam intendat, didicerimus: inde vtilitate collecta, nihil vterius anxio esse conatu inuestigandum.

Chrysofomus regula.

Lucæ 16.

Idem Origenes & Augustinus monent, ex occasione parabolæ de iniquo villico seu dispensatore. Quam non proposuit in hoc Dominus, ut iniustitiam eius, qua dominum suum fraudauit, imitemur: sed ut prudenter substatia nostra in pauperes distributa, comparemus nobis amicos, qui recipiant nos in æterna tabernacula.

Amice, non facio tibi iniuriam. Non est iniustitia apud Deum. Summæ itaque temeritatis est, nos velle iudicare de illius operibus.

Nonne ex denario conuenisti mecum? Legem acceperat Iudæus, & in hac præcepta decalogi: quæ faciens vivebat in eis, iuxta illud Leuitici 18. Facietis iudicia mea, & præcepta mea seruabitis, & ambulabitis in eis. Ego Dominus Deus vestester. Custodite leges meas atque iudicia, quæ faciens homo viuet in eis. De quo etiam Paulus Rom. 10. Sed finis legis Christus est, ad salutem omni credenti. Quem si cõfitearis in ore tuo, & in corde tuo credideris, quod Deus illum suscitauit à mortuis, saluus eris. Hoc porro multò alacrius fecerunt gentes, quæ Iudæi. Non est itaque mirum, hos, quum es-

sent primi, factos esse nouissimos: illos verò, quum essent nouissimi, factos esse primos. Ac gentes quidem retinent fidem. Iudæi verò excæcati, in incredulitate permanet, adeò ut de his Esaias exclamet: Si fuerit numerus filiorum Israël tanquam arena maris, reliquæ saluæ fiet. Ecce, quomodo primi facti sunt nouissimi. Vide Paulum ad Rom. 9. de gentibus Osee, Vocabo non plebem meam, plebem meam: & non dilectam, dilectam: & non misericordiam consecutam, misericordiam consecutam. Ecce, nouissimi primi.

An oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum? *Et iacobus non negat, sed iacobus iacobus est.* apud Græcos vtrumque significat, si, & an. Euthymius, secutus (ut opinor) Chrysofomum, ita interpretatur, ut si significet, si: & est, id est, quod vel quia, accipiat pro, sed: hoc sensu, Si oculus tuus inuidus est, atqui ego bonus sum, seruans & te & illum. Quod si veritas, an, ut nostra translatio, qua in Ecclesia vitium, habet, manifestus est sensus: An idem oculus tuus liuore torquet, quia me vides benignum in eos, in quos libitum est?

Multi enim sunt vocati, pauci verò electi. Hæc est causa, quare illi qui erant primi, fiant postremi: nempe quod quum multi sint vocati, suo tamen vitio non eligantur. Nulli enim non vocantur: sed pauci merentur ut sint inter electos.

Et ascendens Iesus Hierosolymam, assumpsit duodecim discipulos suos secretè, & ait. Duodecim his, tanquam amicis intimis, palam de sua morte loquitur, ut eos aduersus imminentem perturbationis tempestatem armet atque confirmet: quale quiddam & supra fecit cap. 17. Apud Lucam cap. 19. latius etiam hæc explicantur. Ecce, inquit, ascendimus Hierosolymam, & consummabuntur omnia quæ scripta sunt per Prophetas de filio hominis. Tradetur enim gentibus, & illudetur, & flagellabitur, & cõspuetur, & postquam flagellauerint, occident eum, & tertia die resurget. Et ipsi nihil horum intellexerunt: & erat verbum istud absconditum ab eis, & non intelligebant quæ dicebantur. Quorsum ergo (obiciat aliquis) profuit hæc eis prædici, si non intellexerunt? Profuit utique plurimum, nimirum ut, quum iam omnia essent facta, intelligerent, non casu hæc euenisse, sed æterno Dei consilio, ad redimendum genus humanum: eximereturque tum ipsis discipulis, tum nobis omnibus omnis dubitatio, quod hic sit verè Messias ille in Prophetis promissus: & quod ipse tanquam Deus, hæc quæ sibi erant euentura præsciuerit, & quod sua sponte, amore nesci salutis, tam atrox supplicij mortisque genitorem adiret. Vnde & post resurrectionem eos horum admonet, Luc. 24. his verbis: Hæc sunt verba quæ lo-

locutus sum ad vos, quum adhuc essem vobiscum, quoniam necesse est impleri omnia, quæ scripta sunt in lege Moysi, & prophetis, & psalmis de me. Fecerat & apud turbas harum rerum mentionem, sed tectius: ut apud Iohan. cap. 2. Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Et Matth. 12. Generatio mala & adultera signum querit, & signum non dabit ei, nisi signum Ionæ prophete &c. Ioh. 7. Adhuc modicum tempus vobiscum sum, & vado ad eum qui me misit. Quæretis me, & non inuenietis: & ubi ego sum, vos non potestis venire. His tectius, ut dixi, locutus est, uti profanas, ne offenderent: & tamen post resurrectionem admoniti, horum recordarentur, & inteligerent non fuisse somnia seu deliramenta vani alacritatis hominis, sed verè Dei oracula.

Et tradent eum gentibus. Hoc propter Pilatum & eius cohortem dicit.

Tunc accessit ad eum mater filiorum Zebedæi, &c.

Hæc erat matertera Domini Iesu, soror virginis matris, & vxor Zebedæi, quæ aliàs in Evangelio dicitur Maria Salome, à parente, qui maritus Annae fuit. hæc adijt dominum, partim ambitione quadam muliebri, quæ nihil tam affectare videtur, quæ dignitates & principatus filiorum: partim ipsorum filiorum instinctu, somniantium regnum Christi fore mundanum aliquod regnum. Et quia audierat eximia quædam promissa Petro, Super hunc esse edificandam Ecclesiam, huic dadas claves regni cælorum: audierantque paulò antè factam mentionem duodecim sedium, sperabant & se consecuturos aliquid dignitatis, propter ceteros, vel ratione, pro principatus filiorum: cupiditas adeò inebriarat illorum animos, ut ad ea quæ proximè de morte sua dixit, obstupescerent, neque quicquam horum, iam ex Luca recensui, intelligerent. Vides ad viuam expressam imaginem affectuum nostrorum carnalium. Quos vtinam tam fortiter superatos exueremus ipsi, quæ facile in alijs notamus ac reprehendimus. Atque vtinam ex exemplo Domini Iesu disceremus, dignitates ecclesiasticas non esse ratione propinquitatis aut cognationis dandas, sed virtutis atque doctrinæ: Neque delicatam debere esse vitam illorum qui ad eas dignitates admittuntur, sed cõiunctam cum calice laborum & afflictionum. Quod retribuam Domino, inquit David Psal. 117. pro omnibus quæ retribuit mihi: Calicem vultaris accipiam, & nomen Domini inuocabo. Et ut intelligamus de quo loquatur calice, statim subiungit: Preciosa in conspectu Domini mors sanctorum eius. Hoc igitur est, quod conuersus ad duos hosce discipulos, à quibus sciebat matrem fuisse subornatam, respondet: Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum? & (quod apud Græcos addi-

tur) baptisate, quo ego baptizor, baptizari? Hoc est, ea pati, quæ ego patior, & meam imitari mortem? Porro, ut hoc obiter annotem, quod vetus interpres vertit calicem, Græcè est *πικρίων*, id est, poculum, quum calix sit poculi species apud Macrobium: quod annotauit Erasmus, admonens sermonem esse pro uerbalem. De eodem bibere poculo, pro eo quod est, participem esse mali. Et quod nos legimus, bibiturus sum, & vulgò Græcorum codices habent, *πιπιω*, in emendationibus legitur in præsentem, *πινω*, id est, bibo, quod aptè consonat ei quod sequitur, *καὶ βάπτισμα* & *ὡς βάπτισμα βάπτισθαι*, id est, & baptisate, quo ego baptizor, baptizari.

Calicem quidem meum bibeturus. Prophetat eis martyrium ipsorum. Ac de Iacobo quidem constat, quod ab Herode Tetrarcha sit interemptus, Actor. duodecimo. De Iohanne quomodo intelligendum sit, nonnulli dubitant: & quidam putant illum viuere adhuc cum Enoch & Helia, sed circa seculi consummationem esse occidendum, ut hæc propheta impleatur. Sed nihil opus est huc confingere, quum bibere calicem, non solum in moriendo in martyrio situm sit, verum etiam in persecutiõibus cæterisque afflictionibus, quas quis pro Christi nomine patitur, proferendis: qualia multa constat S. Iohannem esse passum. Condemnatus enim fuit ab Imperatore Romano, & in insulam Pathmon deportatus, ut taceam de oleo feruente, cui fuit immixtus. Euthymius verò refert Chrysofomus in Evangelium Ioh. Hom. 2. etiã interfectum asserere, & Ephesi sepultum. cæterum de hoc variant doctorum sententiæ. Nobis satis est, quod plurimos labores, plurimasque afflictiones, pro Christi nomine sustinuit, quod est calicem Domini bibere.

Sedere autem ad dexteram meam vel sinistram, &c. Iesus est, Regnum cælorum non est in hoc paratum, ut deus ad gratiam: neque enim acceptio personarum est apud Deum, sed qualis *ἕκαστος* propositum est certantibus, qui itaque ita certauerit, ut apud patrem meum pronuncietur victor, hic accipiet. Vincetibus enim paratum est. Chrysofomus admonet, nullam omnino creaturam eò dignitatis posse puenire, ut sedeat ad dexteram Christi: hoc enim esset equalis fieri Christo. Sed Dominum accomodasse responsum infirmitati iudicij interrogantium. Qui verò abdicado mundum & concupiscentias carnis cum horum principe diabolo, fortissimè Christum principem nostrum sequuntur: hi, quia similes eius sunt, quodammodo dicuntur ad dexteram eius constitui: qui verò tardiores sunt, ad sinistram, si audias Origenem.

Porro quod ait, *Non est meum dare &c.* non eò pertinet, quasi filius sit inæqualis patri, minorisque

risque potentia, quod somniabat Arrius: sed secundum hominem loquitur, quod & illi hoc tanquam ab homine, secundum carnem sibi propinquo, peteret. Dicit igitur: Non est fauoris humani, hoc dare quod petitis, sed iustitiae diuinae.

Et audientes decem, indignati sunt &c. Facile enim ex repulsa & responsione domini intellexerunt, quod immodica petierint. Alias, quum audissent Petrum eximium quendam futurum, non sunt indignati quidem, quia Petrus ea non ambauerat, sed vltro sibi a Domino offerri audiuit: solliciti tamen fuerant more humano: ideoque Dominum adierunt, interrogantes, quis esset futurus maximus in regno caelorum, supra cap. 18.

Iesus autem vocauit eos ad se, & ait: Scitis &c. Vbiq; sapientia Dei arguit huius mundi insaniam, semper incidentis in contraria eorum quae affectat. Quisquis affectat gloriam huius mundi, a vera gloria excidit in ignominiam. Quisquis dominium, sit fecidissimus turpissimarum cupiditatum seruus. Quisquis diuitias, incidit in egestatem, vt nunquam inueniat quo sit contentus. Qui vero contempserit opes huius mundi propter Christum, qui submisserit se omnibus, ac de omnibus bene mereri studuerit: is inueniet diuitias, regnum & gloriam apud Deum. Ethnica tyrannidis est, affectare potentiam atque dominium, vt alios pro tualibidine cogas tibi inservire, te metuere ac formidare. Christiana pietatis est atque modestiae, omnibus inservire, de omnibus bene mereri, nemini praeferre tete. Quod si diuina ordinatione contigerit te praefici alijs, eo magis etiam animam submittere, vt sub onere grauiori. Non quod non debeat praefectus sua vt auctoritate, quum opus est: quum dicat Apostolus, Peccantes coram omnibus argue, vt & caeteri timorem habeant. Et qui enormiter peccauerint, tradendi interim satanae sunt in interitum carnis: nequaquam crudelitate tyrannica, sed potius charitate Apostolica, vt spiritus saluus sit in die Domini nostri Iesu Christi. Nam hoc ipso minister sit omnium, etiam illorum in quos videtur seruire.

1. Tim. 5.

Sicut filius hominis non venit ministrari. Hoc est, vt sibi ministretur. Efficax docendi pariter & persuadendi ratio, a suo ipsius exemplo. Ipse omnibus se praebuit affabilem, adeo vt Apostolos volentes arcere ab eo mulieres cum pueris, quibus manus imponeret, increpauerit, dicens: Sinite paruulos venire ad me. Quid quod etiam discipulis suis pedes lauit & absterxit? Sed oia haec supra id quod hic dicit, vt daret aiam suam redemptionem, pro multis. Pro multis, hoc est, pro omnibus: sic enim & alias in scriptura diuina accipit. Pro omnibus enim mortuus est. Quod autem non omnes salui fiunt, ipsorum culpa

fit, quod credere nolint. D. Hieronymus tamen pro multis, non pro omnibus, sed credere volentibus, interpretatur. Sed eodem redit. Cui autem dedit animam suam? Equidem opinor illi, cui factus est obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis, hoc est, Deo patri. Nam & huic Abraham obtulit filium, typum huius victimae, qua iusta patris ira placata est: cui & moriens dixit: In manus tuas commendo spiritum meum. Quamquam, vt Origeni placet, etiam diabolo quodammodo animam suam pro nobis dedit. Ille enim, inquit, dominabatur in nobis, donec daretur ei pro nobis redemptio anima Iesu, decepto videlicet, & existimati quasi posset dominari eius, & non videnti quod non posset sustinere in tenendo eam tormeta. Propter quod & mors, putas se dominari eius, dominata non est: quoniam erat solus inter mortuos liber, & fortior omni potestate mortis, & vsque adeo fortior, vt & omnes sequi se volentes, qui tenebant a morte, liberaret a morte, nihil valente in eis postmodum morte. Omnis enim qui sequitur Iesum, incomprehensibilis est a morte. Data autem anima eius in redemptionem pro multis, non mansit apud eum cui fuerat data. Propter hoc dicit Propheta: Quis non derelinques animam meam in inferno. Hec Origenes. Et certe hoc ipso mors amisit ius suum, quod habebat in peccatores, quod eum qui innocens erat, tanquam peccatorem inuasit. Nam hic mors ipsa contra legem iustitiae peccauit, vt tanquam multa reddere cogatur, quod nobis ereptum, iuste quodammodo possidebat.

Et egredientibus illis ab Hiericho, &c. Hiericho, Hebraice יריחו ciuitas fuit opulentissima in tribu Benjamin, auctore Iosepho lib. 5. belli Iudaici, ab Hierosolyma 150. stadijs (i. quatuor miliaribus Germanicis minus quadrante: Nam quadraginta stadia faciunt i. miliaria) distans, oppidum quum nobilis palmetis & balsami viridarijs. Hieronymus ait, locum fuisse viatoribus piculosum propter latrones: quam apparet fuisse occasionem parabole de homine, qui ab Hierosolymis in Hiericho descendens, incidit in latrones, Luc. 10. Mystice per Hiericho, mundum intelligunt: per Hierosolyma, caelum: per duos caecos, populum gentilem & Iudaicum. Hilarius tamen gentilem populum solum intelligit, de duobus filijs Noe Cham & Iapheth procreatum: quem admodum per filios Zebedei, Iudaicum ex Sem. Verum hic finamus quoniam pro suo ingenio & pietate philosophari. Illud vero mouet multos, quod Mar. 10. Mattheus duorum caecorum meminit: Marc. Luc. 18. vero, vnius: similiter Lucas. Hic Augustinus suspicatur vnum illorum fuisse clarum nomen, id quod ex Marco apparet, qui & ipse, &

& patris eius nomen exprimit, filius Timaei, inquit, Bartimeus &c. alterum vero, obscurum aliquem & ignobilem. Verum Euthymius maualt Marcum & Lucam non de eodem caeco esse locutos: id quod & ex verbis eorum apparet. Nam de quo Lucas loquitur, eum curauit cum ingrederetur, seu appropinquaret urbi Hiericho: de quo vero Marcus, quum urbem egrederetur. Vt Mattheus vtrunque sit complexus. Et hac ratione, apte prior caecus gerit typum populi Iudaici: alter, gentilis. Prius enim venit ad populum Iudaicum, nepe quando in hunc mundum venit, quam ad gentilem. Hunc enim, iam ex hoc mundo reuersus ad patrem, per Apostolos curauit.

Rom. 10.

Audierunt quod Iesus transiret. Fides, inquit Apostolus, ex auditu est. Qui audit vocem Euangelij, & credit in vnigenitum filium dei, huic aperiuntur oculi, vt videat quae sit via ad vitam.

Theoph.

Turba autem increpabat eos, vt tacerent. Suspiciatur turba, clamorem illorum Iesu molestum esse. Theophylactus putat turbam hanc

figuram fuisse persecutorum Ecclesiae: qui quo magis conati sunt os obturare sanctis, ne nomen Domini Iesu inuocarent, eo validius hi & constantius inuocauerunt.

Quid vultis vt faciam vobis? Non ignorabat Dominus quid vellent: sed ne quis putaret aliud illos petere, & aliud ipsum largiri, interrogat quid velint, vt ait Chrysostomus.

Miseratus autem eorum Iesus, &c. Misericordiae Dei debemus, quod a caecitate nostra sumus liberati.

Tetigit oculos eorum. O salutarem contactum Iesu. Quia impossibile erat nobis videre Deum, (ait enim ad Mosen: Non poteris videre faciem meam) ipse per incarnationem suam tetigit nos, & aperti sunt oculi nostri, vt videamus, nunc quidem per speculum tanquam in aenigmate, olim vero etiam facie ad faciem.

Exod. 33.

1. Cor. 13.

Et secuti sunt eum. Hoc vt gratitudinis erat, ita & praecipuus recepti visus fructus. Quid enim profuerit nobis recepisse visum, videre quae sit eundem, si non sequamur IESUM?

CAPVT XXI.

ET cum appropinquassent Hierosolymis, & venissent Bethphage ad montem Oliueti, tunc Iesus misit duos discipulos, dicens eis: Ite in castellum quod contra vos est: & statim inuenietis asinam alligatam, & pullum cum ea: soluite, & adducite mihi: & si quis vobis aliquid dixerit, dicite, quia Dominus his opus habet. & confestim dimittet eos. Hoc autem factum est, vt adimpleretur quod dictum est per Prophetam, dicentem: Dicite filiae Sion, Ecce rex tuus venit tibi mansuetus, sedens super asinam, & pullum filium subiugalis. Eunt autem discipuli, fecerunt sicut praecipit illis Iesus. Et adduxerunt asinam & pullum, & imposuerunt super eos vestimenta sua, & eum desuper sedere fecerunt. Plurima autem turba strauerunt vestimenta sua in via: alij autem caedebant ramos de arboribus, & sternebant in via. Turbae autem quae praecedebant, & quae sequebantur, clamabant, dicentes: Osanna filio Dauid. Benedictus qui venit in nomine Domini, Osanna in altissimis. ¶ Et cum intrasset Hierosolymam, commota est vniuersa ciuitas, dicens: Quis est hic? Populi autem dicebant: Hic est Iesus Propheta a Nazareth Galilaeae. Et intrauit Iesus in templum Dei, & eiciebat omnes vendentes & ementes in templo, & mensas nummulariorum, & cathedras vendentium columbas euertit, & dixit eis: Scriptum est, Domus mea domus orationis vocabitur: vos autem fecistis illam speluncam latronum. Et accesserunt ad eum caeci & claudi in templo, & sanauit eos. Videntes autem principes sacerdotum & scribae mirabilia quae fecit, et pueros clamantes in templo, et dicentes, Osanna filio Dauid, indignati sunt, et dixerunt ei: Audis quid isti dicunt? Iesus autem dixit eis: ¶ Vtique. Nunquam legistis, quia ex ore infantium et lactentium perfeci-

Esa. 62.

Zach. 9.

Psal. 117.

Esa. 56.

Hier. 7.

Psal. 8.

sti laudem? ¶ Et relictis illis, abiit foras extra ciuitatem in Bethaniam, ibique mansit. Manè autem reuertens in ciuitatem, esuriit. Et videns fici arborem vnam secus viam, venit ad eam, & nihil inuenit in ea, nisi folia tantum. & ait illi: Nunquam ex te fructus nascatur in sempiternum. Et arefacta est continuò ficulnea. Et videntes discipuli, mirati sunt, dicentes: Quomodo continuò aruit? Respondens autem Iesus, ait eis: Amèn dico vobis, si habueritis fidè, & nō hæsiteritis, nō solum de ficulnea facietis: sed & si monti huic dixeritis, Tolle, & iacta te in mare, fiet. Et omnia quaecunque petieritis in oratione credentes, accipietis. ¶ Et cū venisset in templum, accesserunt ad eum docentes, principes sacerdotum & seniores populi, dicentes: In qua potestate hæc facis? & quis tibi dedit hanc potestatem? Respondens autem Iesus, dixit eis: Interrogabo vos & ego vnum sermonem, quem si dixeritis mihi, & ego vobis dicam, in qua potestate hæc facio. Baptismus Iohannis vnde erat? è cælo, an ex hominibus? At illi cogitabant inter se, dicentes: Si dixerimus, è cælo: dicet nobis, Quare ergo non credidistis illi? Si autem dixerimus, ex hominibus: timemus turbam: omnes enim habebant Iohannem sicut Prophetam. Et respondentes Iesu, dixerunt: Nescimus. Ait illis & ipse: Nec ego dico vobis, in qua potestate hæc facio. Quid autem vobis videtur? Homo quidam habebat duos filios, & accedens ad primum, dixit: Fili, vade hodiè operari in vinea mea. Ille autem respondens, ait: Nolo. Postea autem pœnitentia motus, abiit. Accedens autem ad alterū, dixit similiter. At ille respondens, ait: Eo Domine. Et non iuit. Quis ex duobus fecit voluntatem patris? Et dicūt ei, Primus. Dicit illis Iesus: Amèn dico vobis, quia publicani & meretrices præcedunt vos in regno Dei. Venit enim ad vos Iohannes in via iustitiæ, & non credidistis ei: publicani autem & meretrices crediderunt ei: vos autem videntes, nec pœnitentiam habuistis postea, vt crederetis ei. Aliam parabolam audite: Homo erat paterfamiliās, qui plantauit vineam, & sepem circumdedit ei, & fodit in ea torcular, & ædificauit turrim, & locauit eam agricolis, & peregrè profectus est. Cū autem tempus fructuum appropinquasset, misit seruos suos ad agricolas, vt acciperent fructus eius. Et agricolæ apprehensis seruis eius, alium ceciderunt, alium occiderunt, alium verò lapidauerunt. Iterum misit alios seruos plures prioribus, & fecerunt illis similiter. Nouissimè autem misit ad eos filium suum, dicens: Verebuntur fortè filium meū. Agricolaè autem videntes filium, dixerunt intra se: Hic est hæres: venite, occidamus eum, & habebimus hæreditatem eius. Et apprehensum eum eiecerunt extra vineam, & occiderunt. Cū ergo venerit Dominus vineæ, quid faciet agricolis illis? Aiunt illi: Malos malè perdet, & vinea suam locabit alijs agricolis, qui reddent ei fructum temporibus suis. Dicit illis Iesus: Nunquam legistis in scripturis, Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli: A Domino factum est istud, & est mirabile

in oculis

in oculis nostris? Ideò dico vobis, quia auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius. Et qui ceciderit super lapidem istum, confringetur: super quem verò ceciderit, conteret eum. Et cū audissent principes sacerdotum & Pharisei parabolam eius, cognouerunt quòd de ipsis diceret. Et quærentes eum tenere, timuerunt turbas, quoniam sicut Prophetam eum habebant.

IN CAPVT XXI.

ET quum appropinquasset Hierosolymis, &c.] Video plerosque codices Latinos habere numero singulari, appropinquasset, & venisset: verum emendatores habent numero plurali, appropinquasset, & venissent, vt referat pariter ad Iesum & discipulos & sequentè turbam. Sic em̄ & in Græcis exemplaribus legitur: *ὅτε ἔτι ἤγγισαν αὐτὸν ἱεροσόλυμας, καὶ ἤλθον αὐτὸν βηθανίαν.*

Et venissent Bethphage.] *בֵּית פְּתָח* D. Hieronymus interpretatur domum maxillarum, aitque fuisse sacerdotum viculū. Cuius & in epitaphio Paulæ meminit ad Eustochium virginem.

Ad montem Oliueti.] *πρὸς τὸ ὄρος τῶν ἑλαιῶν*, id est, ad montem oliuarum. Apud Lucam legitur, Et factum est quum appropinquasset ad Bethphage & Bethaniam, ad montem qui vocatur olearum, vel, vt vulgaris translatio habet, oliueti. Vnde legitur, Bethphage & Bethaniam viculos fuisse vicinos. In his omnibus non est dubiū, quin recondita lateant mysteria: *בֵּית פְּתָח* domus est humilitatis. *בֵּית פְּתָח* domus maxillæ. Quicumque, cum Iesu ingressuri sunt sanctam ciuitatem, illā Ierusalem quæ sursum est, prius oportet humiliant sese, cōfidentes miserias suas atque peccata. Quæ si faciāt, in propinquo est, adeoque adiacet mons oliueti, hoc est, misericordiæ & pacis: vnde mittuntur Apostoli, vt soluant asinam & pullum, hoc est, synagogam & populum gentile, & (vt in Lucam docet Ambrosius) vtriusque sexūs genus humanum: soluāt, inquam, à vinculis peccatorum, quibus tenebantur ligati. Vnde Iohan. 20. Accipite, inquit, spiritū sanctum: quorum remisistis peccata, remittuntur eis. Duos emittit, vnum ad circuncisionem, id est, Iudeos, alterum ad præputium, i. gentes. Iā verò illud quàm est memorabile, quod nemo vnquam rex aut imperator, vel ouans caballo, vel triumphans curru inuectus, tanta cum gloria exceptus est, quāta hic Dominus Iesus, asinæ, & pulli asinino infidens.

Itē in castellum &c.] *ἐν τῇ κωμῇ*, id est, in vicum seu oppidulum, nē quis putet arcem esse.

Asina, inquit Hilarius, de vico soluitur atque exhibetur. Vicum hunc, non alium intelligimus, quàm ipsam Bethphage. Hoc ex ipso Euāgelio conijcere est, & D. Hieronymus in Epithaphio Paulæ manifestè ita accipit, quū scribit: Post ingressa sepulcrum Lazari, Mariæ & Marthæ vidit hospitium, & Bethphage villam sacerdotum maxillarū: & locum in quo pullus lasciuens gentium, Dei frenā suscepit: Apostolorumque stratus vestibus, mollia terga præbuit ad sedendum. Chryostomū etiā de vico rustico intellexisse, colligere est ex eo, quod ait his verbis: Non fuit res ipsa parua. Quis enim ipsis persuasit, præsertim pauperibus, ac forsitan agricolis, nullo modo aduersari? vnde miror, quid secuti recentiores, castellum ipsam Hierosolymam interpretantur: quasi indè petiuerit asinam cum pullo.

Quod contra vos est.] *τὸ ἐπὶ ὑμῶν ὄνομα*, id est, ex aduerso vobis. De situ loci intelligit, quasi dicat, eregionè.

Et statim inuenietis &c.] His manifestè declarauit se esse Deum, qui omnia sciret, & cui nemo resistere posset. Quod pluribus profectitur Chryostomus.

Asinam alligatam & pullum cum ea.] Marcus, Lucas, & Iohannes pulli duntaxat mentionem faciunt, Matheus etiam asinæ. Quod quidam ideò factum suspicantur, quòd hic Euāgelium Iudeis per asinam significatis scripserit: illi verò his potissimū, qui ex gentibus crediderunt, quos indomitus adhuc pullus significabat. Nos sinemus de hoc quæque suo indulgere sensui. Certè Matthei verba maximè cōsonant prophetiæ Zachariæ, quæ sic habent: *וְאֵלֵי מְאֹד בֵּית צִיּוֹן הָיְיָ בֵּית יְרוּשָׁלַם הָיָה מְלֶכֶה רָבָא לְהָ צִדִּיק וְנוֹשֵׁעַ הוּא עֲנִי תְרַבְּבָ עַל חֲמוֹר וְעַל עֵזר בֶּן יְחִיָּזָבָה!*

Quæ verba D. Hieronymus ita vertit: Exulta satis filia Sion: Ecce rex tuus venit tibi, iustus & saluator: ipse pauper, & ascēdēs sup asinam, & sup pullū filiū asinæ. LXX. hoc modo: *καὶ ἔσται ἐπὶ ἀσίνης ὁ σωτὴρ, καὶ ἐπὶ ὄνον ἱεροσολίμη, ἡ πόλις βασιλεύς σου ἐρχήσεται ἐπὶ ἵππου καὶ ἐπὶ ὄνον. πρῶτος καὶ ἐπιβραβεύσας ἔσται ἐπὶ ὄνον, καὶ ἐπὶ ὄνον.* Latinus interpretes, *et idcirco legisset* *ἐπὶ ὄνον,*

a a a atq;

atq; ita distinxisse, vt sequentibus adhereret. Vertit enim hoc modo: Gaude vehementer filia Sion: prædica filia Hierusalem: Ecce rex tuus veniet tibi iustus & saluans, ipse mansuetus, & ascendens super subingalem, & pullum nouum. Ex quibus credibile est, Dominum super vtrumq; asinam dico & pullum, equitasse: prius quidem super asinam, deinde verò super pullum: hac veluti imagine innuens, prius Euangelium annunciandum esse Iudæis, deinde etiam gentibus. Neque enim ideo equitauit, quod peditem ire pigeret: sed vt rei futuræ typum exprimeret, idque iuxta oraculum Prophetæ. Quinetiam ex Euangelistæ verbis apparet, quod super vtrumque equitauerit, quum ait: Et adduxerunt asinam & pullum, & imposuerunt super eos vestimenta sua, & eum desuper sedere fecerunt. Neque tamen ignoro nonnullis visum esse, quod super pullum tantum equitauerit, asina sequente. Equidem nolo de talibus cum quoquam contendere. Quid mihi videatur, & quibus rationibus, bona fide ac luculenter ostendi.

Et imposuerunt super eos vestimenta &c. Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, ac martyrum, non solum doctrina, verum etiam generationes ipsæ, nomina, labores, afflictiones ac mortes, vestimenta quædam sunt, quibus nos operimur, vt commodè in nobis sedeat Christus. Quis enim recipiat, quis credere sustineat, hominem in summa paupertate natum & educatum, famem, sitim, lassitudinem, contumelias, crucem denique & mortem passum, Deum esse & hominem, mundi assertorem & seruatorem, nisi illorum oraculis figurisq; edoctus?

Plurima autem turba strauerunt vestimenta sua in via. Nè nobis videatur nimis aspera via, plurimi sanctorum tradiderunt corpora sua ad supplicia, nobis facti exempla, quæ imitemur, quibusque excitemur ad sequendum Dominum Iesum. Hinc diui Ambrosij verbum est: Quod si desideres non moueri, super illa vestimenta sanctorum elutum sige vestigium. Caue enim, nè lutulentis pedibus incedas: caue, transuersarijs gressibus prostrata tibi prophetarum viarum itinera derelinquas. Nanque vt tutior venturis gentibus esset incessus, proprijs indumentis vique ad Dei templum, qui præbant Iesum, semitam munierunt: vt tu sine offensione gradiaris, discipuli Domini, amictu se proprii corporis exuentes, inter aduersa barbarum, viam tibi suo strauere martyrio.

Alij cedebant ramos de arboribus. Ramos de arboribus cadunt, Christi que asine pulloque

substernunt, qui superuacaneas opes, & ea quibus gloriatur hic mundus, abscindunt, impartiuuntque egenis, vt aqua fiat gradientibus via.

Turba autem que præcedebant, & que sequebantur. Hæ turbæ vtrumque significant populum, auctore Hieronymo, & qui ante Euangelium, & qui post Euangelium Domino crediderunt. Vtrique enim consona Iesum confessoris voce laudant: & secundum superioris parabole exemplum, diuersarum horarum operarij vnum fidei accipiunt præmium.

Osanna filio David, &c. Acclamatio est, quales regibus aut imperatoribus fieri consueverant, id triumphantis. Sumpta autem est, vt monet Hieronymus, ex Psalmo 117. qui generis est Epinicij, in quo præter alia, quæ manifestè de Christo dicta reperiuntur, hoc quoque legitur, ò Domine saluum me fac, ò Domine benè prosperare, benedictus qui venit in nomine Domini. Porro pro eo quod in LXX. habetur, ò domine, saluum me fac, in Hebræo legitur: *יְהוָה הוֹשִׁיעָה נַפְשִׁי* quod manifestius interpretatus est Symmachus, dicens: obsecro Domine, saluum fac obsecro. Siquidem *יְהוָה הוֹשִׁיעָה* verbum significat, saluifica. *נַפְשִׁי* & *נַפְשִׁי* interiectiones sunt, velut efflagitatis, aut obtestantis.

Et quum intrasset Hierosolimam, commota est vniuersa ciuitas. Nimirum excitata strepitu præcedentium sequentiumq; barbarum, applaudentium & acclamantium Domino. Erat hic eius ingressus figura quædam, & imago mystica illius triumphi, quo paulò post rediit uiuus ex mortuis & ab inferis, exercitu beatorum spirituum comitante, ingressurus erat celum: Alijs beatorum angelorum præcurrētib; exclamantibusq; Attollite portas principes vestras, & eleuamini portæ æternales, & introibit rex gloriæ. Alijs, tanquam portarum custodibus, respondentibus: Quis est iste rex gloriæ? &c. Vide Psalmum 23. Sic Origenes & Hieronymus.

Et intravit Iesus in templum. Simile fecisse legitur Dominus Iesus, Iohannis capite 2. Vnde Chrysostomus admonet, bis hoc esse factum à Domino, eoque magis inexcusabiles esse Iudæos, qui tam manifestis diuinæ potentia signis credere noluerunt. Idem sentit Augustinus libro secundo de consensu Euangelistarum, capite sexagesimo septimo. Porro diuus Hieronymus luculentissimis verbis describit sceleratam auaritiam sacerdotum, cuius occasione hæc fecit Dominus. Hieronymi verba sunt: Et hoc primum sciendum, quod

quod iuxta mandata legis, augustissimo in toto orbe templo Domini, & de cunctis penè regionibus Iudæorum illuc populo conflente, innumerabiles illic immolabantur hostiæ, maxime festis diebus, taurorum, arietum, hircorum, pauperibus, nè absque sacrificio essent, pullos columbarum & turtures offerentibus: accidebat plerumq; vt qui de longè venerant, non haberent victimas. Excogitauerunt igitur sacerdotes, quomodo prædam de populo facerēt, procurantes animalia omnia, quibus ad sacrificia opus erat, venum exponi: vt & venderent nõ habentibus, & ipsi empta & oblata, rursum empta susciperent. Hanc stropham eorum crebra venientium inopia dissipabat, qui indigebant sumptibus, & non solum hostias maiores non habebant, sed nè aues quidem & vilia munuscula, vnde maiores illas emerent. Posuerunt itaq; & nummularios, qui mutuum sub cautione darent pecuniam. Sed quia erat lege præceptum, vt nemo vfuras acciperet, & prodesse non poterat pecunia scenerata, quæ commodi nihil haberet, & interdum sortem perderet, excogitauerunt & aliam technam, vt pro nummularijs colybitas facerent, cuius verbi proprietatem Latina lingua non exprimit. Colyba dicuntur apud eos, quæ nos appellamus tragemata, vel vilia munuscula: verbi gratia, frixi ciceris, vuarumq; passarum, & poma diuersi generis. Igitur quia vfuras accipere non poterant colybitas, qui pecunias scenerati erant, pro vfuris accipiebant varias species, vt quod nõ in nummo licebat, in his rebus exigerent, quæ nummis coemuntur, quasi non hoc ipsum Ezechiel prohibuerit, dicens: Vsuram & superabundantiam non accipietis. Istiusmodi Dominus cernens in domo patris negotiationem seu latrocinium, ardore spiritus concitatus, iuxta quod scriptum est in 68. Psalmo, Zelus domus tuæ comedit me, fecit sibi flagellum de funiculis, & tantam hominum multitudinem eiecit de templo, dicens: Scriptum est, Domus mea, domus orationis vocabitur: vos autem fecistis eam speluncam latronum. Latro enim est, & templo Dei in latronum conuertit specum, qui de religione lucrum sectatur, cultusque eius non tam cultus Dei, quàm negotiationis occasio est. Hoc iuxta historiam: ceterum secundum mysticos intellectus, quotidiè Iesus ingreditur templum patris, & eiecit omnes tam Episcopos & presbyteros & diaconos, quàm laicos & vniuersam turbam de Ecclesia sua, & vnus criminis habet vendētes pariter & ementes. Scriptum est enim, Gratis accepistis, gratis date. Menfas quoque nummulariorum subuertit. Obserua propter aua-

ritiam sacerdotum, altaria Dei, nummulariorum menfas appellari. Cathedras vendentiū columbas euerit, qui vendunt gratiam spiritus sancti, & omnia faciunt, vt subiectos populos deuorent, de quibus dicitur: Qui deuorant populum meum sicut escam panis. Iuxta simplicem intelligentiam, columbæ non erant in cathedris, sed in caueis, nisi fortè columbarum infitores sedebant in cathedris, quod penitus absurdum est, quia in cathedris magistrorum magis dignitas indicatur, quæ ad nihilum redigitur, quum mixta fuerit lucris. Quod de Ecclesijs diximus, vnusquisque de se intelligat. Dicit enim Apostolus: Vos estis templum Dei, & spiritus sanctus habitat in vobis. Non sit in domo pectoris nostri negociatio: non ementium vendentiumq; commercia, non donorum cupiditas, nè ingrediat Iesus iratus & rigidus, & non aliter mundet templum suum, nisi flagello adhibito, vt de spelunca latronum, & de domo negotiationis domum faciat orationis. Hæc Diuus Hieronymus. Diuus Augustinus etiam in principium Psalmi 130. hunc locum eleganter exponit, ementes & vendentes eos interpretas, qui in templo Dei (id est, Ecclesia) versantes, quærun quæ sua sunt, & non quæ IESV CHRISTI. Per flagellum ex funiculo factum, ipsorum peccata intelligit, quibus ipsos percutit & eiecit. Atque hoc quidem Dominum ipsum facere, nè cuius sit ius in sacerdotes animaduertendi, docet D. Anacletus Epistola 2.

Et accesserunt ad eum cæci & claudi. Eos lex arcebat ab ingressu templi, Leuitici 21. Sed Iesus à suo templo neminè excludit, modò desiderio sanitatis motus appropereat.

Videntes autem principes sacerdotum & scribe mirabilia &c. Verè mirabilia hæc erant, quod vnus homo inermis, & sine satellitio militari tantam urbem ingressus, è templo exturbauit tantam hominum multitudinem, idque non gladio, sed flagello ex funiculis facto. In hoc nõ minùs apparuisse diuinam eius potentiam putat Hieronymus, quàm in mortuis excitatis.

Et pueros clamantes &c. Ea exclamatio ex hymno prophetico sumpta erat, soli Deo tribuenda. Vnde principes putarunt blasphemix genus esse, quod homini tribuere, quod Deo soli tribuendum esset. Voluerunt itaq; vt Dominus compeceret pueros.

Et reliquit illis, abijt. Lucas adijcit illum dixisse, Dico vobis, quod si hi tacuerint, mox lapides clamabunt. Quibus verbis significabat, non errore puerili homini tribui laudes Deo debitas & hymnum à propheta Deo cantatū, & soli Deo cantandū: sed virtute diuina.

Ambro.
in Lucam.

Psal. 117.

Ezech. 22.

Esai. 55.

Hier. 7.

Matth. 10.

Psal. 130.

1. Cor. 3.

Luc. 19.

Pfal. 23.

hac fieri ipso DEO presenti, iuxta eiusdem prophetæ vaticinium, dicentis: Ex ore infantium &c. Porro quod relictis illis, abiit Bethaniam: innuit, fore ut relictis rebellibus Iudæis, moretur apud gentes, per obedientiam fidei, salutem oblatam amplectentes. Nam Bethania, ut antè diximus, domus est humilitatis, hoc est, obedientiæ.

Manè autem reuertens in civitatem, &c.] Discussis noctis tenebris, inquit Hieronymus, matutina luce radiante, & vicino meridie, in qua Dominus passione sua illustraturus erat orbem.

Esurit.] Fames illa, quanquam humanæ in Christo naturæ erat argumentum, figura tamen erat & mysterium famis illius spiritualis, qua salutem generis humani esurit. Ipse dixit Iohannis capite quarto: Meus cibus est, ut faciam voluntatem eius qui misit me, ut perficiam opus eius. Ecce, hunc fructum & à nobis petit, ut voluntatem patris cælestis faciamus. In synagoga, cuius ficus illa fuit figura, fructum illum non inuenit, sed folia tantum traditionum Pharisaicarum, & gloriatio- nes de lege & cæremonijs.

Mar. 11.

Nihil inuenit in ea, nisi folia tantum.] Marcus addit, Non enim erat tempus ficorum. Siue quod tempus nondum venerat saluationis Israël, inquit Hieronymus, eò quod gentili- um populus nõdum subintrasset: siue quod præterisset tempus fidei, quia ad illum Iudai- cum populum primum veniens & spretus, transiit ad nationes. Nobis omnibus magna incumbit necessitas cauendi, nõ sine pœnitenti- æ fructibus, sine operibus charitatis ætatem transigamus, nõ, quum exilij huius nocte dis- cussa aduenerit manè illud æterni dici, sen- tentia iudicis arefcamus, idque in æternum. Hoc tam horrendum malum quò cauere pos- sumus, maluit nos in arbore docere, quam in homine: ut qui venerat hominibus saluan- dis, non perdendis. Venerat enim, non ut iudicaret mundum, sed ut mundus seruetur per illum. Olim autem rediturus est ut iudicet: interea nobis danda est opera, nõ steriles nos, sed bonorum operum fructibus præ- gnantes inueniat.

Amèn dico vobis: Si habueritis fidem &c.] Si- milem locum habuimus supra capite decimo- septimo. Indè repete expositione eius quod ait, Si monti huic dixeritis, Tolle & iacta te in mare &c. Nam ibi copiosè & luculenter ostendimus, quo sensu hoc dictum sit.

Et omnia quæcunque petieritis in oratione creden- tes.] De hoc plura supra, cap. 7.

In qua potestate hac facis, & quis tibi dedit &c.] Captiosa quæstio. Nam si respondisset, Diui-

na potestate hac facio, & Deus dedit mihi po- testatem hanc: Imò, ego ipse sum Deus, Do- minus non modò huius templi, verum etiam cæli ac terræ: verum quidem dixisset, sed ni- hil aliud quam illos irritasset. Sin aliudè pro- fectam autoritatem dixisset, principio non dixisset quod res erat: deindè habuissent illi quod obiecissent, neminem alium posse tan- tam autoritatem vel habere, vel dare, quam Deum, aut certè à Deo missum & ordinatum. Captabat itaque, ut verisimiliter illi vel bla- sphemiæ crimen impingeret, si dixisset se De- um esse, siue à Deo accepisse potestatem: vel læsæ maiestatis, qui homo priuatus tantam rem auderet in templo facere, idque contra ipsius templi sacerdotes & principes sacerdo- tum. Verum captantes capti sunt, atque suis ipsorum retijs irretiti.

Si dixerimus, è celo.] Q. d. Id quod ià omnes agnoscunt.

Dicit nobis, Quare ergò non credidistis illi?] s. toties palàm de me loquenti, ac testificanti, quod à Deo venerim, quod Messias sim, rex ille atque sacerdos promissus generi humano ad salutem. Sic enim supra cap. 3. loquitur Iohannes Baptista: Ille qui post me ventur⁹ est, fortior me est, cuius non sum dignus calcea- menta portare: ipse vos baptizabit in spiritu- sancto & igni, cuius ventilabrū in manu sua, & permundabit aream suam &c. Item Iohan. 1. tanquam digito indicans quis esset, ait: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Et in eodem: Et ego vidi, & testimonium perhi- bui, quia hic est filius Dei. Si itaque Iohanni credere voluissent, nihil habuissent opus que- rere qua autoritate hæc faceret Iesus: quum palàm esset, quod non alia quam diuina.

Si autem dixerimus, ex hominibus, timeamus tur- bum.] Perspicis cordis eorum peruersitatem? inquit Chrysostomus. Deū vbiq; cõtemnūt, & cuncta propter homines peragunt. Nam & Iohannem, non quod tantum virum vere- rentur, sed multitudinis opinione perterriti, metuebant. Christo quoque ipsi, ppter homi- nes, nõ minores viderentur, credere nolebāt. Omnia denique hinc eorū mala oriebantur.

Nec ego dico vobis, in qua potestate hac facio.] Non negat se scire qua potestate seu authori- tate faciat: sed significat illos indignos esse qui audiant: quod animo malitioso, non discen- di, sed illaqueandi gratia quærant.

Quid autē vobis videtur? Homo quidam habebat duos filios.] Quadoquidè simplex ac manifesta pcontatio non potuit elicere veri cõfessionē, pponit aliā sub enigmate, qua eos huc indu- cit, ut imprudentes contra se ferant sententiā. Porro duo filij, duo populi sunt, gentiles & Iudai-

Mat. 7.

Iob. 4.

Ezod. 34.

Iudaicus: Gentilis, audita lege naturæ, Quod tibi non vis fieri, alteri nõ feceris, negauit se velle acquirere. Postèa tamen pœnitundine ductus, acquieuit doctrinæ Euangelicæ. Ad populum verò Iudaicum, quandò venit Mo- ses, & narrauit ei omnia verba Domini atque iudicia, respondit omnis populus vna voce: Omnia verba Domini quæ locutus est, facie- mus. Et tamen non fecerunt. Probabilis ta- men est illorum sententia, qui hæc nõ tam de duobus populis dici arbitrantur, quam de il- lis qui palàm erāt peccatores, publicis & ma- nifestis peccatis abnegantes obseruationem mandatorum Dei, & principibus sacerdotum ac senioribus, qui specioso titulo ac habitu religioso præ se ferebant iustitiā vitæ, quū in- tūs pleni essent omni iniquitate. Huc enim ipsius Domini verba tendunt, parabolam suā interpretantis, quum ait: Amèn dico vobis, quod publicani & meretrices præcedunt vos in regnum Dei &c.

Et dicunt ei, Primus.] Hoc dicunt, non in- telligentes quò tendat quæstio. Porro quod quædam exemplaria hîc pro, primus: habent, nouissimus: indicauit quidem D. Hierony- mus, sed præfert nostram lectionem: quæ & multo commodior est. Quare quæ alij, in de- prauata lectione sese torquentes, differunt, nos omittimus.

Dicit illis Iesus:] Aperiens illis parabolæ sen- sum, & quod contra semetipsos tulerint sen- tentiam.

Amèn dico vobis, quia publicani & meretrices] s. qui per sua peccata abnegarāt se esse opera- turos in vinea, per obseruationem mandato- rû [præcedunt vos in regno Dei.] s. per pœnitenti- am, quam vos repudiastis, quum videamini vobis iusti, sitis autè iniustissimi. Porro quod ait, antecedere & præire publicanos, non eò pertinet, authore Chrysostomo, quod isti se- quantur, sed quod, si velint, sequendi pote- stas illis relicta sit. Eò itaque pertinet compa- ratio hæc, ut saltem æmulatione excitentur ad credendum: sed illi pertinaces in sua mali- tia permanent. Si tamen ad ipsam gentem Iu- daicam hæc referas, illa quidem, postquam ple- nitudo gentium intrauerit, etiam ingredie- tur: de quo vide Apostolum Roman. 11. Hoc placet Origeni.

Irigenes.

Venit enim Iohannes per viam iustitiæ.] Nemo enim in Iohanne inuenit, quod possent repre- hendere.

Theoph.

Aliam parabolam audite: Homo erat paterfa- milias, qui plantauit vineam.] Huius parabolæ manifesta est sententia. Theophylactus eam breuissimè interpretatur his verbis: Homo

paterfamilias, Dominus est, qui propter mise- ricordiam homo appellatur. Vineam autem, po- pulus Iudæorū, plantatus à Deo in terra pro- missionis: qui populus Ecclesiam electorū si- gnificat. Introducens enim, inquit, plantabis eos in monte sancto. Sepes autem, lex, non si- nens eos gentibus misceri, vel angeli custodi- entes Israël. Torcular, altare. Turris, templū. Agricola verò, doctores populi, pharisæi & scribæ. Profectus est autè paterfamilias Deus, quandò in columna nubis locutus est eis. Vel peregrinatio Dei, longanimitas eius. Videtur enim Deus & dormire, & peregrè proficisci, dū longanimis est, & non euestigid peccatorū penas exigit. Appropinquauit tempus fru- ctuum prophetarum temporibus. Serui enim missi, fuerunt propheta: quos varijs affecerūt iniurijs agricolæ, hoc est, qui tunc erant falsi propheta & falsi doctores, (vel, ut Euthymi⁹, principes sacerdotum, & scribæ, senioresq; po- puli. His enim tanquam præceptoribus credi- dit Deus hanc vineam.) Et alium quidem per- cusserunt, ut Michæam. Sedechias enim eum 2. Par. 18. in maxillam percussit. Alium autè occiderūt, (ut Esaiam, quem Manasses lignea ferra disse- cuit.) Alium verò lapidauerunt, ut Zachariam Hieron. in Esaiam, Ambrosi⁹ in Lucam, filium Ioiadæ pontificis. Postèa missus est fi- lius Dei in carne apparens. Hæc tunc Theo- phylactus, nisi quod pauca quædā ex alijs in- terposuimus. In eandem sententiam interpre- tantur parabolam Chrysost. Euthym. Hiero- nymus, & Ambrosius. Origenes mauult vineā intelligere doctrinam, hoc est, eloquia Dei: in quibus sepes, litera est: torcular defossum, profundus spiritus: turris autem, theologia, quæ summa est & diuina. Has itaq; scripturas habebant prius mali agricolæ pharisæi. Loca- uit autem postèa Deus Apostolis, & horū suc- cessoribus, Episcopis & viris Apostolicis. Illi enim pharisæi Dominū occiderunt extra vi- neam, hoc est, quod nolent agnoscere eum, què tot locis tam luculenter expresserant scri- pturæ. Hæc relinqua studiosis ipsis apud Ori- genē, si cui placet, plixius in his philosophari.

Verebuntur fortè filium meum.] Nequaquam ignorabat quid essent facturi: Quid enim ne- sciat Deus pater? Sed significat quid illos fa- cere oportuerit.

Et apprehensum eū eiecerunt &c.] Ecce quam luculenter illis prædicit modum suæ mortis. Hic modus & in Leuitico præfiguratus erat, Leuit. 16. quod & Apostolus citat, interpretaturq; He- bræ. 13. quum ait: Quorum enim animalium in- fertur sanguis pro peccato in sancta per Pon- tificem, horum corpora cremantur extra ca- stram. Propter quod & Iesus, ut sanctificaret per suum sanguinem populū, extra portam passus est.

est. Exeamus igitur, inquit ibidem, ad eum extra castra, improprium eius portantes. Nō enim habemus hīc manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus.

Aiunt illi: Malos male perdet, &c.] Imprudentes contra semetipfos ferunt sententiam, & quid euenturum sit, prophetant, quema dmodum & Caiphas prophetauit, quum diceret, Expedi ut moriatur vnus homo pro populo.

Dicit illis Iesus: Nunquam legistis in scripturis &c.] Adducta ex Psal. 117. parabola, quae idem significat, quod illae quas ipse proposuerat: ostendit, quam nō sint vana quae dicit, quum eadem tot retrō seculis, in spiritu viderit & praedixerit Dauid. Vnde tādē expresse colligens infert, haec omnia de ipsis pharisaeis & principibus sacerdotum ac scribis dicta esse: Ideo, inquit, dico vobis, quia auferetur a vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructū eius. Quos enim ipse dixit agricolos, Dauid dicit aedificantes: quā ipse vineam, Dauid aedificium: quem ipse haeredem ab agricolis a vinea eiectum & occisum, Dauid lapidem ab aedificantibus reprobātū. Porro quod Dauid addit, lapidem hunc factum esse in caput anguli, idēq; factum a domino, & esse mirabile in oculis nostris: per id Christus significat se virtute diuina excitandum a mortuis, & coniuncturum vtrunq; populum, Iudaicum & gentilem in vnam Ecclesiam, eoq; miraculo excitatum exhilaratumq; iri totum mundum.

Et qui ceciderit super lapidem istum, confringetur.] Duas hīc perditiones denotauit, inquit Chrysostomus: Alteram, quia offenderunt & scandalizati sunt: hoc enim est quod dicit, qui ceciderit super lapidem hunc. Alteram, quia capti, calamitosi, & ærumnosi semper vixerūt

& viuent: quam apertissimē expressit, dicens, conteret ipsum. Scribae, pharisaei, & seniores principesq; populi, ceciderunt super lapidem, offensi in illo, atq; obistentes illi: quare merito contracti sunt. Vnde supra cap. 11. dicit, Et beatus est qui nō fuerit scandalizatus in me. Quos verō per Vespasianū & Titū euerfa Hierosolyma, partim occidit, partim in vniuersum terrarum orbem disperfit, super hos cecidit ipse lapis. Quemadmodum multo etiam horribilius casurus est super eos, qui secundum duritiam suam, & cor poenitere nescium, thesaurizant sibi iram in die irae & reuelationis iusti iudicij Dei, q reddet vnicuiq; secundum opera eius, vt scribit Apostolus Rom. 2. Haec interpretatio paulo mitior mihi videt, quam Diui Hieronymi: cuius tamen verba non grauior affcribere, propter eximiam doctrinā & venerandam auctoritatem viri. Aliud est, inquit, offendere Christum per mala opera: aliud, negare. Qui peccator est, & tamen in illum credit, cadit quidem super lapidē, & confringitur, sed non omnino conteritur: reseruat enim per poenitentiam ad salutem. Super quem verō ille ceciderit, hoc est, cui lapis ipse irruerit, & qui Christum penitus negauerit, sic conteret eum, vt nec testa quidem remaneat, in qua hauriatur aqua pusillum. Haec Hieronymus. Prior interpretatio mihi magis aridet, quod sit minus coacta.

Et quærentes tenere eum, timuerunt turbas.] Horrenda animorū durities, quæ nullis, quantumvis euidentibus rationibus mitigari sēctiue ad respiciendum potuit. Itā excæcati erant auaritia, ambitione, & omnino rerum terrenarum cupidine: de quo copiosius in hunc locum Chrysostomus.

Hieron.

CAPVT XXII.

ET respondens Iesus, dixit iterum in parabolis eis, dicens: Simile factum est regnum caelorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo: & misit seruos suos vocare inuitatos ad nuptias: & volebant venire. Iterum misit alios seruos, dicens: Dicite inuitatis: Ecce prandium meum parauit, tauri mei & altilia occisa sunt, & omnia parata: venite ad nuptias. Illi autem neglexerunt, & abiērunt, alius in villam suam, alius verō ad negotiationem suam: reliqui verō tenuerunt seruos eius, & contumelios affectos, occiderunt. Rex autem cum audisset, iratus est: & missis exercitibus suis, perdidit homicidas illos, & ciuitatem illorum succendit. Tunc ait seruis suis: Nuptiae quidem paratae sunt, sed qui inuitati erant, non fuerunt digni. Ite ergo ad exitus viarum, & quoscunque inueneritis, vocate ad nuptias. Et egressi serui eius in vias, congregauerunt omnes quos inuenerunt, malos & bonos: & impletæ sunt nuptiae discumbentium.

Intra

Intrauit autem rex, vt videret discumbentes: & vidit ibi hominem non vestitum veste nuptiali. Et ait illi: Amice, quomodo huc intrasti, non habens vestem nuptialem? At ille obmutuit. Tunc dixit rex ministris: Ligatis manibus & pedibus eius, mittite eum in tenebras exteriores. Ibi erit fletus & stridor dentium. Multi enim sunt vocati, pauci verō electi. ¶ Tunc abeuntes Pharisaei, consilium iniērunt, vt caperent eum in sermone. Et mittunt ei discipulos suos cum Herodianis, dicentes: Magister, scimus quia verax es, & viā Dei in veritate doces, & non est tibi cura de aliquo: non enim respicis personam hominum. dic ergo nobis, quid tibi videtur? licet census dari Caesari, aut non? Cognita autem Iesus nequitia eorum, ait: Quid me tentatis hypocritae? ostendite mihi numisma census. At illi obtulerunt ei denarium. Et ait illis Iesus: Cuius est imago haec & superscriptio? Dicunt ei: Caesaris. Tunc ait illis: Reddite ergo quae sunt Caesaris, Caesari: & quae sunt Dei, Deo. Et audientes, mirati sunt: & relicto eo, abiērunt. ¶ In illo die accesserunt ad eum Sadducaei, qui dicunt non esse resurrectionem, & interrogauerunt eum, dicentes: Magister, Moses dixit: Si quis mortuus fuerit non habens filium, vt ducat frater eius uxorem illius, & suscitetur semen fratri suo. Erant autem apud nos septem fratres, & primus uxore ducta, defunctus est: & non habens semen, reliquit uxorem suam fratri suo. Similiter secundus & tertius vsque ad septimum. Nouissimē autem omnium & mulier defuncta est: in resurrectione ergo, cuius erit de septem vxoribus omnes enim habuerunt eam. Respondens autem Iesus, ait illis: Erratis, nescientes scripturas, neque virtutem Dei. In resurrectione enim neque nubent, neque nubentur, sed erunt sicut angeli Dei in caelo. De resurrectione autē mortuorum non legistis quod dictum est a Deo, dicente vobis: Ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob? Non est Deus mortuorum, sed viuentium. Et audientes turbæ, mirabatur de doctrina eius. ¶ Pharisaei autē audientes, quod silentium imposuisset Sadducaeis, contulerunt in vnum: & interrogauit eum vnus ex eis legis doctor, tentans eum: Magister, quod est mandatum magnum in lege? Ait illi Iesus: Diliges Dominum Deum tuum Deut. 6. ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua: Hoc est maximum & primum mandatum. Secundum autem simile est huic, Diliges Leuit. 19. proximum tuum sicut teipsum. In his duobus mandatis vniuersa lex pendet & propheta. Congregatis autem pharisaeis, interrogauit eos Iesus, dicens: Quid vobis videtur de Christo? Cuius filius est? Dicunt ei: Dauid. Ait illis: Quomodo ergo Dauid in spiritu vocat eum Dominum, dicens: Psal. 110. Dixit Dominus Domino meo, sede a dextris meis, Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum? Si ergo Dauid vocat eum Dominum, quomodo filius eius est? Et nemo poterat ei respondere verbum, neque ausus fuit quisquam ex illa die eum amplius interrogare.

IN CAPVT XXII.

bb

Simile

Simile factum est regnum caelorum homini regi. Superiori parabola docuit, quam nihil omiserit Deus eorum quae fieri potuerunt ad fouendum conferuandumque gentem Iudaeam, usque ad ipsius Christi Domini mortem. Hac, quae iam sequitur, docet, ne post occisum quidem ab ipsis Iudaeis filium Dei, destitutum patrem, ac ne ipsum quidem filium, quantumuis immaniter ab illis tractatum, a vocando illos, non ad supplicia, quae plusquam hostiliter commeruerant, sed ad conuiuium nuptiale tanquam amicos. Ceterum illis aequè pertinaciter perdurantibus in sua malitia, nec tantum nuptias tam laetas spernentibus, verum etiam ipsius regis qui illos inuitat, ministros affligentibus & occidentibus, regem missurum exercitus suos, ducibus Vespasiano ac Tito, qui homicidas illos perdant, Hierosolymam succendant, & gentes ad nuptias inuitent. Inde etiam indicat, quales oporteat nos esse, quando inuitati ad nuptiale, illud conuiuium ingredimur. Vt igitur rem breuiter perstringamus, Regnum caelorum homini regi comparatum, Deus pater est: Sponsus, filius eius IESVS CHRISTVS Dominus noster: nuptiae, coniunctio eius cum Ecclesia, tam ex gentibus quam ex Iudaeis congregata. Quam coniunctionem nuptias vocat, ut Dei erga nos praecipuam curam charitatemque cognoscas, inquit Chrysostomus, & rerum splendorem non ignores, ubi nihil triste, nihil luctuosum, sed omnia spiritualis gaudij plena sunt: hac ratione Iohannes sponsum appellat: hac ratione Paulus quoque dicit: Vni ego vos viro adoptati: vel, ut nostra translatio habet, Despondi vos vni viro. Cur autem non ipsi patri adoptati sponsa dicitur, sed filio? Quia filio adoptata, patri adoptatur, inquit idem Chrysostomus, propter identitatem substantiae patris & filij. Atque in omnibus his gaudiis & gloria resurrectionis significatur. Harum nuptiarum figura fuit matrimonium Adae & Euae: quod aliquot locis docet Apostolus.

Et emisit seruos suos, ut vocarent inuitatos ad nuptias. Statim ab exordio mundi per patriarchas vocatio quaedam facta est, & inuitatio ad nuptiale hoc conuiuium: Deinde per Moysen & prophetas: Verum post crucem & resurrectionem misit Petrum & huius socios, ut Euangelium annuntiarent circumcissioni, id est, Iudaeis, quemadmodum Paulum, ut gentibus. Euthymius per priores seruos, qui in hac parabola emittuntur, intelligit Petrum & eos qui cum illo erant per posteriores, Paulum & huius socios.

Tauri mei & altilia occisa &c. Significat

Gene. 2.

Galat. 2. Euthym.

magnificum, splendidum, ac plane regium fore conuiuium: quo admonemur, quam ineffabiles deliciae sint epulae illae spirituales, quarum hic quidem praegustamenta quaedam percipiunt sancti, illic vero, quando iam omnes introducti, vna cum Abraham, Isaac, & Iacob accubaturi sumus, assatum perfruemur, in abundantia sumama, in incredibili voluptate, sine intermissione, absque omni satietatis fastidio.

illi autem neglexerunt, & abierunt, alius in villam suam, &c. Sic faciunt stolidi homines, terrena haec, sordida ac momentanea, caelestibus, diuinis & aeternis anteferentes.

Reliqui vero tenuerunt seruos eius, &c. Quid illo furore furiosius? Ergo eos qui ad tantum honorem, ut regiae accumberent mensae, ad tam aestimabilem felicitatem inuitabant, non modo ingrati, verum etiam crudeles & contumeliosi exiterunt. Hae nemo nostrum non execratur, dum audit: verum cauendum nobis in primis est, ne nobis ipsis accidat, quod praecedenti capite principibus sacerdotum ac pharisaeis, nempe vt imprudentes aduersus nosmetipsos seramus execrationis sententiam, dum contumelios, conuicijs, & quibuscumque possumus iniurijs afficimus eos, qui nos per pias admonitiones, sanam doctrinam, & quascunque possunt rationes vel inuitant, vel etiam dolentes quod insani nos ipsos perdimus, compellunt disciplinae seueritate intrare ad nuptiale conuiuium.

Rex autem cum audisset, iratus est &c. Referatur inter mimos Publianos: Furor fit, laesa sepius patientia. Significat autem excidium vrbis Hierosolymae, vt iam diximus.

Ite ergo ad exitus viarum &c. Significat vndique vocandas ad Euangelium gentes, vt potest Iudaeis meliores. Atque hoc est quod Paulus & Barnabas exprobrant Iudaeis Act. 13. dicentes: Vobis oportebat primum loqui verbum Dei: sed quia repellitis illud, & indignos vos iudicatis aeternae vitae, ecce conuertimur ad gentes.

Et egressi serui eius in vias, congregauerunt omnes quos inuenerunt, malos & bonos. Bonos, authore Theophyl. dicit minus malos, hoc est, probatae inter ethnicos vitae: malos adeo flagitiosos, vt etiam ipsis ethnicis improbarerent. Neminem horum a suis nuptijs excludit clementissimus hic rex Dominus ac Deus noster, modo per fidem ac baptismum exutus ac repurgatus a sordibus veteris illius malitiae, induat vestem Christianae charitatis & innocentiae. Na quemadmodum iam ostendit Iudeos graues esse daturos poenas, quod gratiam oblata spreuerunt, ac ministros Domini, ea offerentes, afflixerunt.

Matth. 22.

afflixerunt occideruntque: ita his quae sequuntur docet, etiam illos manere graue supplicium, qui semel professi vitam Euangelicam, redirent ad pristinae vitae sordes. Nam vestis nuptialis, praecipua Domini sunt, & opera quae complentur ex lege & Euangelio, nouique hominis efficiunt vestimentum, inquit Hieronymus. Id quod explicatius etiam Chrysostomus dicit, his verbis: Deinde ne fideles sola se fide saluari posse confidant, de poena malorum differunt infideles ad fidem, fideles vero ad recte viuendum cohortatur. Indumentum enim, viuentis actio est. Et paulo post: Nam sicut illi, quia non venerunt, contempserunt re: ita dicuntur: pariter tu, si perperam viuendo recumbere audebis, nequitiae accusaberis crimine. Sordidae namque vestes significant impurae vitae maculas hinc abeuntem contrahere: quocirca obmutuisse scribitur. In eandem sententiam luculenter interpretatur Theophylactus, cuius inter caetera haec sunt: Horreamus igitur cogitantes, quia nisi quis vitam habeat puram, nihil ei proderit nuda fides: non solum est nuptijs eijcitur, sed & in ignem mittitur. Similiter omnibus his antiquior Origenes: Vidit autem vnum, inquit, non habentem nuptialem vestem: id est, quia vnus sunt generis omnes qui seruunt malitiam post fidem, quam habuerant ante fidem, & non deponunt eam, arguit eos quasi qui maleferint: eo quod ausi sunt in huiusmodi nuptias introire, non recipientes digna nuptijs indumenta, id est, texturam virtutum, clarum vestem, de qua etiam Salomon in Ecclesiaste praecipit, dicens: In omni tempore sint vestimenta tua candida. Similiter Diuus Augustinus in libro contra Donatistas post collationem, capite vigesimo, ubi docet in hoc vno homine non vestito veste nuptiali, grande quoddam corpus figurari omnium malorum, ante Domini iudicium conuiuio dominico permixtorum. A quibus se boni, corde interim ac moribus separant, simul manducantes & bibentes corpus & sanguinem Domini, sed cum magna, inquit, distinctione: quia isti in honore ipsius induti sunt veste nuptiali, non sua quarentes, sed quae Iesu Christi: illi autem non habent vestem nuptialem, hoc est, fidelissimam sponsi charitatem, sua quarentes, non quae Iesu Christi. Idem in eandem sententiam non minus luculenter in commentarijs in Psal. 61. quem locum non pigeret ascribere, nisi properarem ad sequentia. Eadem est sententia expositionis Diui Hilarij. Vocatio quidem bonos efficere debuerat, inquit, quia sancta est, & ex optimo affectu inuitantis profecta est: sed per vitium inemen-

Hieron. Chrysost.

Theoph.

Origenes.

Eccl. 9.

August.

Hilarius.

datae voluntatis, discrimen est vocatorum, &c. Sic illi sanctissimi, antiquissimi, doctissimique patres interpretati sunt vestem nuptialem. Quin Diuus ille Gregorius Magnus non modo sic interpretatur, verum etiam rationem reddit, quare non oporteat aliter interpretari, his verbis: Quid, fratres charissimi, exprimi per nuptialem vestem putamus? Si enim vestem nuptialem ad fidem dicimus, quis sine baptisate & fide has nuptias intrauit? Eo enim ipso foris est, quo necdum credit. Quid ergo debemus intelligere nuptialem vestem, nisi charitatem? Intrat enim ad nuptias: sed cum nuptiali veste non intrat, qui in sancta Ecclesia assistens fidem habet, sed charitatem non habet. Recte enim charitas nuptialis vestis vocatur: quia hanc in se conditor noster habuit, dum ad associandam sibi Ecclesiae nuptias venit. Sola quippe dilectione DEI actum est, vt eius vnigenitus mentes sibi electorum hominum vniret. Vnde & Iohannes capite tertio dicit: Sic enim dilexit Deus mundum, vt filium suum vnigenitum daret pro nobis. Qui ergo per charitatem venit ad homines, eandem charitatem innuit vestem esse nuptialem. Haec Gregorius. Iam ego obsecro vos, filij charissimi, expendite quid frontis, aut quid sanae bonaeque mentis habeant illi, qui, quod suum illud diabolicum dogma, quod sola fides iustificet, tueantur, ausi sunt, non modo contra sententiam omnium illorum patrum, atque adeo totius Ecclesiae Catholicae, verum etiam contra rectam rationem, in ipso Euangelio fundatam, nouas comminisci interpretationes, easque distortas, & inter se dissentientes. Luterus dicit: Vestis nuptialis Christus est, quem per fidem induimus. Philippus Melancthon: Intrare ad conuiuium citra vestem nuptialem, est in speciem esse, adeoque humaniter: sed carere veste nuptiali, hoc est, fide, quae sola est interna & absoluta iustitia. Erasmus Sarcerius: Vestis nuptialis est ipsa fides efficax: neque potest de operibus intelligi simpliciter. Quod ad Luterum attinet, is suam interpretationem confirmat verbo Apostoli Roman. capite decimotertio, Induimini Dominum Iesum Christum. Verum ibi Paulus induere Christum, non dicit, credere in Christum: quia illi ad quos scripsit, iam antequam scriberet Paulus, fidem receperant, & iam crediderunt. Quin ipsa Apostoli verba, quae praecedunt, & quae sequuntur, aperte ostendunt quid significet, induere Christum: nempe depositis veteris illius hominis operibus, induere nouum hominem, hoc est, mores Christo dignos, vt vita nostra ad illius vitam formata, illi similes

Chrysost.

Rom. 13.

efficiamur. Quod ut palam videatis, integra verba ipsius Apostoli ascribemus. Abijciamus ergo, inquit, opera tenebrarum, & induamur aima lucis. Sicut in die, honeste ambulamus: non in comestationibus, & ebrietatibus, non in cubilibus & impudicijs, non in contentione & zulatione: sed induimini Dominum Iesum Christum, & carnis curam ne feceritis in desiderijs. Ecce, qui sic induunt Dominum Iesum, hoc est, qui vita ac moribus illi sunt similes, hi sunt qui induti veste nuptiali, declarant se ad nuptias venisse, non ut scedam ingluuiem ventris cibo & potu replant, sed ut veluti sinceri amici, sponsi nuptias honorent. Vides iam quod locus Pauli à Lutero adductus, si integrè adscribatur & intelligatur rectè, pulcherrimè consonat huic parabola: Euangelicæ, & sanctorum patrum in huius interpretatione sententijs: sed ex diametro repugnat interpretationi Sarcerij, Philippi, & ipsius Luteri, vestem nuptialem à charitate & operibus charitatis ad fidem detorquentium. Quin Luterus ipse in sua Postilla, ubi exponit Epistolam Dominicæ primæ aduentus, fatetur Christum bifariam indui, semel per fidem, de quo citat Paulum ad Galat. tertio: Quicumque enim in CHRISTO baptizati estis, Christum induistis. iterum verò per imitationem vitæ: de quo intelligendum esse dicit locum Pauli ad Roman. 13. Verum hinc, ubi interpretatur vestem nuptialem, sui ipsius oblitus, vestem hanc interpretatur Christum, eumque indui per fidem, idq; iuxta verbum Apostoli, Rom. 13. Neq; verò nos villo modo, dum hæc explicata studiosis inspicenda perspicendaq; proponit, hoc agimus, ut eos à fide abducamus: quippe sine qua scimus impossibile esse placere Deo: sed ut ex tenebris in lucem pertrahamus astutias & malitiam hominum, Euangelium Iesu Christi, & Apostolica scripta sceleratissimis & sacrilegis interpretationibus peruertentium, ut imperitos in opinione sui tartarei dogmatis retineant. Fides in alijs, tum Euangelij, tum Epistolarum Apostolicarum locis abundè docet. Sed in hoc Euangelij loco docetur charitas, & vita homine per fidem & baptismum renato, hoc est, ad nuptiale conuiuium ingresso, digna. Atq; hoc ita docet, ut omnibus intueri volentibus, ipso meridiano sole clarius appareat, charitatem esse vestem illam nuptialem, eaq; quisquis nõ est indutus, huic nihil pdesse neq; fidem, neq; Baptismum. Per fidem enim & Baptismum ingreditur quidem in triclinium sponsi. Sed si non sit vestitus veste charitatis, maxima cum ignominia eijcitur in tenebras exteriores.

Amice, quomodo hac intrasti, non habens &c.]

Mirandú valde est, fratres charissimi, inquit Gregorius, qd huc & amicum vocat, & reprobat: ac si ei apertius dicat, Amice, & non amice. Amice per fidem, sed nõ amice per operationem.

At ille obmutuit.] Nimirum ipsa conscientia illu condénante. Quia (quod dici sine gemitu nõ potest, inquit Gregorius) in illa districtione vltimæ increpationis, omne argumentu cessat excusationis: quippe quia ille foris increpat, qui testis conscientia intus animu accusat.

Tunc dixit rex ministris.] Quibus ministris? Nimirum angelis illis tortoribus, hoc est, demonijs, de quibus Dauid Psal. 77. Misit in eos iram indignationis suæ, indignatione, & iram, & tribulatione, immisiones p angelos malos.

Ligatis pedibus & manibus eius, &c.] Vel more expressit magistratum, facinorosos in vincula conijcientium: vel (quod D. Hieronymo videtur) significare voluit refurctione corporu: vel certè, quod post hanc vitam non sit amplius futura potestas operandi aliquid, quo vel bonum vel malum promereamur. Lignum enim ubi ceciderit, ibi manet, Ecces 11. In seculo præfenti, inquit Theoph. operari possumus. In futuro autem seculo ligantur omnes virtutes animæ operatiuæ, & non potest fieri aliquid boni in abolitionem peccatorum.

Mittite eum in tenebras exteriores.] Hoc est, extremas, & à lumine regni mei, qua mei electi amicum necum perfruuntur, remotissimas.

Ibi erit stridor dentium.] Fletus, propter immentos cruciatus: stridor dentiu, propter indignatione, qua in semetipfos fremet, execrantes sese, quod tantas beneficiendi occasiones neglexerint, suaq; culpa à tanta felicitate, in tantas miseras inciderint. Notandú est autè, eandè ista sententiam ter anteà (loco præfenti excepto) habitã, videlicet 13. bis, & 8. semel, adhuc infra bis repeti: nõ qd eam semel tantum, plura, min' virium habere existimet.

Multi enim sunt vocati, pauci verò electi.] Vltro vocatur omnes: sed electi nõ sunt, nisi qui vocati parent, quiq; vsq; in finem respondent diuinæ erga se beneficentiæ, in pietatis Euangelicæ studio perseverantes. Theophylactus ait: Pauci enim qui saluant, & qui digni ut eligantur à Deo: ita vt Dei quidè sit, vocare: electos autem fieri, vel nõ, nostrum est. Id quod rectè quidem à Theophylacto dictum est, si quis rectè interpretetur.

Tunc abeuntes pharisæi, consilium inièrunt, vt caperent eum in sermone.] Sentiebant enim se omnibus hæc parabolis perstringi.

Et mittunt ei discipulos suos cum Herodianis.] Ad qd eos miserint, Lucas expressius scribit, his verbis: Miserunt insidiatores, qui se iustos simularent, vt caperent eum in sermone, & traderent

deret illum principatu, & potestati præfedis. Porro insidiosè huius questionis occasiõem sumptant ex discordia, quæ erat inter Iudeos, ab eo tempore, quo Cæsar Augustus, misso Cyrenio præfide, bona Iudeorum censeri, & exigere tributum imperarat. Hinc enim euenit, vt excitatus Iudas ille Galilæus, cuius Act. 5. meminit Lucas, vir de ciuitate Gamala, cognomento Gaulanites, (vt scribit Iosephus Antiquitatum Iudaicarum lib. 18. cap. 1. & repetitur ab Eusebio Historie Ecclesiast. libro 1. cap. 3.) assumpto Sadducho Pharisæo, sollicitaret plebem Iudaicam ad seditionem, vt resisterent Cæsaris imperio, asserens illam censuram ascriptione, apertissimam seruitutem imponere populo Dei. Id verò nulla ratione tolerandum esse, populum videlicet liberum, soli Deo subiectum, dominatum in se recipere hominis, eiusq; ethnici, eidemq; pendere tributa. Memores itaque, quomodo Iudas ille perierit, & omnes quotquot illi cõfenserant, fuerint dispersi, sperabant Dominu Iesum vel negaturum esse censum deberi Cæsari: quod si fecisset, erant milites Herodis, qui comprehensum pertraherent ad tyrannum, accusatumq; lese maiestatis, & condemnatum, è medio tollerent: sin deberi dixisset, in promptu erat calumnia, quasi principum gratia capta, & per adulationem, ad horum nutum magis loqueretur, qd ex veritate ad gloriã dei, & incolunitatem libertatemq; populi electi à Deo. Quidam putant Herodianos hos non milites Herodis intelligi debere, sed ex Iudeis illos qui stabant à partibus Herodis, sentientes contra Pharisæos, oportere censum dare Cæsari, vt i principi, qui pro pace publica, & omnium incolunitate pugnaret. Quorù interpretatio mihi quidè admodum verisimilis videtur. Erat autem Herodes hic Antipatri filius, quem alienigenam ac proselytum Augustus præfecerat Iudeis, dato regno, vt ab his imp. Romani nomine tributa colligeret.

Magister, scimus quia verax es, & viam &c.] Hoc est, quod pro uerbo dicitur, palpo pcutere, hoc est, lethale propinare mulfum: hoc, gladio melle lito ferire. Sceleratissimi hoies studet adulatione blanda elicere verbu, quo ipse sibi principis irã ac mortè accersat. Sed nõ capitur sapientia Dei istiusmodi laqueis.

Cognita autem Iesus nequitia eorum, ait, &c.] Prima virtus est respondentis, inquit Hieronymus interrogantium mentem cognoscere, & non discipulos, sed tẽtatores vocare: Hypocrita ergo appellatur, qui aliud est, & aliud simulat: id est, aliud opere agit, & aliud voce præterdit. *Offendite mihi numisma census.]* Numisma censis appellat, quod singuli de suis

capitibus pendebant Cæsari Romano: cuius meminimus supra cap. 17.

At illi obtulerunt ei denarium.] Denarius, vnus drachmæ precium est, vel paulò plus, valetq; ere nostro decimã, plùs minùs, partem aurei coronati.

Et ait illis Iesus: Cuius est imago hæc &c.] Non eò id quærit, quod ignoret cuius sit imago & inscriptio, sed vt ex ipsorum ore eliciat rationem, quare non tantum liceat, verum etiã oporteat cẽsum dari Cæsari. Nam quid ni pẽdant de moneta illi tributum, quem dominiu habere in ipsam monetã, ipsius monete imago & inscriptio arguit? Vndè Chrysofostomus obseruauit ac monuit, non esse scriptum, *id est* id est, date: sed, *quod dicitur*, id est, reddite: vt hoc verbo deberi Cæsari talia significetur. Nè verò contentiosè obijceret, Quid igitur? De õne nos ereptos, cui decimas, victimas, & cetera q ad cultum vsuq; templi ptinent, pendimus, ethnico subijcis tyranno, idololatræ, Deum ignorati? Nè inquam, tale aliquid possent obijcere, addit: Et q sunt Dei, Deo. q. d. Vtrũque potestis, nempe & Cæsari (qui nõ sine Diuina dispensatione imperat, etiã si ethnicus & idolatra) q Cæsaris sunt, reddere, & Deo (a quo oia bona accipitis, quiq; nullo tributo magis delectat, q virtutum animi) q sunt Dei. Memorabile pro fus verbum & inuitabile telu in eos, q magistratib' sese opponut, qualescũque etiã hi sint. Vndè quãta cũ grauitate Paulus Apostol' ad Rom. iã tũ Cæsarib' ethnicis subiectos scribit: Ois, inquit, anima potestatis subiecta nisi à Deo. Quæ aut sunt, à Deo ordinata sunt. Itaq; qui resistit potestati, Dei ordinatiõni resistit. Qui aut resistit, ipsi sibi dãnationem acquirut. Nã principes nõ sunt timori boni opis, sed mali. Vis aut nõ timere potestatem? Bonu fac, & habebis laudẽ ex illa: Dei em minister est, tibi in bonu. Si aut malũ feceris, time. Nõ em sine causa gladiu portat. Dei enim minister est, vindex in iram ei qui malũ agit. Ideoq; necessitate subditi estote, nõ solũ propter irã, sed etiã ppter cõscientiã. Ideo em & tributa pstat. Ministri em Dei sunt, in hoc ipsum seruietes. Reddite igit omibus debita: cui tributũ, tributũ: cui vectigal, vectigal: cui timorẽ, timorẽ: cui honorẽ, honorem. Ecce si hanc obedientiam Christus ipse, & Apostol' eius Paulus, in ipso tertio celo arcanã Dei sapientiã edoctus, voluit ac picipiũ pstatre principib' etiã ethnicis: quid nos facere oportet, qui habem' principes Christianos? principes, inquam, & magistratus tum ciuiles, tum Ecclesiasticos? Porro q grande peccatum sit, horum potestati authoritatiq; sese opponere,

b b 3 docent

docent funesti illi exitus Chore, Dathan, & Abiron, Num. 16. & aliorum, omnium ætatu, rebelliu. Dicas, Quid si illi imperent ea q̄ aduerſent Deo? Hic reſpondet Chryſo. Tu cum audis reddenda eſſe Cæſari q̄ Cæſaris ſunt, illa ſolum dici nẽ dubita, q̄ pietati ac religioni nihil officiũt. Nam quod fidei ac virtuti obest, non Cæſaris, ſed diaboli tributum ac vectigal eſt. Tertullia. contra Marcionem lib. 4. huius loci meminit his verbis: Quæ erunt Dei? quæ ſimilia ſunt denario Cæſaris, imago ſcilicet & ſimilitudo eius. hominem igitur reddi iubet creatori, in cuius imagine & ſimilitudine & nomine & materia expreſſus eſt.

In illo die acceſſerunt ad eũ Sadducei, &c.] Duæ hereses erant in Iudeis, inquit Hieronymus, vna Phariſæorum, altera Sadduceorum. Phariſæi traditionum & obſeruationum, quas illi *traditiones* vocant, iuſtitiam præferebant: vnde & diuiſi vocabantur à populo. Sadducei aut, qui interpretant iuſti, & ipſi vindicabant ſibi quod non erant: prioribus & corporis & aæ reſurrectionem credentibus, conſentientibusq; & angelos & ſpiritum, ſequentes (iuxta Acta Apoſtolorum) omnia denegabant. Iſtæ ſunt duæ domus, de quibus Eſaias manifeſtiſſis docet, quod offeñſuræ ſint in lapidem ſcandali.

Magiſter, Moſes dixit: Si quis &c.] Locuſ eſt Deuter. 25. his verbis: Quando habitauerint fratres ſimul, & vnus ex eis abſq; liberis mortuus fuerit: vxor defuncti non nubet alteri, ſed accipiet eam frater eius, & ſuſcitabit ſemẽ fratris ſui: & primogenitum ex ea filium, nomine illius appellabit, vt non deleatur nomen eius ex Iſraël. Sin autẽ noluerit accipere vxorem fratris ſui, quæ ei lege debetur: perget mulier ad portam ciuitatis, & interpellabit maiores natu, dicetq;: Non vult frater viri mei ſuſcitare ſemen fratris ſui in Iſraël.

Statimq; accerſiri eum facient, & interrogabunt. Si reſponderit, Nolo eam vxorem accipere: accedet mulier ad eum coram ſenioribus, & tollet calceamentum de pede eius, ſpuetq; in faciem eius, & dicet: Sic fiet homini, qui non ædificat domum fratris ſui. Et vocabitur nomen illius in Iſraël, domus diſcalceati. Huius legis hæc erat ratio, q̄ maximũ malum interpretabatur populus ille Iſraëliticus ſterilitatem, eod̄ quod obſeruantibus nei præcepta, vel ſummę benedictionis loco dictum fuerit, Non erit in ſecũda nec ſterilis in terra tua. Et, Benedictus eris inter om̄es populos. Non erit apud te ſterilis vtriuſq; ſexus, t̄ in hominibus, quàm in gregibus tuis. Maledictus itaq; illis erat om̄is ſterilis, qui non faceret ſemen in Iſraël. Hoc D. Auguſtinus contra Fauſtum Manichæum lib. 13. cap. 13. ſic in-

Exod. 23.
Deut. 7.

terpretatur, maledictum eſſe omnem, qui non ſuſcitauerit ſemen in Iſraël: ſiue tunc, quum populo ſecundũ carnem propagando, etiã carnalis prolis operatio in coniugali caſtitate ad officium ciuicum pertinebat: ſiue nunc, nẽ quiſquã ſpiritualiter natus, putet ſibi debere ſufficere, nec inſtet dñicis lucris, q̄bus quiſq; p̄ modulo ſuo prædicando Chriſtũ, debet generare Chriſtianos. Secundũ literã itaq; fratris ſuperſtiti præcipitur, vt vxore defuncti fratris (modò in ſine liberis deceſſiſſet) ducta, ſterilitatis maledictionem à domo eius auertat, & (vt expreſſe in lege dicitur) curet nẽ nomẽ eius intereat. Secundũ ſpiritum verò in figura docetur, vnumquẽq; Euangelij præconẽ itã debere in Eccleſia laborare, vt defuncto fratri, hoc eſt, Chriſto, ſuſcitet ſemen, qui pro nobis mortuus eſt: & quod ſuſcitatum fuerit, eius nomen accipiat. Hinc eſt q̄ Apoſtoli noluerunt eos, quos per ſermonem Euangelicũ Chriſto genuerant, appellari à ſuis nominib; Petrianos, aut Paulianos: ſed noĩe fratris defuncti Chriſtianos, ſub cuius p̄ſona iã olim dixerat Dauid: narrabo nomẽ tuũ fratrib; meis: qui & ipſe rediuiuus ex mortuis, dixit mulieribus, quibus ſeſe oſtẽdit: Ite, nũciate fratrib; meis, vt eant in Galilæam: ibi me videbunt.

Vndẽ & Paulus Apoſtolus tam grauius obiurgat Corinthios, q̄ in ſectas diuiſi, alius diceret, Ego quidẽ ſum Pauli: alii aut, Ego Apoſtolo: alius, Ego Cephe: alius, Ego Chriſti. Nunquid Paulus, inquit, p̄ vobis crucifixus eſt, aut in noĩe Pauli baptizati eſtis? Tanq̄ diceret, (inquit Auguſtinus contra eundẽ illũ Fauſtũ lib. 32. cap. 10.) defuncto fratri vos genui, Chriſtiani vocamini, non Pauliani. At verò (inquit ibidẽ Auguſt.) qui electus ab Eccleſia, miniſterium euangelizandi renuerit, ab ipſa Eccleſia meritò digneq; contẽnitur. Hoc eſt enim q̄ in eius faciem iubetur expuere, non ſanẽ ſine ſigno huius opprobrij, vt calceamento pedis vnus exuatur, nẽ ſit in eorum ſorte, quibus ipſe Apoſtolus ait: Et calceati pedes in præparationem Euangelij pacis. Et de quibus commemorat Propheta: quàm ſpecioſi pedes eorum, qui annunciant pacem, qui annunciant bonã? Qui enim ſic Euangelicam fidem tenet, vt & ipſi p̄ſit, & Eccleſiæ prodeſſe non renuat, benẽ intelligit vtroq; pede calceatus. Qui autem ſibi putat, quia credit, ſatis eſſe conſultum, curam verò lucrãdorum reſugit aliorũ, diſcalceati illius non figuratũ ſignificauit, ſed in ſe impletum portabit opprobrium. Hęc ibi Auguſtinus. In eandẽ ſententiam, ſed paucioribus verbis, interpretat in Pſal. 44. Origenes in hunc locum pluribus philoſophatur. Eum ſtudioſi, quibus placet, ipſi legant.

Erans

Erant autem apud nos ſeptem fratres] Quidam opinantur etiam ſeptem hoſce fratres, vnus mulieris viros, arcani aliquid habere myſterij. Sed Chryſoſtomus, Theophylaſt. & item diuus Hieronymus, putat non eſſe rem geſtã, ſed Sadduceorum commentum, ad hoc ab ipſis conſictum, vt illis qui reſurrectionem credebant, illuderent, maximẽ verò Chriſto ipſi, qui multa de reſurrectione & futuri ſeculi vita ſolebat concionari. Fieri tamen poſſe, vt tale aliquid in gente illorum acciderit, non negat Hieronymus. Verũ ſiue acciderit, ſiue non acciderit, nihil ad fidem de reſurrectione futura: neq; eſt opus ad myſteriu reuocare.

Erratis, neſcientes ſcripturas, neq; virtutẽ Dei.] Mira lenitas reſpondentis. Non eos à ſe repellit, vt mereri videbantur, ſed interpretatione ſcripturæ, & erroris indicio monitos placidẽ dimittit.

Quod ait: *[Neq; virtutẽ Dei.]* Virtutẽ potentiã dicit, *virtutẽ*, qua ille poteſt efficere, vt corpus hoc, quod nunc crallum & affectibus carnalibus ſubiectum, circumferimus, reſurgat ſpirituale, nullis iſtiusmodi obnoxium affectib;.

In reſurrectione enim neque nubent, &c.] Cõiugij enim ſinis eſt, humani generis propagatio. Ea verò propagatio, abſorpta immortalitate, ceſſabit.

Sed ſunt ſicut angeli Dei in celo.] Hoc eſt, ſpiritualis illorũ eſt cõuerſatio, nõ carnalis. Apud Lucam cap. 20. paulò luculentiũ hæc explicatur. Filij, inquit, huius ſeculi, nubũt & traduntur ad nuptias: illi verò qui digni habebũtur ſeculo illo & reſurrectione ex mortuis, neq; nubent, neq; ducent vxores, neq; vltra mori poterunt: equales enim angelis ſunt: & filij ſunt Dei, cum ſint filij reſurrectionis.

Ego ſum Deus Abraham, & Deus &c.] Ad comprobendam reſurrectionis veritatẽ, inquit Hieronymus, multò alijs manifeſtioribus exemplis vti potuit: è quibus eſt illud: Suſcitabuntur mortui, & reſurgent qui in ſepulcris ſunt. Et in alio loco: Multi dormientiũ de terræ puluere conſurgent, alij in vitam, alij in opprobrium & conſuſionem æternã. Queritur itaque, quid ſibi voluerit dominus hoc proferre teſtimonium, quod videtur ambiguum, vel non ſatis ad reſurrectionis pertinentis veritatẽ: Ego ſum Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Iacob, & quaſi hoc probato, probauerit quod volebat, ſtatim intulerit: Non eſt Deus mortuorum, ſed viuentium. Cuius rei turbe quoquẽ circumſtãtes myſterium cognofcentes, admiratę ſunt de doctrina & reſponſis illius. Suprà diximus Sad-

El. 24.

Daniel 12

Eſa. 51.
Rem. 104

Origen.

duceos nec angelum, nec ſpiritum, nec reſurrectionem corporum conſententes, animarum quoq; interitum prædicãſſe. Hi quinq; tãtũ libros Moſis recipiebant, prophetarum vaticinia reſpuentes. Stultum ergo erat inde proferre teſtimonia, cuius autoritatẽ non ſequerentur. Porro ad eternitatẽ animarum probandã, de Moſe ponit exemplum: Ego ſum Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Iacob: ſtatimq; inferit, Non eſt mortuorũ Deus, ſed viuentium: vt cum probauerit animas permanere poſt mortem: (neq; enim poterat fieri, vt eorũ eſſet Deus, qui nequaquam ſubſiſterent) conſequentẽ introduceretur & corporum reſurrectio, quæ cum animabus bonæ malæ gesserunt. Hunc locum plenius in extrema parte primę epiſt. ad Cor. Paulus Apoſtolus exequitur. Hęc Hieron. Diuus etiam Hilarius ait: Quia in natura rei eſt, vt eſſe id neceſſe ſit, cuius ſit alterum. Atq; itã Deũ habere viuentium eſt, quum Deus æternitas ſit, & non ſit eorum quæ mortua ſunt, habere id quod æternum eſt. Et quomodò eſſe illi, futuriq; ſemper negabuntur, quorum ſe eſſe profiteatur æternitas? Itã Hilarius: Quapropter ſi Abraham, Iſaac & Iacob toti piſſent, non dixiſſet Deus ſe eſſe Deum illorum, ſed fuiſſe. Quãquã ne hoc quidem fatũ tolerabile eſt, Deum vnquã fuiſſe, aut futurũ etiam eſſe illorum, quæ vel mortua ſunt, vel moritura. Quod ſi eſt Deus illorum, vti quẽ viuunt illorum animę: viuũt & ipſi toti quodammodò ſpe reſurrectionis futurae. Neque fraudaturus eſt Deus animam ſocio corpore, quippe cui naturaliter ab ipſo Deo ſociata eſt, & ſine quo homo non poteſt eſſe totus & integer homo.

Et audientes turbe, mirabatur de doctrina eius.] Audiuerunt enim myſterium ex ſcriptura erui, quod nemo illorum animaduertat hæc tẽnus.

Phariſæi autem audientes &c.] Sic ſolent homines malitioſi nunquã quieteſcere, quantũ uis ubiq; à veritate ſuperentur. Hoc quia in hereticis vidit Apoſtolus, monet Titũ, vt hereticum hominẽ poſt vnã atq; alteram admonitionem vitet, q̄ ſubuerſus ſit, qui cuiusmodi eſt, & ſuo ipſius iudicio condemnatus.

Diliges Dominum Deũ tuum ex toto corde &c.] Ludouicus Cælius Rhodiginus lection. Antiquarum lib. 2. capit. 17. oſtendit imaginẽ Trinitatis in homine interiore, quod ex intellectu, vti patre, naſcatur voluntas, ceu filius: ex vtroque procedat memoria, tãquã ſpiritus ſanctus. Atq; de his tribus loqui hoc præceptũ, vt per cor, intelligamus intellectu:

per

per animam, voluntatem: per mentem, memoriam.

Diliges proximum tuum sicut teipsum. Augustinus in praefatione in secundam enarrationem Psal. 25. Proximus tuus, inquit, ille est, qui tecum natus est ex Adam & Eva. Omnes proximi sumus conditione terrene natiuitatis. Et aliter: Frater, illa spe celestis hereditatis, proximum tuum debes putare omnem hominem, & antequam sit Christianus. Non enim nosti, quid sit apud Deum: quomodo illum preceperit Deus, ignoras. Aliquando quem irrides adorantem lapides, conuertitur: & adorat Deum forsate religiosus, qui tu, qui eum paulo ante irridebas, &c. Tu vide reliqua ibidem.

In his duobus mandatis vniversa lex &c. Marcus subiicit scribam respondisse, Bene magister in veritate dixisti, quia vnus est Deus, & non est alius preter eum. Et vt diligatur ex toto corde, & ex toto intellectu, & ex tota anima, & ex tota fortitudine: & diligere proximum tanquam seipsum, maius est omnibus holocaustis & sacrificijs. Iesus autem videns quod sapienter respondisset, dixit illi: Non es longè à regno Dei. Et nemo iam audebat eum interrogare. Neque verò mouere nos debet, quod Mattheus ait, scribam illum interrogasse nomen tentandi gratia, Marcus autem scribit eum laudatum à Domino, idque elogio, quod non longè abesset à regno Dei.

De Consensu Euangelistarum lib. 2. cap. 73.

Ecclesi. 19.

Iohan. 7.

Fieri enim potuit, inquit Augustinus, vt quatuor tentans accesserit, Domini tamen responsione correctus sit. Aut certe ipsam tentationem non accipiamus malam, tanquam decipere volentis inimicum, sed cautam potius tanquam experiri amplius volentis ignotum. Neque enim frustra scriptum est: Qui facile credit, leuis corde est, & minorabitur. Neque adeo nouum est, si scriba ille ex responsis Domini factus est melior, quum apud Iohannem legamus, ministros principum & Phariseorum, qui missi erant vt comprehenderent Iesum, reuersos ad dominos suos, dixisse: Nunquam sic locutus est homo, sicut hic loquitur. Quo dicto rationem reddiderunt, quare Iesum non adducerent. Porro quod ad ipsius mandati obseruationem attinet, sciendum nonnullos in hunc tanquam scopulum impegisse, vt diceret, mandata Dei nobis esse impossibilia. Quo verbo multa hominum millia in desperationem adduxerunt, vt animum abiecerint, desierintque de horum obseruatione cogitare. Cui malo accessit dogma, quod sola fides iustificet, quo ex desperatione in impiam securitatem sunt erecti. Sed prestat audire sententiam orthodoxorum patrum, docetium, sum-

mam illam plenitudinem & perfectionem charitatis, proponi quidem nobis primo hoc & maximo omnium mandato, velut scopum preceptorum omnium, in quem semper dirigamus nostram in eis obedientiam studium, semper conemur propius accedere: non tamen perfectionem eius à nobis, quod diu in hoc corpore mortali sumus, tanquam necessariam ad salutem exigimus: vt enim hic ex parte cognoscimus, ita & ex parte amamus. Sed tunc absoluetur in nobis, quod euacuabitur quod est ex parte. Interea tamen assidue nos in hoc exercere debemus, vt indiè in nobis magis magisque crescat tum cognitio, tum charitas illa. Ad quod nobis tanquam pædagogus datus est Decalogus, qui nos principio abducit à dijs illis alienis, & illis quæ charitati huic perfectæ aduersantur: hoc est, vepres & spinas tanquam bonus agricola extirpat, vt fiamus idonei ad fructificandum saluberrimum hunc charitatis fructum. Quam diu homo maiorem habet fiduciam, delectationem, & amorem in rebus alijs, quæcunque tandem illæ sint, quam in Deo, tam diu est vas in contumeliâ. Sin ab istis se emundauerit, erit vas in honorem sanctificatum, 2. Timot. 2. Hæc emundatio non aliter fit, quam si nos assidue in hoc exerceamus, vt discamus quantum intersit inter vilia hæc, momentanea, ac sordida, atque illum inestimabilem fontem bonorum omnium, vt hinc nos quotidie magis magisque abstrahamus: ad illum autem accedamus, illi adhæreamus, in illum totos nos conijciamus.

1. Cor. 13.

Congregatis autem Phariseis, interrogauit eos Iesus, dicens: Quid vobis videtur de Christo? cuius filius est? De DEO quidem hoc rectè senserunt Iudæi, quod vnus esset, & super omnia diligendus. Cæterum, quia hoc nequaquam sufficiebat ad salutem, sed in primis erat necessarium, rectam esse fidem de filio DEI, (quippe per quem nobis ipsa salus contingit) quæstionem proponit, quæ ad doctrinam de hac fide pertinet. Neque verò ipse illis hanc quæstionem clarè explicat, quod hoc nondum caperent illorum animi: sed tanquam in enigmate propositam, relinquit Apostolis post suam resurrectionem explicandam.

Psal. 137.

Dicunt ei, David. Non malè quidem illi respondent. Erat enim ipsi David certò facta promissio à DEO, quod ex ipsius prole nasciturus esset CHRISTVS. Iurauit, inquit, Dominus David veritatem, & non frustrabitur eum: de fructu ventris tui ponam super sedem tuam. Sed nondum intellexerat, quod per eundem David de diuina eius natiuitate dixit

te dixit Deus pater, Ex vtero ante luciferum genui te. Quo verbo significauit, Christum non tantum esse hominem ex prole Dauid in tempore natum, verum etiam Deum ex Deo patre ab æterno. Hoc itaque vt perscrutantes excutientesque discant, ad ipsum psalmum eos ducit, ipsius Prophetæ verbis ostendens, maius quiddam ipsum David sensisse de Christo, quam de suo filio. Id autem

quale sit, ipsis quidem inpraesentiarum expèndendum, Apostolis autem post resurrectione suam explicandum relinquit.

Si ergo David vocat eum Dominum, quomodo filius eius est? Quid, qui potest consistere, vt ipse David, iam in eminentia regni constitutus, Dominum suum appellet eum, qui ex posteris suis sit nasciturus, nisi videat maius quiddam in eo & sublimius fastigio regni terreni?

Psal. 109.

CAPVT XXIII.

Tunc Iesus locutus est ad turbas & ad discipulos suos, dicens: Super cathedram Moysi sederunt scribæ & Pharisei. Omnia ergo quæcunque dixerint vobis, seruate & facite: secundum opera verò eorum nolite facere: dicunt enim, & non faciunt. Alligant autem onera grauiâ & importabilia, & imponunt in humeros hominum, digito autem suo nolunt ea mouere. Omnia verò opera sua faciunt, vt videantur ab hominibus. Dilatant enim phylacteria sua, & magnificant fimbrias. Amant autem primos recubitus in cœnis, & primas cathedras in Synagogis, & salutationes in foro, et vocari ab hominibus Rabbi. Vos autem nolite vocari Rabbi. vnus est enim magister vester, omnes autem vos fratres estis. Et patrem nolite vocare vobis super terram. vnus est enim pater vester qui in cælis est. Nec vocemini magistri, quia magister vester vnus est, Christus. Qui maior est vestrum, erit minister vester. Qui autem se exaltauerit, humiliabitur: et qui se humiliauerit, exaltabitur. Væ autem vobis scribæ et Pharisei hypocritæ, qui clauditis regnum cælorum ante homines: vos enim non intratis, nec introeuntes finitis intrare. Væ vobis scribæ et Pharisei hypocritæ, qui comeditis domos viduarum, orationes longas orantes: propter hoc amplius accipietis iudicium. Væ vobis scribæ & Pharisei hypocritæ, qui circumitis mare et aridam, vt faciatis vnum proselytum: et cum fuerit factus, facitis eum filium gehennæ duplo quam vos. Væ vobis duces cæci, qui dicitis: Quicumque iurauerit per templum, nihil est: qui autem iurauerit in auro templi, debitor est, Stulti et cæci, quid enim maius est aurum, an templum quod sanctificat aurum? Et quicumque iurauerit in altari, nihil est: quicumque autem iurauerit in dono, quod est super illud, debet. Cæci, quid enim maius est donum, an altare quod sanctificat donum? Qui ergo iurat in altari, iurat in eo et in omnibus quæ super illud sunt: et quicumque iurauerit in templo, iurat in illo & in eo qui habitat in ipso: & qui iurat in cælo, iurat in throno Dei, & in eo qui sedet super eum. Væ vobis scribæ & pharisei hypocritæ, qui decimatis metham & anethum & cyminum, & reliquistis quæ grauiora sunt legis, iudicium et misericordiam et fidem: hæc oportuit facere, et illa non omittere. Duces cæci, excolantes culicem, camelum autem glutientes. Væ vobis scribæ et Pharisei hypocritæ, qui mundatis quod deforis est calicis & parapsidis, intus autem pleni estis rapina et immunditia. Pharisee cæce, munda prius quod intus est calicis & parapsidis, vt fiat et id quod deforis est, mundum. Væ vobis scribæ et Pharisei hypocritæ, quia similes estis sepulcris dealbatis, quæ

cc

à foris

à foris parent hominibus speciosa, intus verò plena sunt ossibus mortuorum & omni spurcitiâ: sic & vos à foris quidem paretis hominibus iusti, intus autem pleni estis hypocrisis & iniquitate. Væ vobis scribæ & pharisæi hypocritæ, qui ædificatis sepulcra Prophetarum, & ornatis monumenta iustorum, et dicitis: Si fuissetis in diebus patrum nostrorum, non essemus socij eorum in sanguine Prophetarum, Itaque testimonio estis vobismetipsis, quia filij estis eorum, qui Prophetas occiderunt. Et vos implete mensuram patrum vestrorum. Serpentes, genimina viperarum, quomodo fugietis à iudicio gehénæ? Ideò dico vobis, eccè ego mitto ad vos prophetas & sapiètes & scribas, & ex illis occidetis & crucifigetis, & ex eis flagellabitis in synagogis vestris, & psequemini de civitate in civitate, ut veniat sup vos omnis sanguis iustus, qui effusus est super terram, à sanguine Abel iusti vsq; ad sanguinem Zachariæ filij Barachie, quem occidistis inter templum & altare. Amen dico vobis, veniet hæc omnia super generatione istam. Hierusalè Hierusalè, quæ occidis Prophetas, & lapidas eos qui ad te missi sunt, quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluisti? Ecce relinquetur domus vestra deserta. Dico enim vobis, non me videbitis amodò donec dicatis: Benedictus qui venit in nomine Domini.

Gen. 4. e. Para. 24

Theoph.

Sper cathedram Moysi &c.] Quos confutavit, & ostendit incurabiliter egrotantes, tunc de ipsis dicit & de vita ac moribus illorum loquitur, inquit Theophylactus, admonens auditores, ne contemnant Doctores, etiam si corrupte vite sint. Ostendit præterea, quod legi non sit aduersarius, sed malit servari ea quæ legis sunt, quamvis eam docentes, indigni sint. Quæcunque enim dicunt doctores, illa Moysen putate dicere, imò Deum. Faciendane igitur omnia quæ dicunt, etiam si mala fuerint? Dicimus igitur primùm, quod docens, nullum unquam audet adhortari in malum. Deinde, ut demus hoc, ut quis in malam vitam adhortetur, non tunc à Moysi cathedra, neque de lege loquitur. Dominus autem dicit de his, qui in cathedra Moysi sedent, hoc est, his qui ea quæ in lege habentur, docent. Eos igitur quæ docent diuinam legem, etiam si ipsi non faciunt, audire oportet. Hæc Theophylactus.

Alligat autem onera gravia & importabilia, &c.] Contrarium faciunt, quod decet eos qui præfunt. Horum enim est, in semetipfos esse severos iudices & exactores: in subditos autem, clemètes.

Omnia verò opera sua faciunt, ut videatur ab hominibus.] Quicumque igitur (inquit Hieronymus) ita facit quodlibet, ut videatur ab hominibus, scriba & Pharisæus est.

Dilatant enim phylacteria sua, &c.] Hic mihi

libet ad verbum ascribere, quæ in hunc locum Hierony. Væ nobis miseris, inquit, ad quos Pharisæorum vitia transierunt. Dominus quæ dedisset mandata legis per Moysen, ad extremum intulit: Ligabis eam in manu tua, & erunt immota ante oculos tuos. Et est sensus: Præcepta mea sint in manu tua, ut opere compleantur: sint ante oculos tuos, ut die ac nocte mediteris in eis. Hoc Pharisæi male interpretantes, scribebant in membranis Decalogum Moysi, id est, decem verba legis: complicantes ea, & ligantes in fronte, & quasi coronam capiti facientes, ut semper ante oculos mouerentur: quod vsque hodie Indi & Persæ & Babylonij faciunt: & qui hoc habuerit, quasi religiosus in populis iudicatur. Iusserat quoque aliud Moyses, ut in quatuor angulis palliorum hyacinthinas fimbrias faceret, ad Israeliticæ populum dinoscendum: ut quod in corporibus circumciso signum Iudaicæ gentis daret, ita & vestis haberet aliquam differentiâ. Superstitiosi magistri, captantes auram popularem, atque ex mulierculis sectates lucra, faciebant grâces fimbrias, & acutissimas in eis spinas ligabant, ut viderentur ambulantibus & sedentes, interdum pungerent: & quasi hac admonitione retraherent ad officia Domini, & ministeria servitutis eius.

Deut. 6.

Num. 15.

Quia

Quia ergo dixerat Dominus, Omnia opera sua faciunt, ut videantur ab hominibus: quod generaliter accusat, nunc per partes diuidit.

Pictarij apud Lampridij. Pictariola illa decalogum, idem est quod album, tabella, in qua nota scribi consueverunt. Dicitur & matrix, & pro breuius commeterioliis accipitur. tum sui haberet: non intelligentibus Pharisæis, quæ hæc in corde portanda sint, non in corpore: alioquin & armaria & arcæ habent libros, & notitiam Dei non habent. Hoc apud nos superstitiosæ mulierculæ, in paruulis Evangelij & in crucis ligno, & istiusmodi rebus, quæ habent quidem zelum Dei, sed non iuxta scientiâ, vsque hodie factitant, culicem liquantes, & camelum glutientes. Istiusmodi erat fimbria parua & breuis ex lege præcepta: quæ & mulier illa quæ sanguine fluebat, tetigit in pallio Domini: sed non est compuncta superstitiosis sentibus pharisæorum, magisque sanata ad tactum eius. Cumque superflue dilatet phylacteria, & magnas faciant fimbrias, gloriam captantes ab hominibus, arguuntur in reliquis: cur quarant primos accubitus in cænis, & primas cathedras in synagogis, & in publico gulam sectentur & gloriam, & vocentur ab hominibus Rabbi, quod Latino sermone magister dicitur. Hæc hier.

Amant autem primos accubitus in cænis.] Hæc est minima videantur, magnorum tamen causa sunt malorum, inquit Chrysostr. Nam & civitates & Ecclesias sæpenumerò euerterunt.

Vos autem nolite vocari Rabbi.] Erasmus Roterod. annotauit, in Græcis exemplaribus nonnullis congeminari *πάρεδρῶν ἄλλῶν*, i. Rabbi Rabbi. Ad eundem modum & Iudas salutem Dominum, Rabbi Rabbi. Videtur autem ea conduplicatio apud Hebræos honoris aliquid habere: quemadmodum & nos hodie sacerdotes & episcopos bis nomen appellamus: quum scribimus, Reuerendiss. patri ac nro, nro Iohanni &c. August. in annot. troporum veteris instrumenti, comonstrat variè conduplicari dictionem apud Hebræos. Illud porro omninò est operæ precium ut admoneatur, non esse sententiam huius præcepti Dominici, quod velit honoris titulus fraudari eos, qui inter homines vel ætate, vel autoritate, vel beneficentia aliqua eminent: sed hoc præcipit, ne quis huiusmodi titulos per ambitionem venetur aut affectet, utque omnes agnoscamus verum illum patrem, cui & vitam & cætera omnia debemus: verum illum doctorem, ex cuius diuino pectore ceu vberissimo quodam fonte promanat, quicquid vsquam est sanæ doctrinæ. Neque enim abrogauit Dominus præcepta Decalogi, in quibus est: Honora patrem tuum &

Mar. 14.

matrem tuam, ut sis longeuus super terram: Quod præceptum supra capite 15. grauius à Domino Iesu confirmari atque defendi audiimus. Ecce, non modò nominare eos patres & matres non vetat, verum etiam hoc nomine honorare eos præcipit, quod patres & matres sint. Neque peccauit Apostolus Paulus, scribens Corinthijs: Nam si decem millia pædagogorum habeatis in Christo, sed non multos patres. Nam in Christo Iesu per Evangelium ego vos genui. Quibus verbis sibi vindicat nomen patris apud Corinthios. Et ad Timotheum, quanta cum grauitate, In quo positus sum ego, inquit, prædicator & Apostolus, (veritatem dico, non mentior) doctor gentium in fide & veritate. In omnibus igitur gratias agamus Deo, tamquam parenti summo, & omnium bonorum nobis auctori atque datori. Honoremus tamen nihilominus eos, quibus tanquam organis & ministris ad hoc vitur Deus, idque ad ipsius Dei gloriam & honorè. Interpretatio hæc auctores habet grauiusimos, Theophylactum, Euthymium, Hieronymum, & multis locis Augustinum. ut taceam quod irrefutabilibus scripturis eam confirmauimus.

1. Cor. 4.

1. Tim. 2.

Nec vocemini magistri.] Apud Hebræos multæ voces sunt, quas Latine reddunt per vocabulum magister. Nam & *מורה*, quum alias significet patrem, tamen interdum pro magistro seu prælato capitur. Quamquam & apud Latinos pater interdum dignitatis vox est: ut apud Romæos Patres conscripti, i. senatores, de quibus vide Liuium. Item *מורה* ab excitandis discipulorum animis magister dicitur, ut docet Hebræorum doctores. Et ab officio docendi *מורה* Ceterum *רבי* seu *רבי*, à multitudine scientiarum ac dignitatum nomen est. Et Iudei suos doctores vocant *רבו רבו*, quemadmodum nos doctores sacre Theologiæ, magistros nostros: quod singulari numero dicitur *רבי* magister noster. Hinc facile est conijcere, non idem bis dici apud Euangelistam, quum ait: Nolite vocari Rabbi: &, Nec vocemini magistri. Priori videtur vetare affectationem dignitatis & eminentiæ: posteriori, arrogantiam doctrinæ. Illud Hebraicè legitur, *ולא תקראו רבי* Hoc verò *ולא תקראו רבי* Euthymius tamen putat utroque verbo idem significari. Mihi non libet super talibus cum quoquam contendere, in quibus citra dispendium fidei quisque potest suam sententiam sequi.

עיר excitauit.

Qui maior est vestrum, erit minister vester.] Nimium agnoscentes ea, quibus antecellit vos,

donaeffe à Deo in hoc ipsum data, vt ea summa fide ac diligentia dispenset in fratres.

Qui autem se exaltauerit,] Hoc est, Qui plura quae equum sit, sibi arrogauerit: [Humiliabitur.] Nimirum pro gloria quam affectat, ignominiam ferens.

Et qui se humiliauerit,] Hoc est, qui modestias se gesserit, qui pro suis dotibus forte possit.

Exaltabitur.] Id est, maiore laudem & gloria consequetur.

Vt autem vobis scribae & pharisaei hypocritae,] Hypocritas vocat, quia sanctitatem vite simulant, quum animos circumferrent ambitione, auaritia, liuore, atque omni malitia profanissimos. De vocabulo diximus alias.

Qui clauditis regnum caelorum ante homines.]

Quomodo clauderent? Quia quum sederent in cathedra Moysis, profiterenturque scientiam legis, in qua & promissus, & praefiguratus, atque descriptus fuit Christus, ipsi quodammodo clauis habebant, hoc est, auctoritatem scrutandi interpretandi; scripturas, vt populum de aduentu & presentia Christi, hoc est, regis à deo patre in hoc ipsum vncti, vt eiecto diabolo, regnum sibi assereret, docerent, atque ad eum audiendum hortarentur. Verum ipsi excacari vitij & malitia, de quibus diximus, neque ipsi voluerunt agnoscere aut recipere presentem, neque permittere populo vt eum reciperet. Hi sunt sacerdotes illi, de quibus Osee 6. legimus, quod in via interficiant pergentes de Sichein, quia scelus operati sunt. Atque, vt vtar verbo D. Hieronymi, omnis magister qui scandalizat malis opibus discipulos suos, claudit ante eos regnum caelorum.

Vt vobis scribae & pharisaei hypocritae, qui comeditis domes viduarum.] Nam prolixè precationis pretextu sanctimoniam simulabant. Tabulis facile decipitur vulgus muliercularum: Deus autem adeo non placat, vt offensa etià, eueniatque; quod ait Propheta: Cum iudicatur, exeat condemnatus, & oratio eius fiat in peccatum. Aequum quidem est, vt qui seruiunt altari, de altari viuant. Sed per hypocrisim seruire ad quaestum, sacrilegiū est, aut si quid sacrilegio sceleratius.

Vt vobis &c. qui circumitis mare & arida, &c.] Hunc locum commodissime videtur explicare Hieronymus, his verbis: Non eo studio, inquit, seruamus quaesita, quo quaerimus. Scribae & pharisaei totum lustrantes orbem, propter negotiationes vel diuersa lucra, tam à discipulis captanda, quam per imaginem sanctitatis, studio habebat de gentibus facere praeselytum, id aduenā, & incircuncisum miscere populo Dei. Sed qui antè, dum esset ethnicus, simpliciter errabat, & erat semel filius gehennae,

Psal. 108.

Hierony.

videns magistrorum vitia, & intelligens destrueri eos opere, quod verbis docebant, reuertitur ad vomitum suum, & gentilis factus, quasi praeparator, poena maiori dignus erit. Filius autem vocatur gehennae, quomodo filius perditionis, & filius huius seculi. Vnusque enim, cuius opera agit, eius filius appellatur. Sic Hieronymus. Chrysostr. Chrysostr. per id quod ait, circumitis mare & arida, significari illos inuitiles esse ad conuertendum homines ad bona, vt vix magnis laboribus quinquā possent attrahere. Quod autem ait, Et quum fuerit factus, facitis eum filium gehennae duplo magis quam vos estis: significare, quod ignauia & flagitioso vitae exemplo, deterior est factus quam fuerint antè in ethnicismo. Porro profelyt. Græca vox est, περιουσίτης, significans aduenam seu peregrinum, decompositum à περι & ούσι. Græcis autem περιουσίτης, & περιουσίτης dicitur: Hebraeis פרויט. Sunt autem proprie iij, qui ex ethnicis, legibus Moysis & caeremonijs initiati, Iudaismum profitebantur.

Vt vobis ducis caeci.] Quippe qui professi Doctores legis, ambitione auaritiaque excitati, ea quae leuiora sunt, exaggeratis, modo vobis faciant ad quaestum: quae verò gratiora, sed non equè quaestuosā, negligitis.

Qui dicitis, Quicumque iurauerit per templum &c.] Et huius traditionis Pharisaeica causa erat auaritia eorum, quemadmodum illius de honorandis parentibus, quam audiimus supra cap. decimo quinto. Si quis per templum aut altare peierasset, absurdum fuisset & pharisaeis inutile, cogere per iuramentum ad aedificationem templi vel altaris. Si quis autem iurasset per aurum, ac peierasset, hunc cogebant auro redimere peccatum per iuramentum: si per donum quod erat super altare, puta bouem vel ouem oblatam in victimam, cogebant vt simile donum penderet, ad expiandum peccatum. Atque hac ratione non mediocrem quaestum fecerunt ex periurijs. Sic D. Hieronymus ac Theophylactus hunc locum exponunt.

Vt vobis scribae & pharisaei hypocritae, qui decimatis mēibam.] Decimatis, & πεντακάσιοι: quod D. Hieronymus ita interpretatur, quasi eos & hic arguat auaritia, quod studiosè etiam vilium olerum decimas exigant: & iudicium in disceptatione negociorum, misericordiamque in pauperes, pupillos & viduas, & fidè in deū, quae magna sunt, permittant. Chrysostr. Theophyl. & D. Ambrosius in Lucam, sic interpretantur, quasi decimare sit decimas dare. Eleemosyna em̄ etià est decima, inquit Chrysostr. Eleemosyna verò nocere non potest.

Qua-

Hilarius.

Quare merito hæc oportebat facere. Consonat his interpretatio Hilarii. Eius verba hæc sunt: Mentis occulta, & obscuram voluntatum iniquitatem redarguit, quod ea quae in decimis menthae atque anethi lex praescribit, efficiant, vt implere legem ab hominibus existimetur: misericordiam verò atque iustitiam, & fidem, & omnem benevolentiam affectum reliquerunt, quod proprium hominis officium est, &c. Hic videtur fidem intelligere, quae est erga homines, qua fit vt neminem fallamus, quemadmodum in paraphrasi interpretatur Erasmus: quum alij plerique fidem in Deum interpretentur. Nō est operæ precium contendere de hoc, vtram fidem hic accipere debeamus. Nam scribae & pharisaei ab vtraque exciderant.

Excidentes culicem.] Id est, colo potum ab illapso forte culice repurgantes, antequam bibatis, & camelum aut glutientes.]

Significat eos in minutis, leuiorisque momenti praecipitis esse curiosos in magnis autem, & in quibus cardo rerum vertitur, negligentes.

Vt vobis scribae & pharisaei hypocritae, qui mundatis quod deforsis.] Hoc est, curatis vt calices & patinae, ex quibus bibitis & editis, munda sint, & niteant foris: cæterum vtrum ea quae editis & bibitis, rapinis & sacrilegijs, an iustis laboribus comparata sint, nullo discrimine habetis. Adeoque vos ipsi, religiosa veste, graui incessu, similibusque caeremonijs, foris apparetis sancti, quum intus in animo madeatis omni flagitiorum genere. Non enim calices & paropsides Domino curae sunt, sed homo, quem omnino vult intus purum conseruari. Quod si fiat, nullo negotio sequetur mundities externa. Porro quod in veteri translatione, qua vtimur in Ecclesijs, habet, Intus autem pleni estis rapina & immunditia, emendatius est, iuxta Græcos, & verustos codices Latinos, Intus autem plena sunt rapina & intemperantia, vt pertineat, nō ad pharisaeos, sed ad poculū & catinū: (ὡς οὖν ἡ ψυχή ἡ ἀκαθάρτη καὶ ἀκαταίτια.) Nam sensus est, pocula & patinas pharisaeis foris esse nitidas ac bene lotas: cæterum ipsum vinum, ipsosque cibos esse immundos, vt potè partes rapinis & fraudibus, qui verè mundi videri vellent.

Vt vobis &c. p. b. q. similes estis sepulcris &c.] Hæc similitudo seu parabola idem significat, quod superior: nempe quod foris appareant sancti, quum intus sint pleni flagitijs.

Vt vobis &c. p. b. q. edificatis sepulcra.] Nō reprehendit, quod edificarent, prophetarū sepulcra, & maiorum suorum facta improbarent: sed quod hypocritico animo hoc facerēt & ambitioso,

cupientes extare monumenta potentiae suae ac patrum suorum, quae possent apud ignobile stolidūque vulgus iactare. Ita sentit Chrysostr. idque colligit ex eo quod apud Lucā legimus, his verbis: praefectō testificamini, quod consentitis operibus patrum vestrorū: quoniam ipsi quidē eos occiderunt, vos autē aedificatis eorum sepulcra.

Et vos implete mensuram patrum vestrorū.] Enalage est, imperatiuo posito, p̄ indicatiuo. Neque enim Dñs Iesus imperat eis, vt impleant mensuram patrum suorum: sed praedicit eos id esse facturos, imò iam hoc ipsum agere. Nam quum patres illorum occiderint prophetas, hi machinabantur mortem Domino prophetarum. Quo tandem per supplicium crucis interfecto, eandē tyrannidem exercuerūt in discipulos eius. Vnde subiicit: Ecce ego mitto ad vos prophetas, & sapientes, & scribas.] Tales enim & Apostoli erant, & multi qui cum Apostolis, & post Apostolos ad eos mittebantur. Id quod Paulus Ephesijs scribens testatur, quum ait: De-

Ephes. 4.

Act. 12.

dit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem prophetas, alios verò Euangelistas, alios autē pastores. Agabus Act. 11. prophetat imminere famem magnam vniuerso orbi. Et Philippus, vn̄ è septem Diaconis habuit quatuor filias prophetissas, Act. 21. Porro quod ait, Ego mitto: satis innuit, quantam habeat potestatem & auctoritatem: vt vel hinc admonerentur, ipsum esse Messiam illum, regem à Deo missum & vnctum.

Et illorum aliquos occideris.] Nam Iacobum, fratrem Iohannis, occiderunt gladio: alterum Iacobum, pertica fullonis.

Et crucifigetur.] Vt Petrum & Andream. Et ex eis flagellabitur.] Act. 5. caesis imperant, nē omnino loquantur in nomine Iesu.

Vt veniat super vos omnis sanguis iustus &c.] Hoc verbo significat, tunc filios daturos esse poenas de peccatis parentum suorum, quandò nouerunt illos propter peccata punitos esse, & tamen nō dubitant similia admittere. Alioquin si quis sceleratum habeat patrem, ipse verò viuat iuste, neque consentiat patris sui peccatis, non portabit onus eius. Propterea quum diceret Exodi capite vigesimo, Ego sum Dominus Deus tuus, fortis zelotes, visitans iniquitatem patrum in filios, in tertiam & quartam generationem: adiecit, eorum qui oderunt me. Quemadmodum à contrario, Et faciens misericordiam in millia ijs qui diligunt me, & custodiunt praeccepta mea.

A sanguine Abel inisti, vsq; ad sanguinem Zach.] De Abel nulla est ambiguitas, inquit Hieronymus, quin is sit quem Cain frater eius occidit. Verū de Zacharia variant coniecturae, alijs illum significari suspicantibus, q̄ in duodecimo

prophetis vndecimus est: cuius patrem quidem constat dictum fuisse Barachiam, sed de loco in quo sit occisus, non constat, cum temporibus eius vix ruinae templi fuerint. Alijs patrem Iohannis Baptista, quod commento Istud tamen Petrus Martyr Alexandri- nus scriptum reliquit, asserens Zacharia- phis sum- Baptista patrem, quod filium suum in- fanticidio Herodis subduxerit, post ty- ranni eiusdem iussu inter altare & tem- plum esse interfectum. Alijs filium Ioiadae sacerdotis, quem in atrio domus Do- mini à Iudeis interfectum esse legimus 2. Pa- rralip. 24. Atque hæc quidem sententia doctis probatur. Quod autem ob stare videtur no- men patris, qui Ioiada illic dicitur, & non Ba- rachias: ita diluunt, vt dicant binominem fu- isse. D. Hieronymus ait in Euangelio quo vtuntur Nazarenus, pro Barachie, Ioiadae scri- ptum reperiri.

Hierusalem Hierusalem, quæ occidas prophetas, &c. ἀγαπήσω, ingens desiderium Domini si- gnificat, quo desideravit salutem ciuitatis Hierosolymorum, hoc est, totius populi.

Quoties volui congregare filios tuos, &c.] Mira- biles sunt gallinarum affectus erga pullos: adeo, vt toto eo tempore, quo eos fouent ac nutriunt, tanta se macerent solitudine, vt plumarum hispitudine, demissione alarum, atque vocis rauicitate egritudinem suam prodant. In Deu- teronomio tali similitudine vitur de aquila: Sicut aquila, inquit, prouocans ad volandum pullos suos, & super eos volitans, expandit alas suas, & assumpsit eum, atque portauit in humeris suis.

Et nolui si.] Euidentiſſimus locus est contra eos, qui negant libertatem voluntatis huma- ne, atq; omnia reiſciunt in Deum seu fatum. Hic expreſſè dicit Dominus, se quidem volu- iſſe ſeruare illos: ipſos verò noluiſſe ſeruari. Non ignoramus quid alij cauillentur contra: ſed qui animo pacifico ſimplicem veritatem

querunt, facillè intelligunt, eos qui pereunt, ſua culpa perire, quòd nolint acquieſcere ſer- uatori. Quapropter & iuſtam illis imminere pœnam inferit, dicens: Ecce relinquetur vobis domus veſtra deſerta. Sic & per Ieremiam lo- quitur: Reliqui domum meam: dimiſi here- ditatem meam: Dedi dilectam animam meam in manum inimicorum eius, &c. Et ſecundùm literam quidem impleta ſunt hæc in excidio Hieroſolymitano: ſicut ſequenti etiam capi- te de templo dicit Dominus, quòd futurum ſit, vt non relinquetur lapis ſuper lapidem. Se- cundùm ſpiritum verò reliquit populum Iu- daicum, vt iam neque templum, neque altare, neque ſacrificium, neque regem habeant: pla- neq; illis euenit, quòd nè ſibi eueniret, depre- catus fuit Dauid, quum diceret: Nè proieci- me à facie tua, & ſpiritum ſanctum tuum nè auferas à me. Pſal. 50.

Dico enim vobis, non me videbitis amadò, donec dicatis, Benedicite illi qui venit in nomine Domini.] Quòd dicit, amadò, non ad horam qua hæc loquebatur, referendum eſt, ſed ad totum il- lud tempus, quo cum illis diſputauit, paſſus, mortuus, & ſepultus eſt. Poſtea enim non eſt illis viſus, ſed diſcipulis & amicis ſuis. Neque videbunt eum ante ſecundum aduentum, quan- dò in magna gloria veniet ad iudicium. Tunc videbunt, & vel inuiti conſitebuntur hunc eſſe illum regem gloriæ, laudandum ab omni creatura, eò quòd veniat in nomine Domini. Nonnulli hæc referunt ad eum aduentum, quò venturus eſt, vt interficiat Antichriſtum ſpi- ritu oris ſui, iuxta verbum Apoſtoli 2. Theſ- ſalonicen. 2. D. Hieronymus putat, quòd his verbis Iudeos hortetur ad pœnitentiam, q. d. Non videbitis me, niſi cõuerſi fueritis & con- feſſi, quòd ego ſim ille Meſſias à prophetis promiſſus, filius videlicet omnipotentis Dei, miſſus à patre ad redimendum genus huma- num à tyrannide diaboli.

CAPVT XXIII.

ET egreſſus Ieſus de templo, ibat. Et acceſſerunt diſcipuli eius, vt oſtenderent ei ædificationes templi. Ipſe autem reſpondens, dixit illis: Videtis hæc omnia? Amèn dico vobis, nõ relinquetur hæc lapis ſuper lapidem, qui non deſtruatur. Sedente autem eo ſuper montem Oli- ueti, acceſſerunt ad eum diſcipuli eius ſecretò, dicentes: Dic nobis, quãdò hæc erunt? & quòd ſignum aduentus tui & cõſummationis ſeculi? Et reſpon- dens Ieſus, dixit eis: Videte, nè quis vos ſeducat. multi enim venient in nomine meo, dicentes, Ego ſum Chriſtus: & multos ſeducent. Audituri enim eſtis prælia, & opiniones præliorum. Videte nè turbemini, oportet enim hæc fieri, ſed nondum eſt finis: conſurget enim gens contra gentem, & res

& regnum in regnum, & erunt peſtilentiæ, & fames, & terræmotus per loca. hæc autem omnia, initia ſunt dolorum. Tunc tradent vos in tribulatione, & occident vos, & eritis odio omnibus gentibus, ppter nomẽ meum. Et tunc ſcandalizabuntur multi, & inuicem tradet, & odio habebunt inuicem. Et multi pseudo prophetæ ſurgent, & ſeducet multos. Et quoniã abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorum. Qui autem perſeuerauerit uſq; in finẽ, hic ſaluus erit. Et prædicabitur hoc Euangeliũ regni in vniuerſo orbe, in teſtimoniũ omnibus gentibus: & tunc veniet cõſummatio. Cũ ergò videritis abominationẽ deſolatiõis, q̄ dicta eſt à Daniele ppheta, ſtantẽ in loco ſancto: (q̄ legit, intelligat) tunc q̄ in Iudæa ſunt, fugiant ad mōtes: & Daniel. 9. qui in teſto, nõ deſcendat tollere aliquid de domo ſua: & qui in agro, non reuertatur tollere tunicã ſuã. Væ autem prægnantibus & nutrientibus in illis diebus. Orate autem, vt non fiat fuga veſtra in hyeme vel ſabbato: erit enim tunc tribulatio magna, qualis nõ fuit ab initio mudi uſq; modò, neq; fiet. Et niſi breuiati fuiſſent dies illi, nõ fieret ſalua omnis caro: ſed propter electos breuiabuntur dies illi. ¶ Tunc ſi quis vobis dixerit, Ecce hic eſt Chriſtus aut illic, nolite credere: ſurgent enim pseudo-chriſti & pseudo-prophetæ, & dabunt ſigna magna & prodigia, ita vt in errore inducatur (ſi fieri poteſt) etiam electi. Ecce prædixi vobis. Si ergò dixerint vobis: Ecce in deſerto eſt, nolite exire: Ecce in penetralibus, nolite credere. Sicut enim fulgur exit ab oriente, & paret uſq; in occidentem, ita erit & aduentus filij hominis. Vbi cunq; fuerit corpus, illic congregabuntur & aquilæ. Statim autem poſt tribulationem dierum illorum ſol obſcurabitur, & luna non dabit lumen ſuum, et ſtellæ cadent de cælo, et virtutes cælorum cõmouebuntur: et tunc parebit ſignum filij hominis in cælo, et tunc plangent omnes tribus terre, et videbunt filium hominis venientem in nubibus cæli cum virtute multa et maiestate. Et mittet angelos ſuos cum tuba et voce magna, et congregabunt electos eius à quatuor ventis, à ſummis cælorum uſque ad terminos eorum. Ab arbore autem ficæ diſcite parabolam: Cũ iam ramus eius tener fuerit, et folia nata, ſcitis quia propè eſt æſtas: ita et vos, cũ videritis hæc omnia, ſcitate quia propè eſt in ianuis. Amèn dico vobis, quia non præteribit generatio hæc, donec omnia fiant. Cælum et terra tranſibunt, verba autem mea non præteribunt. De die autem illa et hora nemo ſcit, neque angeli cælorum, niſi ſolus pater. Sicut autem in diebus Noæ, ita erit et aduentus filij hominis: ſicut enim erant in diebus ante diluuium comedentes et bibentes, nubentes et nuptui tradentes, uſq; ad eum diem, quo intrauit Noë in arcam, et non cognouerunt, donec venit diluuium, & tulit omnes: ita erit et aduentus filij hominis. Tunc duo erunt in agro, vnus aſſumetur, & vnus relinquetur: duæ molentes in mola, vna aſſumetur, & vna relinquetur: duo in lecto, vnus aſſumetur, & alter relinquetur. Vigilate ergò, quia nescitis qua hora Dominus venturus ſit. Illud autem ſcitate, quoniam ſi ſciret paterfamiliãs, qua hora ſur- venturus

urus esset, vigilaret utique, & non sineret perfodi domum suam. Ideo & vos estote parati, quia nescitis qua hora filius hominis venturus est. ¶ Quis putas est fidelis seruus & prudens, quem constituit Dominus supra familiam suam, ut det illis cibum in tempore? Beatus ille seruus, quem, cum venerit Dominus eius, inuenerit sic facientem. Amen dico vobis, quoniam super omnia bona sua constituet eum. Si autem dixerit malus seruus ille in corde suo, Moram facit Dominus meus venire: & coeperit percutere conseruos suos, manducet autem & bibat cum ebriosis: veniet Dominus serui illius in die qua non sperat, & hora qua ignorat, & diuidet eum, partemque eius ponet cum hypocritis: illic erit fletus & stridor dentium.

IN CAPVT XXIII.

Et egressus Iesus de templo, ibat.] Ipsi gestu & facto innuens, quid esset euenturum. Et Iosephus scribit, quod tumultuantibus aliquando in templo Iudeis, audita sit vox, quae diceret, Eamus hinc.

Et accesserunt discipuli eius etc.] Audiuerunt discipuli mentionem fieri vastationis, propterea admirari coeperunt atque dolere, si tanta structura, tam celebre templum, tantaque ciuitas sic deserenda esset à Deo, tradendaque gentibus ad euertendum. Dominus igitur Iesus expressit hoc illis praedicat, & grauius inculcat.

Sedente autem eo super montem Oliueti, accesserunt ad eum secreti discipuli.] Marcus nominatim quatuor adisse eum scribit, Petrum, Iacobum, Iohannem, & Andream. Quod autem secreti adierunt, ideò fecerunt, quia de rebus magnis & occultis erant interrogaturi.

Dic nobis, Quod hoc erunt? & quod signum aduentus tui & consummationis seculi.] Tria interrogant, ut Hieronymus & Hilarius admonet, quo tempore Hierusalem destruenda sit, quando ipse venturus, & quando futura sit consummatio seculi. Ad haec ita respondet eis, ut non tam curet ordinem interrogatorum, quam interrogantium utilitatem. Ante omnia enim admonet eos, ut sibi caueant ne decipiantur à pseudo prophetis & pseudochristis: qualis erat Dositheus quidam Samaritanus, qui ausus est dicere se esse prophetam à Mose praedictum: & Simon Magus se magnam Dei virtutem nominabat. Quae autem dicit, omnia de excidio Hierosolymitano interpretatur Chrysostomus, & hunc secuti Theophylactus & Euthymius. Neque enim nunc de illis bellis loqui videtur, quae in alijs mundi partibus erant gerenda, (Nihil enim noui dixisset, quum omnes aetates ferè & nationes ab initio mundi, bellorum motibus infestatae fuerint, & vsque ad consummationem eiusdem sint infestatae) sed quae Vespasianus ac Titus contra Iudaeos erant moturi, concitaturi multos reges multasque

gentes socias ad arma. Quo bello Iosephus putat nullum vnquam fuisse grauius. His consonat expositio beati Hilarij. Eusebius etiam Eccl. hist. lib. 3. cap. 7. de eodem intelligit. Diuus Hieronymus etiam ad ea quae mundi consummationem praecedent, extendit: aitque non tantum secundum literam bella per totum orbem praecessura consummationem illam, verum etiam secundum spiritum contentiones hereticorum, pestes venenatae doctrinae, famem audiendi verbum Dei, & commotionem vniuersae terrae significari. Non est consultum, nos in inquirendis temporibus & momentis temporum esse curiosos. Sic enim Apostolis interrogantibus, an in tempore hoc restitueret regnum Israel, respondit Dominus: Non est vestrum nosse tempora vel momenta, quae pater posuit in sua potestate. Ab initio mundi ita factum est, ut enormitate peccatorum, exceperit afflictionum enormitas. Hoc de diluuiio legimus tempore Noe, Gen. 6. & 7. Hoc de Sodomis, Gen. 18. & 19. Hoc de tot afflictionibus Iudaeorum, nunc in Aegypto, nunc in deserto, nunc in Babylone: Quod igitur Iudaeis euenit, repudiantibus Dei mandata, & nolentibus recipere Christum, sed induratis in suis sceleribus: hoc eueniet toti mundo, quum enormitate peccandi coeperit Iudaeos imitari. Quum reiecta ratione, reiecto iure, reiecta lege charitatis, coeperimus more Gigantum omnia vi gerere, peribimus more Gigantum. Si spiritu extincto, coeperimus viuere secundum carnem, & in foedas monstrosasque, prurpere libidines, peribimus more Sodomitarum. Si abnegantes Deum, coeperimus adorare vitulum aureum: hoc est, fiduciam nostram à Deo in aurum & argentum conuertere, peribimus cum Israelitis. Idem de ceteris sentiendum. Nobis, quocumque tempore, quacumque aetate vixerimus, adherere Deo bonum est, ponere in Domino Deo spem nostram, nihil curantibus, vtrum dies iudicij longè an propè adsit, scientibus, quod Deus fidelis est ac potens, ad eripien-

eripiendum suos ex omnibus afflictionibus ac tationibus: quemadmodum beatos illos Noe, Loth, & innumeros alios eripuit. Quid enim prodest mihi, diem scire iudicij? inquit in Lucam Ambrosius. Quid mihi prodest tantorum conficio peccatorum, si Dominus veniat, nisi veniat in meum animum, redeat in meam mentem, nisi viuat in me Christus, in me Christus loquatur? Hostibus omnes cincti sumus vndique, quae diu corpus hoc mortale circumferimus. Militia est enim vita hominis super terram, inquit Iob. Hoc scire, hoc cogitare, ad hanc militiam exerceri nos affluere, in primis nostra interest. Hoc si (oculis interea semper sublati ad dominum, à quo nobis auxiliu) magna constantia fecerimus, nunquam nos illa mala de quibus hic agitur, inopinatos oppresserint, neque subuertere potuerint. Templum illud hierosolymitanu, corporale erat ac visibile, vna cum ipsa lege, cum caeremonijs, azymis, victimis, & ipso pascha. Illa oportuit destrui, ut succederet templu spirituale, spirituales lex, spirituale pascha, spiritualia omnia quae hic coniuncta fuerunt. Quia Christum ipsum, secundum carnem necessè erat mori, ut salus nobis sit in Christo spirituali. Et nobis expedit, ut terrestribus domus huius habitationis dissoluatur, ut aedificationem à Deo recipiamus, domum non manufactam, sed aeternam in caelis. Atque hoc ipsum ex illis omnibus, tanquam imaginibus quibusdam docemur, nimirum ut animos ex his terrenis, caducis & momentaneis, attollamus ad caelestia, quae permanent in aeternum. Quod accidit Hierosolymae illi Palestinae cum suo templo, id accidit toti huic mundo. Quapropter suspicor dominum veluti de industria intricatus de his esse locutus, ut his contemptis, quasi non admodum ad nos pertineat, quod quidque illorum sit futurum, assurgamus ad illa caelestia, ubi nobis parata est habitatio firma atque aeterna. A qua ne aberremus, hoc nobis summo studio curandum esse atque agendum admonet. Propterea ita respondet:

Videte ne quis vos seducat.] s. Mentitus aduentum meum.

Audituri autem estis bella.] s. siue Romanis contra Hierosolyma insurgentibus: ut Chrysost. & ceteris, quos dixi, placet: siue alijs regnis & gentibus contra alios, ut Hieronymo videtur. Nam vtrumque futurum erat.

Videte ne turbemini.] s. putantes instare tempus illud extremu: sed potius obfirmate animos vestros, ut intrepidè, quicquid euenierit, expectare possitis & sustinere.

Coniurget enim gens contra gentem, & reg.] Quod ad Hierosolymitanum illud bellu atinet, non est dubium, quin vtraque pars habu-

erit regna & gentes sibi confederatas & socias. De ceteris quid attinet dicere? quae videmus & experimur ipsi.

Hac autem omnia, initia sunt dolorum.] *ἡ ἀρχὴ τῶν πένθους.* Porro *ἡ ἀρχὴ τῶν πένθους*, proprie dolor est parturientis. Quapropter D. Hieronymus admonet, rectius potuisse transferri, parturitionum, quam dolorum: ut quasi conceptus quidam aduentus Antichristi, non partus, intelligatur.

Tunc tradent vos in tribulationem etc.] Hac facta esse apostolis, & horum discipulis ante vastationem Hierosolymae, satis loquuntur Acta apostolorum & Historiae Ecclesiasticae. Quod si placeat referre ad ea quae consummationem mundi praecedent, sub apostolorum persona intellige omnes credentes, iuxta D. Hieronymi sententiam.

Et tunc scandalizabuntur multi.] Nimirum alio aliud docente, alio aliud credente, & mutuo se, propter fidei diuersitatem, suspectos habentibus.

Et inuicem tradent.] Aded ut frater etiam fratrem in mortem sit traditurus, & pater filium: & filij in futurum sint aduersus parentes, ac morte eos affecturi, ut scribit Marcus, & item Lucas.

Et multi pseudoprophetae surgent.] Hoc est, qui mentientur se esse prophetas, quum non sint, quae admodum de pseudopostolis scribit Paulus: Nam eiusmodi pseudopostoli sunt operarij subdoli, transfigurantes se in apostolos Christi. Et non mirum. Ipse enim satanas transfiguratur se in angelum lucis.

Et quonia abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorum.] Multorum, ait, non omnium. In his enim qui ingenuè & ex animo amant sponsum, aquae multae non poterunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illam. Cantic. 8. Et Paulus ingenti animo ausus est dicere, Quis nos separabit à charitate Christi? tribulatio? an angustia? &c.

Et predicabitur hoc Euangelium regni in vniuerso orbe.] Hoc verbo consolatur eos, quod quantunus hic sauiat mundus, sauiant tyranni, sauiat ipse satan diabolus, non tamen poterunt prohibere cursum Euangelice doctrinae, quod minus vniuersum orbem terrarum occupet.

In testimonium omnibus gentibus.] Hoc est, in redargutionem & condemnationem eorum qui non crediderint. Nam qui crediderint, aduersus incredulos testabuntur, & condemnabunt eos, inquit Chrysostomus.

Et tunc veniet consummatio.] Hoc est, euersio Hierosolymae ac templi, ut Chrysostomus, Theophylactus & Euthymius interpretatur.

dd Nam

Nam prædicatio euangelij in totum mundum peruenisse videtur, priusquam Hierusalem euerteretur. Sic enim scribit Apostolus Coloss. 1. Quod prædicatum est in vniuersa creatura, quæ sub cælo est, cuius factus sum ego Paulus minister. Et si ipse Paulus ab Hierosolymis incipiens, per Asiam, per Græciam, per Illyricum, omnia doctrina Euangelica repleuit, in ipsam vsq; Hispaniam: quid putamus fecisse ceteros, qui adhuc erant numero duodecim? Quod si apostoli ipsi nõ peruenierunt ad omnes, ex illis tamen ad quos peruenierunt, omnes potuerunt opinionem fidei percipere. Quam quid vetat cum Origene, Hieronymo, & alijs quibusdam doctis viris, de consummatione seculi accipere? Aut (si quis affectet utrunque retinere sententiam) sic interpretari: Tunc veniet consummatio, principio Hierosolymæ, deinde mundi totius? Erat enim, ut iam paulò antè diximus, idem vtrique euenturum. Hierosolyma per Vespasianum, Titum, & Hadrianum vastanda, ecclesia verò per Antichristum. Neq; verò oportet illud, tunc, adstringere ad momentũ aliquod temporis. Sed quã illa quæ dixit, facta fuerint, tunc veniet consummatio, non subito quidem, sed per suos gradus atq; successus. Nostra ætate Iohannes Eckius, vir magnæ doctrinæ, vtrunq; de eo loquantur inimici eius, in Euangelium dominicæ 26. post Pentecosten, Homilia 1. hæc simul de excidio Hierosolymitano & interitu mundi intelligit: Siquidem (inquit) quod in particulari factum est in excidio regni Iudaici, id ipsum fiet quoquẽ in interitu & consummatione totius mundi.

Quam ego videritis abominationem desolationis. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100. Abominatione hæc variè interpretantur. diuus Ambrosius in Lucam ait, Iudæos putasse abominationem desolationis factam esse expugnata Hierosolyma, eò quod caput porci in templum iecerint, illudentes Romani Iudaicæ ritum obseruatiæ. Quod ego, inquit, nec furens dixerim. Ex patribus fidei orthodoxæ quidam idolum interpretantur. Et horum alij statuam Cæsaris intelligunt, quam Pilatus in templo posuit: de qua re multa Iosephus lib. 18. cap. 4. Alij Hadriani equestrem statuam, quam suo etiam nunc tempore in ipso sancto sanctorum loco stetit scribit Hieron. Nobis maximè probat, quod

Ambrosi. D. Ambrosius in Lucã scribit, his verbis: Abominatio desolationis, execrabilis aduētus antichristi est: eò quod sacrilegijs infaustis mentium interiora contaminet, sedens iuxta historiam, in templo, ut sibi diuinæ vendicet solium potestatis. Quapropter locus Danielis, quem hic attingit Dominus, non videtur esse

ille, qui est cap. 9. vbi palam loquitur propheta de passione Christi, & Iudæorum dissectione, de excidio Hierusalem, & quæ his coniuncta sunt. Ea propheta ita clauditur: Et erit in templo abominatio desolationis, & vsque ad consummationem & finem perseverabit desolatio. Abominatio autè desolationis de qua hic loquitur Dominus, breuis erit, quod ex ipsius Domini verbis colligitur, vbi ait: Et nisi decurtati fuissent dies illi, non fieret salua omnis caro, &c. Arbitramur ergò de hac loqui prophetam cap. 12. vbi sic legimus: Vade Daniel, quia clausi sunt, signatiq; sermones vsq; ad præfinitũ tempus. Eligentur & dealbentur, & quasi ignis probabuntur multi. Et impiè agent impij, neq; intelligent omnes impij. Porro docti intelligent, & ad tempore cum ablatum fuerit iuge sacrificium, & posita fuerit abominatio in desolationem, dies mille ducenti nonaginta. Beatus qui expectat, & peruenit vsque ad dies mille trecentos triginta quinque. Hæc manifestè citra controuersiam de Antichristi temporibus dicta sunt apud prophetam. Desolatio templorum nostra etiam ætate multis locis facta est. Defecerunt multi à fide, attendentes spiritibus erroris & doctrinis dæmoniorum: quod futurũ esse prædixit Apostolus primò ad Timotheũ quarto. Cæperunt multi discedere ab Ecclesia catholica, ab Imperio Romano: quod futurum innuit idem apostolus secundò Thessalonicensi secundo. Quam multi cæperunt auferre iuge illud ac sacrosanctum sacrificium, quo per orbem terrarum Ecclesia credentium offert Deo patri corpus ac sanguinem agni immaculati, domini nostri Iesu Christi. De quo sanctus ille martyr Methodius, quem diuus Hieronymus citat, prophetauit his verbis: Tolleretur honor à sacerdotibus, & supprimeretur ministerium Dei, & quiescet omne sacrificium ab Ecclesijs: & erunt sacerdotes sicut populus in eodem tempore. Hæc illi qui docti sunt à spiritu Dei, facillè intelligunt. Impij verò impiè pergunt agere, neq; intelligentes, quantum luculenter dicta, neque videntes, quæ palam ante ipsorum oculos, adeoq; ipsorum sceleratis manibus geruntur.

Tunc qui in Iudæa sunt, fugiant ad Cæc. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100. Hæc si de vastatione Iudææ accipias, quæ à Vespasiano ac Tito facta est, secundum literam manifestus est sensus, nempe tantam fore persecutionem, ut qui vitæ suæ consultum velint, omnibus relictis fugiant, neque ad relictã respiciant. Sin de persecutione quam faciet Antichristus, hac quoquẽ ratione qui in Iudæa sunt, ad montes fugere monentur: quia propius iste Iudæorum erit error, (inquit Hilarius)

rius) ut qui veritatem respuerunt, suscipiant falsitatem. Quamobrem ab illorum contagio fugiendũ est. Sed propius ad spiritualem sensum accedamus. Nulla est ætas, quæ non habeat suos antichristos. Nunc antichristi multi sunt, inquit Iohannes. Veniet quidem tyrannus ille suo tempore: interea tamen suos habet ministros & præcursores, per quos electos Dei oppugnat. Pugnatur enim non solum draco ille, sed & angeli eius cum illo, Apocal. 12. Quotiescunq; itaque tyrannidem illius sentimus, vel in ipso, vel in satellitibus eius, siue in minis ac terroribus depredationum, captiuitatum, suppliciorum, ipsius denique mortis, siue in blanditijs, dolosis promissis, & hæretica doctrina: fugiamus, si humi adhuc repimus, in montes: quemadmodum propheta, Leuauit, inquit, oculos meos in montes, vnde veniet auxilium mihi. si iam in sublimi tecto sumus, nõ respiciamus ad hæc terrena: hoc est, si ad sublimem illam virtutum perfectionem conscendimus, nõ demittamus nos rursus in vitiorum sordes. Si quis amplexus est vitam spiritualem, si quis proposuit, si quis vult in castitate & beato illo ocio, quod curis huius mundi vacat, seruire Deo, nõ cogitet se rursus in has sordes demittere. Spirituallyter enim hæc intelligenda esse vel hinc facile est colligere, quod absurdum sit illi qui in tecto est, præcipere nõ descendat, quum eundem doceat fugere. Hoc & Hilarius admonuit. Qui in agro est, egressus iam domum terrenam, & in operatione nominici præcepti occupatus, ut Hilarius exponit, nõ cogitet redire, ut hinc tollat aliquid de illis quæ semel reliquit, sed fugere pergat ad illam celestem, ad quam persecutor nõ poterit appropinquare. Imitemur mulierem illam, de qua in eodẽ Apocalypseo loco Iohannes, Et mulier, inquit, fugit in solitudinem, vbi habebat locum paratum à Deo, ut ibi pascat eam diebus mille ducentis sexaginta. Ad hanc fugam datæ illi sunt alæ duæ aquilæ magnæ, ut volaret in desertum in locum suum, vbi alitur per tempus, & tempora, & dimidium temporis, à facie serpentis. Hoc est, per annum, & duos annos, & dimidium vnus anni. Tam diu enim sauiet bestia ipsa, cui data est potestas facere menses quadraginta duos, Apocalypsis decimotertio, quod exactè cõsonat diebus mille ducentis nonaginta, qui sunt in Daniele.

Væ autem pregnantibus & nutrientibus in il. d.] Prægnantibus, quia onus abijcere non possunt: nutrientibus, seu lactantibus, quia tenerius amant, quam vt abijcere velint: & tamen celeriori opus erit fuga, quam ab onustis

fieri queat. Horrendum est, quod in obsidione Hierosolymitana factum scribit Iosephus, & ex hoc Eusebius lib. tertij capit. sexto Historiæ ecclesiasticæ, de muliere quæ suũ ipsius infantem coxit, assauit, & edit. Mulieris nomen, patrem, & patriam exprimit Iosephus, & item Eusebius. Mulier dicta fuit Maria: pater Eleazar, de nobili familia, patria Bethsobe. Et nõ quis incredibile putet, Ieremias Threnorum quarto hoc futurum iam olim cecinerat, his verbis: Manus mulierum misericordium coxerunt filios suos: facti sunt cibus earum in contritione filiarum populi mei. Sunt & prægnantes animæ, inquit Augustinus in Psalmũ nonagesimũ quintum, quæ spem conceperunt in hoc seculo: & lactantes, quæ quod concupièrunt, adeptæ sunt, nec possunt relinquere, ut auari pecuniam &c. Talibus igitur erit utique vax, quum superueniente persecutione opus erit celeri fuga. Sunt etiam animæ, quæ recens concepto verbo D E I, incipiunt quidem intus alere fœtum iustitiæ: sed superueniente persecutione, embryon adhuc informe abortiunt: de quo vel cauendo vel puniendo, vide Exodi caput vigesimum primũ. Sunt quæ peperunt quidem, sed nondum ablactarunt cum Sara, ut solidum virtutis cibum possint concoquere. Meritò itaque Abraham, cum Sara ablactaret filium Isaac, magnũ exhibuit epulũ, Genes. vigesimoprimo. Quapropter demus & nos operam, ut fidei & charitatis fœtus citò in nobis crescant, & adulescant in robur virile, ut vel fugere possimus, si sit fugiendum: vel si cominus congregiendum cum hoste, possimus resistere. Huc Diui Ambrosij & Hieronymi interpretatio tendit.

Orate autem, ut non fiat fuga vestra hyeme vel sabbato.] Hyeme temporis asperitas & breuitas lucis incommoda sunt fugientibus, & in montibus ac solitudinibus lactantibus. Sabbato religio vetat fugere longius, putà non vltra duo millia passuum. Sed est hyems quædam spiritualis, quæ dõ extincto charitatis feruore, & abbreviata fidei luce, neque via videri potest, neque locus inueniri, in quo quis queat consistere: quod omnia odiorum, irarum, seditionum, tumultuum atq; bellorum tempestatibus horreant. Est & execrabile sabbatum, quando homines ab operibus bonis cessantes, ocio ignauissimo, gulæ, ebrietati, & fastui huius mundi se dedunt, iuxta prouerbum, Ignauis semper feriat. Quamobrem deprecemur Dominum D E V M, ut seruet nos, atque in vera fide & charitate confirmet, nõ fuga nostra in talem hyemem, aut sabbatũ tale incidat.

Erit enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi usque modo, neque fiet. Non opinor in vllis historijs horribiliora legi, quae apud Iosephum de excidio Hierosolymitano leguntur. Et tamen apparet, dominum hic non tam de illa afflictione loqui, quam de ea quae fiet Antichristi tempore. Videtur enim loqui de afflictione, non vnus Iudaeae, sed vniuersali totius mundi. ait enim, Et nisi abbreviati fuissent dies illi, non fieret salua omnis caro. Præterea futurum dicit, vt abbrevientur propter electos. Sed Hierosolymae qui fuerant electi, diuinitus moniti, reliquerant urbem priusquam obsideretur. Neque illi dies sunt abbreviati: sed durauerunt, donec funditus euertetur vrbs: & desolatio in hodiernum vsque diem durat. Dies autem tyrannidis Antichristi abbreviabuntur, vt non sauiat ultra mille ducentos nonaginta dies. Quare puto Dominum potissimum loqui de afflictione, quae huius temporibus fiet. Chryso-
Chryso-stomus tamen, Theophylactus, & quidam alij, omnia quae hucusque dicta sunt à Dño hoc quidem capite, de solo excidio Hierosolymitano interpretantur. Quae verò hinc sequuntur, vbi ait: Tunc si quis vobis dixerit, Ecce hic CHRISTVS &c. de Antichristi temporibus, & secundo Christi aduentu, & consummatione seculi: admonentque illud, Tunc, non adstringi ad ea quae hucusque sunt dicta: sed pertinere ad tempus quo futura sunt, quae secunda parte quaestionis continentur, quae dixerant discipuli, Et quod signum aduentus tui & consummationis seculi?

Tunc si quis vobis dixerit, Ecce hic Christus, aut illic, nolite credere. Diuus Hieronymus ait, multos captiuitatis Iudaicae tempore principes extitisse, qui se Christos esse dicerent, in tantum, vt oblidentibus Romanis, tres intus fuerint factiones. Melius tamen haec de consummatione mundi intelligi monet. Nam pseudoprophetae & pseudochristi illi, de quibus hic loquitur Dominus, eo erunt formidabiliores, quod signis & prodigijs dementabunt homines. Hoc autem extremis temporibus facturum Antichristum aperte scribit Paulus his verbis: Cuius est aduentus secundum operationem satanae, in omni virtute & signis & prodigijs mendacibus, & in omni seductione iniquitatis ijs qui pereunt, eo quod charitatem veritatis non receperunt, vt salui fierent. Iohannes quoque, Et fecit signa magna, inquit, vt etiam ignem faceret de caelo descendere in terram in conspectu hominum, & seduxit habitantes in terra propter signa, quae data sunt illi facere in conspectu bestiae, &c.

Chryso-

2. Theff. 2.

Apocal. 13.

Quanta nobis igitur incumbit necessitas vigilandi atque orandi, ne nos illa bestia seducat ac rapiat, quum tam multos etiam videamus, qui seduci se patiuntur sine vllis signis, libertatem duntaxat carnis sectantes? Legimus quidem de Simone mago, quod magna fecerit signa, vt quod hominem decollatum, (vt imperitis spectatoribus, deceptis arte demonum, videbatur) paulo post exhibuerit viuum. Et Apollonius ille Tyanæus fecit, vt arbores ire, & columnæ loqui viderentur. Sed omnia illa prestigijs diaboli facta sunt. Sic & ipse Antichristus omnia imposturis demonum facturum est. Deus autem non patietur electos suos, hoc est, eos qui ex animo veritatem amant, vt eam cognoscant & faciant, in errorem abduci. Propterea quum ait, ita vt in errorem inducantur etiam electi: interijcit conditionem, si fieri possit. quasi dicat, Non potest hoc fieri, non permittente videlicet DEO.

Eccè praxi vobis. f. vt caueatis.

Si ergo dixerint vobis, Ecce in deserto est, nolite exire &c. Verus Christus in primo suo aduentu natus est in loco obscuro, & humilitate mirabili. In eadem humilitate vitam hanc finiuit. Post resurrectionis verò gloriam statim innouit toti mundo. Is denuo venturus est in tanta maiestate, gloria, & claritate, vt suo iurare tanquam fulgure, subito complexurus sit totum orbem. Nequaquam igitur audiendi sunt, qui ad haereticorum latibula nos inuitant, quasi ibi lateat CHRISTVS, qui neque ipse in occulto docuit quicquam, sed palam coram omnibus locutus est: neque discipuli eius, quod satis ex Actis Apostolorum cognoscimus. Quid nostra aetate machinati sint anabaptistae, & multi alij, non est obscuro. Qui Deo vero filius, eiusque gratia fretus, constanter manserit in his, quae in Ecclesia catholica à sanctis Deiministris didicimus, in his vsque in finem perseverauerit, hic saluus erit.

Vbi cunquē fuerit cadaver, illuc congregab.

Quasi dicat: Si brutae volucres statim olfaciunt cadaver, & aduolant: quanto magis electi mei, qui in me crediderunt, fiduciam suam & spem in mea passione fixerunt, aduolabunt ad conuersionem gloriosi illius mei aduentus, quando illos qui hic mearum afflictionum & mortis fuere participes, reddā & gloriae meae consortes? Ne itaque metuatis, ne in tanta rerum confusione sitis à me separandi.

Statim autem post tribulationem dierum illorum. Iohan-

Iohannis Apocalypsis. 8. ait: Et quum aperuisset sigillum septimum, factum est silentium in caelo quasi media hora. Per mediam hanc horam quidam intelligunt tempus, quod erit inter mortem Antichristi, quem Dominus noster Iesus Christus interficiet spiritu oris sui, & diem extremum.

Theff. 2.

Sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum. Enumerat signa, quae praecedent diem illum Domini: quorum primum erit in sole, luna, stellis, & virtutibus caelorum. Ioel etiam ait cap. secundo: Sol conuertetur in tenebras, & luna in sanguinem, antequam veniat dies Domini magnus & horribilis. Iohannes etiam vidit solem factum nigrum, tantam faccum cilicinum: & lunam totam factam sicut sanguinem, & stellas de caelo cecidisse super terram.

Apocal. 6.

isa. 13.

Mat. 27.

isa. 13.

Apocal. 6.

Esaias quoque, Ecce, inquit, dies Domini venit crudelis & indignationis plenus, & ire furorisque: ad ponendum terram in solitudinem, & peccatores eius conterendos de ea. Quoniam stelle caeli & splendor earum non expandent lumen suum: obtenebratus est sol in ortu suo, & luna non splendet in lumine suo. Tenebrae etiam factae sunt super vniuersam terram ab hora sexta vsque ad nonam, quum pateretur Dominus. Haec omnia partim facta sunt, partim fient propter enormitatem scelerum, quae prouocant iram DEI: quod clare expressit Esaias, quum ita subijceret: Et visitabo super orbem mala, & contra impios iniquitatem eorum: & quiescere faciam superbiam infidelium, & arrogantiam fortium humani liabo. Vnde apud Iohannem in Apocal. dicunt montibus & petris, Cadite super nos, & abscondite nos à facie fedentis super thronum, & ab ira Agni. Quam obrem & illud credibile est, non ipsa sidera lumen suum reuera esse amissura: sed sceleratos homines praeterroris magnitudine sensum illorum esse amissuros. Sic enim sensisse mihi videtur Diuus Hieronymus, in decimotertio cap. Esaiæ scribens, quum propheticorum verborum hunc ait esse sensum, quod quum dies Domini crudelis aduenerit, & furor eius vniuersa vastarit, praeterroris magnitudine mortalibus cuncta tenebescant, & sol ipse, & luna, astraque rutilantia, suum videantur negare fulgorem. Chryso-stomus etiam, Theophylactus, & Euthymius in hunc Euangelistae locum scribentes, negant obscurationem hanc solis, de qua hic loquitur Dominus, ita debere intelligi, quasi sol ipse destruendus sit, aut aliquid huiusmodi passurus: sed quod luce illius aduentus superatus, ita videri ab hominibus nequeat, vt nunc videmus oriente sole, caetera sidera quodammodo euanescere. In

eandem sententiam interpretatur Diuus Hieronymus, confirmans insuper interpretationem suam verbis Esaiæ cap. tricesimo, vbi sic ait: Et erit lux lunae, sicut lux solis: & lumen solis erit septuplum, sicut lux septem dierum, in die qua alligauerit Dominus vulnus populi sui &c. Consequentur enim sol & luna etiam in illo die premia laboris sui, vt in illum locum ait Hieronymus. Et Paulus dicit, quod expectatio creaturae reuelationem filiorum Dei praestolatur. Sed vtinam nos ita vitam nostram institueremus, vt ab illis terroribus, de quibus iam audiimus, tuti, mereremur in illorum esse numero, quibus dixit: His autem fieri incipientibus, respicite & leuate capita vestra, quoniam appropinquat redemptio vestra.

Rom. 8.

Luc. 11.

Et stella cadent de caelo. Hoc est, propter fulgura & alia his similia, quae tunc fient, cadere videbuntur.

Et virtutes caelorum commouebuntur. Hoc est, Etiam caelestes illi exercitus angelorum horrebunt, videntes eiusmodi creaturae mutationem: Deum in terram descendentem: homines autem vniuersos, qui ab initio fuerunt, à mortuis fuscitari, vt rationem reddant cunctorum quae in vita operati sunt. In hanc sententiam Chryso-stomus, Theophylactus, Euthymius & Hieronymus. Diuus Ambrosius in Lucam omnia interpretatur mysticè, seruata tamen vera serie prophetiae, & integra causa mysterij, (hoc enim ipsius est verbum) quod & captiui Iudaei secundo in Babyloniā Assyriamque ducentur, captiui in toto erunt orbe, quia negauerunt Christum: & Hierusalem quae videtur, ab hostili exercitu calcabitur &c. Postea sol fidei Christianae obscurabitur, multis à fide deficientibus. Et Ecclesia, per lunam significata, quum lumini caelesti vitia carnis obsistunt, fulgorem diuini luminis de Christi radijs non potest mutuari. Cadent stellae, hoc est, patriarchae, prophetae, & caeteri illi sancti, de quibus Abrahæ dictum est: Quia sicut caelum fulget & stellae, sic & semen excidet hominibus, si persecutionis acerbitas conualescat. Nolim tamen dissimulare, esse inter doctos, qui virtutes caelorum interpretantur vnum ex nouem choris angelorum, quibus hoc nomen est inditum vt Virtutes dicantur, quod Deus horum vtatur ministerio ad operationes miraculorum: vt sit sensus Euangelij hoc loco, Deū excitaturū illū angelorū chorū ad perficiendum miracula, quae iudicium illud tum praecedent, tum comitantur. Neque desunt, qui putent virtutes caelorum hic esse potentias seu vires illas corporum caelestium, quarum influenza cun-

Ambrosi.

sta in hac elementorum regione nascuntur & intereunt. Ceterum non est, quod magnopere nos in hoc torqueamus, quoniam harum interpretatio sit verissima, quum sciamus omnes creaturas commorari ad illius diei aduentum, quanquam diuersissima ratione. Nam longè aliter commouebuntur, quibus certò parata est condemnatio cum aeterno gehennae incendio: atque illi, quibus dicturus est iudex, Venite benedicti patris mei, possidete regnum, paratum vobis ab exordio mundi. Rursum aliter angeli, videtes illa sic fieri, atque adeò illarum rerum ministris: aliter ipsa corpora celestia, & elementa sensu vacantia, quae igne repurgata, tanquam aurum à scoria, nouam accipient claritatem.

Matth. 15.

Et tunc apparebit signum filij hominis in caelo. Signum filij hominis, Chrysofostomus, & qui hunc sequuntur, crucem intelligunt, quae aut ipsò sole fulgentiore apparitura, ad redarguendum Iudaeos, qui regem suum, à Deo sibi celsitè missum, noluerunt agnoscere ut reciperent: sed eiecitum ex vrbe, crucifixum. Credunt etiam sancti Ecclesiae doctores, non solam crucem, verum etià cetera tela armaque, quibus cefum est laceratumque corpus Domini Iesu apparitura: puta columnam, cui alligatum flagellatum: ipsa quoque flagella, spineam coronam, clauos, spongiam aridini impositam, lanceam, & quicquid earum rerum est: quae omnia comprehendere possunt verbo, signum filij hominis. Haec enim omnia pro nobis pertulit in carne sua filius ille hominis. Quinetiam illud rectè monuerunt, signum crucis non tantum in caelo appariturum in illo die: verum etiam in frontibus singulorum hominum, quos ad salutem elegit Deus. Hoc ex eo colligunt, quod in Apocalypsi Iohannis, angelus ille, qui ascendebat ab ortu solis, habens sigillum Dei viui, clamauit voce magna quatuor angelis, quibus datum est nocere terrae & mari, dicens: Nolite nocere terrae & mari, neque arboribus, quoad usque signemus seruos DEI nostri in frontibus eorum. Et quod apud Ezechielem is qui atramentarium scriptoris gestabat, iussus est à Domino transire per mediam ciuitatem, & signare Tau super frontes virorum gementium & dolentium super cunctis abominationibus, quae sunt in medio eius. Ipse praeterea Dominus Iesus, vulnerum cicatrices in carne sua exhibebit, iuxta Zachariae vaticinium: Videbunt in quem transfixerunt. Quanquam enim haec prophetia partim impleta est, quum in cruce pendentis latus lancea fodit miles, vt in Euangelio scribit Iohan-

Apo. 7.

Ezech. 9.

Zach. 12.

Ioh. 19.

nes: tamen olim rediturus ad iudicium, in eodem illo suo corpore, tametsi iam glorioso, vestigium non solum illius vulneris, verum etiam ceterorum ostendit omnibus, & fontem frustra apertum incredulis exprobrabit, cuius profluuium sanari poterant. Quem admodum & apud Zachariam interrogatus, Zach. 12. Quid sunt plagae istae in medio manuum tuarum? respondet: His plagatus sum in domo eorum qui diligebant me. Quinetiam martyres illic vulnerum suorum vestigia proferet: Quod sentiens Diuus Augustinus de ciuitate Dei libr. vicesimo secundo, cap. vicesimo, sic scribit: Nescio quomodo sic afficimur amore martyrum beatorum, vt velimus in illo regno in eorum corporibus videre vulnerum cicatrices, quae pro Christi nomine pertulerunt: & fortasse videbimus. Non enim deformitas in eis, sed dignitas erit, & quaedam quanuis in corpore, non corporis, sed virtutis pulchritudo fulgebit.

Et tunc plangent omnes tribus terrae. Plangere, est tundere seu percutere. Ouidius: Plangere nuda meis conabar pectora palmis.

Sic solent, quibus dolor & luctus intolerabilis esse videtur. Zacharias etiam de planctu Hierosolymorum scribit, his verbis: In die illa magnus erit planctus in Ierusalem &c. Vide cap. duodecimum. Planctus verò de quo hic loquitur, erit incredulis & impijs, tam ex Iudeis, quam ex gentibus, necnon pseudochristianis & haereticis, quotquot noluerunt acquiescere sanae doctrinae & mandatis DEI. Sic enim Hieremie nono legimus: Quis est vir sapiens, qui intelligat hoc, & ad quem verbum oris Domini fiat, vt annunciet istud, quare perierit terra, & exusta sit quasi desertum, eò quod non sit qui pertranseat? Et dixit Dominus: Quia dereliquerunt legem meam quam dedi eis, & non audierunt vocem meam, & non ambulauerunt in ea. &c. Plangent, inquit Hieronymus, qui municipatum non habere in caelis, sed scripti sunt in terra.

Et videbunt filium hominis venientem in nubibus. In nube caelum ascendit: in nubibus redibit ad iudicium. Quamobrem angeli sic alloquuntur discipulos, Actorum primo: Hic Iesus, qui assumptus est à vobis in caelum, sic veniet quemadmodum vidistis eum euntem in caelum.

Cum virtute & gloria multa. uerè dicitur Christus dicitur non dicitur. Virtutem intelligit multitudinem caelestis illius exercitus innumerabilium angelorum, quibus stipatus veniet.

Et

Emittet angelos suos cum tuba &c. Euthymius admonet, ordinem narrationis hic esse inuersum: quod angelos emissurus sit, antequam appareat crux. Tubae etiam meminit apostolus 1. Corinth. 15. Canet enim tuba, inquit, & mortui resurgent incorrupti. Et 1. Thessalon. 4. Dominus in iussu & in voce archangeli, & in tuba DEI descendet de caelo: & mortui qui in Christo sunt, resurgent primi. Merito autem ait Dominus, cum tubae voce magna. Est enim verè magna vox tubae terribilis, inquit in epistolam ad Corinth. Chrysofostomus, cui omnia obediunt elementa, quae petras scindit, inferos aperit, portas aereas conterit, vincula mortis dirumpit, & de profundo abyssi animas erutas corporibus suis restituit.

Cor. 15.

Et congregabunt electos eius à quatuor ventis. In primis quidem electos Dei congregabunt, quibus hic honos debetur: quemadmodum & Paulus ait: Et mortui qui in Christo sunt, resurgent primi. Nam alioqui & reprobos congregabunt, quod ex 13. cap. Matthaei didicimus, vbi ait: Mittet filius hominis angelos suos, & colligent de regno eius omnia scandala, & eos qui faciunt iniquitatem, & mittent eos in caminum ignis: ibi erit fletus & stridor dentium. Non tamen haec tam interuallo temporum distinguimus, quam ratione dignitatis. Porro quod ait, à quatuor ventis: quatuor praecipuas mundi partes intelligit, orientem, occidentem, aquilonem, & meridiem: quibus totum mundum vult comprehendere. Quapropter tanquam per hyperbolen addidit, à summis caelorum vsque ad terminos eorum: Vt doceamur, neminem, vbicumque tandem ille sit, relictum iri.

Ab arbore autem fici discite parabolam. Apud Lucam etiam ceterae arbores adhibetur in parabola. Sic enim scribit: Videte ficulneam & omnes arbores: quum producant iam ex se fructum, scitis quoniam propè est aestas, &c. Quod diuus Ambrosius putat non sine mysterio factum: nempe quod ante diem iudicij, Iudaei, quos ficus significat, & omnes gentes, quas ceterae arbores, ad Christum sint conuertendi. quod quum factum fuerit, tunc in propinquo esse aetatem illam, quam nullam sequetur hyems, nullaque tempestas: sed qua sancti dei in summa tranquillitate & omnium bonorum affluentia, claritate regni sui perfruunt. Elicit & figuram luxuriantis peccati, ante aduentum hunc: quod folijs ait significari.

Amen dico vobis, quia non praeteribit generatio hoc. Ioh. 19. 11. Vox ista apud Graecos aliquan-

dò nationem seu gentem significat: aliquando aetate vel seculum. Vnde Nestor 1. 1. 1. id est, tres hominum aetates vixisse dicitur. Erasmus putat hic posteriori hac significatione accipiendum esse: ideoque vertit, Non praeteribit aetas haec. Sed fallitur, si veterum illorum, Hilarij, Hieronymi, Chrysofostomi, Theophylacti, & Euthymij sententiam audias. Theophylacti verba ascribam, quod plenam & luculentam sententiam breuibus comprehendunt. Generationem, inquit, hoc loco dicit, non eam quae tunc erat, sed fidelium, quasi hoc dicens: Nò praeteribit generatio fidelium, donec omnia haec fiant. Non enim quia auditis famem & pestilentiam, credatis quod generatio fidelium his malis intereat: sed permanebit, & nihil illi preualebit. Sunt qui haec omnia de sola captiuitate Hierusalem intellexerunt, & non de secundo aduentu. Vnde sic interpretantur: Non praeteribit generatio haec, hoc est, vera apostolorum generatio videbit Hierosolymorum calamitates. Haec Theophylactus, Hilarij verbum est: Atque vt fides certa esset futurorum, Amen dicendo, professionem veritatis adiecit, generationem nostram praeterire non posse, nisi vniuersa ista transcurrerent. Quum itaque hucusque non tantum de excidio Hierosolymitano, verum etiam de totius mundi loquutus sit Dominus, non dubitamus quin haec sit vera sententia horum verborum: Generatio meorum fidelium & electorum tam erit firma & inexpugnabilis, vt aduersus omnia haec mala sit duratura, omniaque superatura. Nam & ad Petrum dixit, Ego pro te orauit, vt non deficiat fides tua.

Hilarij

Theophyl.

Caelum & terra transibunt, verba autem mea non praeteribunt. Caelum & terra transibunt immutatione, non abolitione sui, inquit Hieronymus. Sensus verborum Domini est, auctore Theophylacto: Facilius est transire caelum, & terram aboleri, ac illa firma ac immobilia, quam vt aliquod ex meis dictis mendax sit. Ratio eius est, secundum Hilarium, quia caelum ac terra, quum ex nihilo sint facta, naturam habent, vt in nihilum redigi possint: Verba autem Domini, quum aeternam habeant originem, in aeternum permanere necesse est. Est autem hebraismus in verbis Domini.

De die autem illa & hora nemo scit, neque angelorum, nisi solus pater. In Marco additur, neque filius. Quod Diuus Hieronymus admonet, etiam in quibusdam codicibus Latinis fuisse additum apud Matthaeum: in Graecis, maximè Adamantij & Pierij, exemplaribus non haberi. Chrysofostomus verò etiam apud

apud Græcos legit & interpretatur, vt apud Latinos Hilarius. Similiter Augustin⁹ in multis locis. Interpretantur autem vnanimiter, q³ per tropum locutus sit: quasi nescire nobis dicitur filius, quod nō docet nos, quod nos celat. Quemadmodum ē contrario ad Abraham

Gen. 22. dixit: Nunc cognoui quod timeas Deum. Cognoui, inquam, i. te per experimentum id docui. Nam deus hoc etiam antē cognouerat. Sic

5. Iulianus & sanctus ille Iulianus Episcopus Toletanus lib. 3. prognosticōn cap. 1. Hoc ipsum, inquit, quod se dicit nescire, non arbitrandus est hoc ipse filius ignorare: sed quod sic sciat, vt nolit alijs dicere. Nam quum dicat idē Dominus

1. Esa. 63. per prophetam, Dies ultionis in corde meo: indicat se quidem scire, sed nolle hominibus indicare. Cuius rei rationem ostendit D. Hieronymus in commentarijs in hunc Euangelistæ locum, nempe quod non expediat nobis scire diem illum: nimirum vt semper incerti de aduentu iudicis, sic quotidie viuamus, quasi die sequenti iudicandi simus.

Nisi solus pater. Solus in ordine ad creaturas intelligitur, inquit Euthymius, non ad filium. Nam, vt ait Hieronymus, quod dicit patrem solum nō se, in patre comprehendit & filium.

Sicut autem in diebus Noe, ita erit & aduentus filij hominis. Hic D. Hieronymus querit, quomodo, quum supra scriptum sit, Surget gens contra gentem, & regnum contra regnum, & erunt pestilentia & fames & terremotus: nūc ea quæ pacis sunt, commemorat? Hanc questionem ita soluit, vt dicat iuxta Apostolum, quod post pugnas & dissensiones, pestilentias & fames & terremotus, & cætera quibus genus vastatur humanum, breui subsecutura sit pax, quæ quieta omnia repromittat, vt fides credentium comprobetur, an trāsactis malis, sperent iudicem esse venturum. Hoc est enim quod in Paulo legimus, Quandō dixerint, pax & securitas, tunc repentinus eis superueniet interitus, sicut dolor parturientis, & non effugient. Porro historia de Noë & diluuiō, nota est ex cap. 6. 7. & 8. Genes.

1. Theff. 5. Sicut enim erant in diebus ante diluuium comedentes & bibentes. D. Augustinus in Psal. 120. videtur quædam hic legisse, quæ nostræ ætatis exemplaria non habent. Sic enim scribit: Māducabant, bibebant, nubebant, vxores ducebant, nouellabant, ædificabant. Lucæ 17. etiam adducit exemplum Sodomorum, his verbis: Similiter sicut factum est in diebus Loth, edebant & bibebant, emebant & vendebant, plantabant & ædificabant: qua die autem exijt Loth à Sodomis, pluit ignem & sulfur de cælo, & perdidit omnes. Quid ergo? inquit D.

August.

August. in eundē illum Psal. Omnes peribunt qui ista faciunt, qui nubunt, qui vxores ducunt, qui nouellant, qui ædificant? Non. Sed qui de his presunt: sed qui ista Deo presunt: sed qui propter hæc offendere Deum citō parati sunt. At verō qui istis inanibus omnibus aut non vtuntur, aut vtuntur tanquā non vtentes, plūs presumentes de illo qui dedit, quā de his quæ data sunt, & intelligentes in his eius consolationem & misericordiā: & non sunt occupati donis, nē à donatore ruant: qui tales sunt, nō illos inuenit imparatos hora illa sicut fur: talibus dixit apostolus, Vos autem non estis in tenebris, vt dies ille vos tāquā fur comprehendat. Omnes enim vos filij lucis estis, & filij dei.

Tunc duo erunt in agro: vnus assumetur, & vnus relinquetur &c. His omnibus satis declarat, se nequaquam ignorare diem illum, sed nolle ab apostolis curiosè de hoc interrogari. Nā qui posset illum sic, quasi depictū in tabula, proponere discipulis, si ignoraret? Nouit sapientissimus præceptor, non expedire discipulis, scire quā propē aut longē absit ille iudicij dies: sed præstare, vt sint in excubijs, semperq; parati ad excipiēdum illum cum gaudio, cūm venerit. Quemadmodum enim incredulis & impijs labores & miseria augebit, ita credentibus & pijs finiet. Porro quod tria proponit paria hominum, è quibus alteri assumuntur, alteri relinquuntur: significat in omni vitæ genere, quod habet aliquam professionem, & bonos reperiri, & malos. Ac bonos quidem in illo die tāquā probos ac fideles famulos assumi in occursum domino aduenientis: malos tāquā perfidos ac reprobos, diabolo in prædam relinqui, cum illo ipso prædante tyranno ad æternos cruciatus condemnandi. Atq; illis quidem quos in agro fore dicit, Diuus Augustinus putat eos significari, qui presunt ecclesijs. Hos enim sæpè scriptura sacra comparat agricolis. Duabus autem molentibus in mola, plebem, seruilibus curis ac laboribus grauata. Nanq; molarum laboribus antiquitus destinatas fuisse ancillas, etiam liber Exodi indicat, vbi sic habet: Moriatur omne primogenitum in terra Aegyptiorū à primogenito Pharaonis, qui sedet in folio eius, vsq; ad primogenitum ancille, quæ est ad molam. Et quemadmodum in ecclesiarum presectis, alij suum negocium agunt, gregem sibi cōmissum aded non pascentes, vt etiam affligant, edentes & bibentes cum ebrijs, (vt paulō post dicit) alij in hoc sunt toti, vt gregem domini sui fideliter pascant, quā plurimos lucrifaciant, egrotata curent ac sanēt, & si quæ aberrarint, ad ouile reducant: ita in plebe, alij iustis laboribus

querunt,

querunt, quō non modō se, vxorem, ac liberos sustentent, verum etiam succurrant inopifratricialij per fas, per nefas, vndecunquē possunt, rapiunt & congerunt, quibus vel ad luxum, factum ac superbiam vitæ abutantur: vel quæ, ne vti quidem sustinentes, crescēt amorem nummi, quantum ipsa pecunia crescit, in arcam recludant, atq; deserto deo viuo ac vero, iniquo illi, sensu vitæq; carenti, Mamonē miserā ac foedam seruitutem seruiant. Iam illos qui sunt in lecto, homines quieti & ocio dediti interpretatur, quorum alij memores infirmitatis suæ, non audent graues actiones in se recipere: sed veluti in strato cubantes, duntaxat pijs votis non modō pro se, verum etiam pro fratribus, siue laborantibus, siue quiescentibus, sollicitè deprecantur. Atq; hi sunt qui assumuntur. Alij præ ignauia laborare nolūt: sed vel per hypocriam, vel per tyrannidē, aliorum laboribus quæstia deuorant. Hi sunt qui relinquuntur. Aegroti etiam in lectis decumbunt: quorum alij patienter ægritudinem suā ferunt, gratias agentes Deo, quod hic se faciāt participes afflictionum vnigeniti filij sui Iesu Christi, hinc etiam resurrectionis & gloriæ participes facturus. Atq; hi quidem assumuntur. Alij horum nihil agnoscunt, sed blasphemis cogitationibus & ore blasphemio Deum execrantur, qui permittat hominem ita cruciari. Hi cruciatibus æternis relinquuntur. Quin ex his qui toro coniugali vtūtur, alij ea castitate eoq; pudore vtuntur, vt mereatur assumi: alij tam impurè, vt mereantur relinqui. Monet etiam illud sapienter Augustinus, quod in vnoquoq; veluti pari hominum, vnū ait assumendum, alterum relinquendum: non eō pertinere, quasi dimidia pars generis humani seruanda sit, dimidiaq; condemnanda, vt neutra pars maior futura sit minorē altera: sed genera hominum duo in omni ordine & conditione esse, vnū bonorum, alterum malorū. Vt sciamus nobis fucatos homines esse ferendos, ad quamcunq; professionem nos conuerterimus. Ad quod nisi præparauerimus nos, inueniemus, quod non speraueramus: & vel deficiemus, vel perturbabimur. Interea quocunq; nos contulerimus, adiuigilandum nobis est, vt simus in illorum numero, qui assumuntur, non autem in illorum qui relinquuntur. Illud verō, quod postremum hoc par, putā eorū qui sunt in lecto, in exemplaribus Græcis nostra ætate non est, nec in quibusdā Latinis, quod annotauit Erasmus: non est q³ nos magnoperè moueat, quū apud Græcos Chrysofostomus, & apud Latinos Augustinus legant & interpretentur: & apud Lucam omnes habeant tam Græci quā Latini codices.

Iuuenal.

1. Theff. 5.

In Psal. 120.

Exod. 11.

Vigilate ergo, quia nescitis qua hora Dominus uenerit venturus sit. Ecce hæc est causa, quare uoluerit nos ignorare diem illum, nempe ut omni attentione excubemus, expectantes aduentum eius. Hoc est enim vigilare, non tam à somno, quo moderato quidem carere non possumus, temperare, quā ab omnibus illis, quæ cogitationem & mentis aciem degrauant, ac hebetant, quō minus erigere se, & in expectationem magnæ illius diei intendere queat. Hoc apud Lucam latius explicat, his verbis: Attendite autem uobis, nē forte grauentur corpora uestra crapula & ebrietate, & curis huius vitæ: & superueniat in uos repentina dies illa. Tanquā laqueus enim superueniet in omnes, qui sedent super faciem omnis terræ. Vigilate itaq; omni tempore orātes, ut digni habeamini effugere ista omnia quæ futura sunt, & stare ante filium hominis. Apostolus etiā Paulus: Igitur non dormiamus, inquit, sicut & ceteri: sed uigilemus & sobrii simus, &c. Obseruauit hoc loco Chrysofostomus, quod hic apertius quā alias vnquam, dñm se appellat. Nisi quod Ioh. 13. ait, Vos uocatis me, magister & domine: & benedicitis, sum etenim.

Illud autem sciote, quoniam si sciret pater familiaris, qua hora fur uenturus esset. Pro qua hora, plerique codices Græci habent, πότε φυλακῆς, id est, qua custodia. Atque ita Origenes & Euthymius legunt. Porro custodia uocauit tempus excubiarum. Supra cap. 14. uigiliam interpretati sunt, tam Erasmus, quā uetus interpres: quemadmodum & Euthymij interpres hoc loco. Diuidebant autem noctem in quatuor uigilias: seu custodias, ut alibi diximus. Nonnullos torfit, quod suum aduentum furi conferre uidetur. Vndē Origenes, Hilarius, & Tertullianus libro quarto contra Marcionem, ita se ex hac difficultate extricare conantur, ut dicāt furem hunc, diabolum esse intelligendum: qui tanquā fur, etiam primos parentes nostros suffodit. Cæterum (quod illorum uirorum incolumi honore & autoritate, & bonorum omnium pace dictum uolo) nihil erat opus huc confugere. Propositum fuit Domino persuadere suis, ut semper sint in excubijs, nē inopinantes opprimat dies aduentus sui. Id persuadere nititur simili. Illud autem simile sumit à furis inexpectato aduentu: nequaquam ut se furem faciat, aut similem furi, (absit blasphemā hæc cogitatio) sed quod in rebus atque personis natura etiam dissimilimis, tamen similis sit incertitudo aduentus. Et satis est, ut rectē monet Erasmus in hoc constare similitudinem, ad quod adhibetur. Quin Chrysofostomus maualt per comparationem accipere, ad incre-

Chrysofostomus
cc pandum

panum nostram ignauiam, hoc sensu: Nemo tam ignauus est paterfamilias, quin, si sciat qua hora fur venturus sit, vigilet, caueatque, ne quid rei familiaris aut pecuniae sibi surripiat. Cuius itaque ignauiae est, vos, quum certò sciat me rediturum ad iudicium, vt vnicuique retribuam, prout in vita gesserit, siue bonum, siue malum, non aduigilare assidue, ne reuersus, non offendam in eo officio, in quo vos esse oportet? quum hic non agatur de veste, aliqua, aut scypho, aut pauxillo pecuniae: sed de ipsa vita atque salute, neque ea breui ac fragili, qualis est haec, quam hic viuimus, sed aeterna, quam necesse est vel ipsa miseria miseriorem esse, si fueritis imparati oppressi: vel felicissimam, si inuenti parati, fidi, atque industrij in domini vestri negocijs.

Qui spuas] ris aqa. Quisnam, vt mauult Valla. Querit autem, quasi dicat, rarus hic est inuentu.

Fidelis seruus & prudens.] Fidelis non furbitur, non erit negligens, non dilapidabit bona Domini sui, fraudatis illis, in quos dispensari ea voluit Dominus, nonaget negocium suum potius quam domini. Prudens, cum iudicio dispensat, ratione habita, vbi opportunum sit aliquid expedere, quid, quale, & quantum cuique conueniat: quis opus habeat lacte nutriri, quis cibo solidiori: quis canis, non admittendus ad sacrum cibum: quis immundus porcus, & amica luto sus, cui non debeant obijci margaritae. Neque verò haec tantum ad Episcopos, pastores, & presbyteros pertinent, (quanquam ad hos quidem in primis) verum etiam ad principes, magistratusque omnes. Quinetiam ad patresfamilias: denique ad omnes, qui vel dignitates, vel opes, vel potentiam, vel doctrinam, vel sapientiam, vel aliud quiduis, quo proximus iuuari queat, à Domino Deo acceperint. Quid enim habemus, quod ab illo non acceperimus? Non autem in hoc accepimus, vt vel in terram defodiamus: vel ad luxum, auaritiam, aut tyrannidem nostram abutamur, sed vt expendamus ad vsum familiae Domini. Id quo quis maiori fide, industria, amore, in primis erga Dominum, deinde erga familiam, qua nihil

1. Cor. 4.

charius habet. Dñs, fecerit: eo maiorem gloriam, eo premia ampliora à domino, cum redierit, consequetur. Nam audi quid dicat: Amen (quod iurifurandi genus est, ne quis promittenti diffidat) dico vobis, super omnia bona sua constituet eum. Ecce, quid amplius promitti potuit? Omnia bona sua promittit ipse Dominus & conditor caeli ac terrae, & omnium quae his continentur. Quis queat hoc premium aestimare? Quod si quis tam deplorata est ignauia, quem tam ingentia, tam infinita, tam inestimabilia proposita premia non excitent: hunc saltem excitet enormitas supplicij, quod minatur malo ac perfido seruo, dicens: Si autem dixerit malus ille seruus in corde suo, Moram facit Dominus meus venire: & ceperit percutere conseruos suos, madducet autem & bibat cum ebrijs: veniet Dominus serui illius in die qua non sperat, & hora qua ignorat, & diuidet eum, &c. Percutit conseruum suum, quisquis quocunque modo illi nocet. Grauius quidem percutiunt, qui non modò non succurrunt inopiam & afflictionem patienti, cum possint, verum etiam simpliciore dolis & imposturis circumueniunt, infirmiore verò spoliunt: non nunquam etiam cadunt, aut trucidant. Sed grauissimè percutiunt illi, qui quos regendos atque docendos habent, fame salutaris doctrinae perire sinunt: aut etiam exemplo vitæ scelerato offendunt, vel quod omnem superat impietatem, veneno falsae doctrinae occidunt. Quid aliud huic tali faciat reuerius Dominus, quam vt diuidat eum, hoc est, à sanctorum consortio separet, vt inquit Hieronymus, & spoliatum omnibus gratiae suae donis, nudum iam, detracta persona, qua se apud homines venditaret, ad infelicem hypocritarum (talis enim esse maluit, quam integer ac fidus Domini sui seruus) sortem abijciet. Ibi iam amplius non erit locus saeuendi in familiam Domini, neque deuorandi, neque perpotandi: sed ploratus, quem intolerabiles cruciatus extorquebunt infelici: & stridor dentium, quo in semetipsum fremet, execrans sese, quod quum posset, non cauerit quò minus in illa tormenta veniret.

CAP. XXV.

Tunc simile erit regnum caelorum decem virginibus, quae accipientes lampades suas, exierunt obuiam sponso & sponsae. Quinque autem ex eis erant fatuae, & quinque prudentes. Sed quinque fatuae, acceptis lampadibus, non sumpserunt oleum secum: prudentes verò acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus. Moram autem faciente sponso,

sponso, dormitauerunt omnes & dormierunt. Media autem nocte clamor factus est, Ecce sponso venit, exite obuiam ei. Tunc surrexerunt omnes virgines illae, & ornauerunt lampades suas. Fatuae autem sapientibus dixerunt: Date nobis de oleo vestro, quia lampades nostrae extinguuntur. Responderunt prudentes, dicentes: Ne fortè non sufficiat nobis & vobis, ite potius ad vendentes, & emite vobis. Dum autem irent emere, venit sponso: & quae paratae erant, intrauerunt cum eo ad nuptias, & clausa est ianua. Nouissimè verò veniunt & reliquae virgines, dicentes: Domine domine, aperi nobis. At ille respondens, ait: Amen dico vobis, nescio vos. Vigilate itaque, quia nescitis diem neque horam. ¶ Sicut enim homo peregrè proficiscens, vocauit seruos suos, & tradidit illis bona sua. Et vni dedit quinque talenta, alij autem duo, alij verò vnum, vnicuique secundum propriam virtutem: & profectus est statim. Abijt autem qui quinque talenta acceperat, & operatus est in eis, & lucratus est alia quinque. Similiter & qui duo acceperat, lucratus est alia duo. Qui autem vnum acceperat, abiens fodit in terram, & abscondit pecuniam domini sui. Post multum verò temporis, venit dominus seruorum illorum, & posuit rationem cum eis. Et accedens qui quinque talenta acceperat, obtulit alia quinque talenta, dicens: Domine, quinque talenta tradidisti mihi, ecce alia quinque superlucratus sum. Ait illi dominus eius: Eugè serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam: intra in gaudium domini tui. Accessit autem & qui duo talenta acceperat, & ait: Domine, duo talenta tradidisti mihi, ecce alia duo lucratus sum. Ait illi dominus eius: Eugè serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam: intra in gaudium domini tui. Accedens autem & qui vnum talentum acceperat, ait: Domine, scio quia homo durus es, metis vbi non seminasti, & congregas vbi non sparsisti: & timens abij, & abscondi talentum tuum in terra, ecce habes quod tuum est. Respondens autem dominus eius, dixit ei: Serue male & piger, sciebas quia metuo vbi non semino, & congrego vbi non sparsi: oportuit ergò te committere pecuniam meam nummularijs, & veniens ego recepissem vti què, quod meum est, cum vsura. Tollite itaque ab eo talentum, & date ei qui habet decem talenta. omni enim habenti dabitur, & abundabit: ei autem qui non habet, & quod videtur habere, auferetur ab eo. Et inutilem seruum eijcite in tenebras exteriores: illic erit fletus & stridor dentium. Cum autem venerit filius hominis in maiestate sua, & omnes angeli cum eo, tunc sedebit super sedem maiestatis suae, & congregabuntur ante eum omnes gentes, & separabit eos ab inuicem, sicut pastor segregat oves ab haedis: & statuet oves quidem à dextris suis, haedos autem à sinistris. Tunc dicet rex his, qui à dextris eius erunt: Venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi: esuriui enim, & dedistis mihi manducare: sitiui, & dedistis mihi bibere: hospes eram, & collegi-

stis me: nudus, & operuistis me: infirmus, & visitastis me: in carcere eram, & venistis ad me. Tunc respondebunt ei iusti, dicentes: Domine, quando te vidimus esurientem, & pauimus te? sitientem, & dedimus tibi potum? quando te vidimus hospitem, & collegimus te? aut nudum, & cooperuimus te? aut quando te vidimus infirmum, aut in carcere, & venimus ad te? Et respondens rex, dicit illis: Amen dico vobis, quando fecistis vni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis. Tunc dicit rex & his qui a sinistris erunt: Discedite a me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Esuriui enim, & non dedistis mihi manducare: sitiui, & non dedistis mihi potum: hospes eram, & non collegistis me: nudus, & non operuistis me: infirmus, & in carcere eram, & non visitastis me. Tunc respondebunt ei & ipsi, dicentes: Domine, quando te vidimus esurientem, aut sitientem, aut hospitem, aut nudum, aut infirmum, aut in carcere, & non ministrauimus tibi? Tunc respondebit illis, dicens: Amen dico vobis, quando non fecistis vni de minoribus his, nec mihi fecistis. Et ibunt hi in supplicium æternum, iusti autem in vitam æternam.

IN CAPVT XXV.

Regnum cælorum, auctore Gregorio, præsentis temporis Ecclesia est in hac vita. Quotquot in hac Ecclesia sumus, virginitatem quãdam professi sumus in baptismo: non illam quidem quæ est secundum carnem, sed quæ secundum spiritum, de qua scribit **1. Cor. 11.** Apostolus: Despondi vos vni viro, virginem castam exhibere Christo. Hanc virginitatem vtrunque tuemur, quã diu continemus nos intra septa fidei, in vnus Dei notitia gloriantes, abominantes idola: perdimus verò per idololatriam, quemadmodum in Paralipomenon legimus: Reliquerunt Deum patrum suorum, & fornicati sunt post deos populorum terræ, quos abstulit Dominus coram eis. Et in Olee: Spiritus fornicationis decepit eos, & fornicati sunt à Deo suo. Super capita montium sacrificabant: & super colles accendebant thymiama subtus quercum, & pópulum, & terebynthum. Hoc suis Corinthijs metuens Paulus, ita subiecit: Timeo **2. Cor. 11.** autem, nè sicut serpens Heuam seduxit astutia sua: ita corrumpantur sensus vestri, & excidant à simplicitate quæ est in Christo Iesu. Quã diu itaque apud sponsam Ecclesiam manentes, non recipimus deos alienos, virgines quidem manemus: nõ tamen omnes digni, vt vnã cum sponso ingrediamur ad nuptias. Nulla enim virgo meretur honorem hunc, nisi quæ prudentia & industria Evangelica sibi comparauit oleum, quo lampadis suæ lumen alat, nè extinguatur. Hoc est, interprete Augustino in Psalmũ quadragesimum-

nonũ, & alijs locis, testimonium bonum conscientie suæ. In quam sententiam & Diuus Hieronymus: Oleum habent virgines, inquit, quæ iuxta fidem & operibus adornantur. Non habent oleum, quæ videntur simili quidem fide Dominum confiteri, sed virtutum opera negligunt. Sed totam parabolam luculentissimè interpretatur Augustinus in libro octogintatium questionum, quæst. 59. his verbis: Videntur mihi quinque virgines significare quinque partitam continentiam à carnis illecebris. Continentus est enim animi appetitus à voluptate oculorum, à voluptate aurium, à voluptate olfaciendi, gustandi, tangendi. Sed quia ista continentia partim coram Deo fit, vt illi placeatur in interiori gaudio conscientie, partim coram hominibus tantum, vt gloria humana capiatur, quinque dicuntur sapientes, & quinque stultæ: vtræque tamen virgines, quia vtraque continentia est, quanuis diuerso fomite gaudeant. Lampades autem sunt, quia manibus gestantur, opera quæ secundum continentiam istam fiunt. Dictum est autem, Luccant opera vestra coram hominibus. Omnes verò acceperunt lampades suas, & venerunt obuiam sponso. Intelligendum est ergò CHRISTI nomine censerì, de quibus agitur. Non enim possunt, qui Christiani non sunt, sponso CHRISTO venire obuiam. Sed quinque fatuæ, acceptis lampadibus suis, non sumpserunt oleum secum. Multi enim quanuis de Christi bonitate plurimum sper-

rent,

rent, gaudium tamen non habent, dum continenter non viuunt, nisi in laudibus hominum. Non ergò habent oleum secum. Nam ipsam lætitiã oleo significari arbitror. Propterea vnxit, inquit, te deus deus tuus oleo exultationis. Qui autem non propterea gaudet, quia Deo intrinsecus placet, non habet oleum secum. Prudentes autem acceperunt oleum secum in vasis suis cum lampadibus, id est, lætitiã bonorum operum in corde atque in conscientia posuerunt, sicut Apostolus monet: Probat autem se homo, inquit, & tunc in semetipso habebit gloriam, & non in altero.

Tardante verò sponso, dormitauerunt omnes: quia ex vtroque genere continentium hominum, siue eorum qui coram Deo exultat, siue eorum qui in laudibus hominum acquiescunt: moriuntur hoc interuallo temporis, donec sub aduētũ domini fiat resurrectio mortuorum.

Media autem nocte] id est, nullo sciente aut sperante: quippe quum ipse dominus dicat, De die autem illa & hora nemo scit. Et Apostolus, dies Domini tanquam fur in nocte, ita veniet: ex quo significatur, eum penitus latere, cum venerit.

Clamor factus est, Ecce sponsus venit, Exite obuiam ei.] In iectu enim oculi, in nouissima tuba omnes resurgemus.

Tunc surrexerunt omnes virgines illæ, & ornaverunt lampades suas.] Id est, rationes reddendas operum suorum. Oportet enim nos exhiberi ante tribunal Christi, vt illic recipiat vnusquisque quod gessit in corpore, siue bonum, siue malum.

Fatuæ autem sapientibus dixerunt: Date nobis de oleo vestro, quia lampades nostræ extinguuntur.] Quorum enim facta, aliena laude fulciuntur, eadem subtracta, deficiunt: & de consuetudine id semper inquirunt, vnde gaudere animus solet. Itaque hominum, qui corda non videt, testimonium volunt habere apud Deum, qui cordis inspector est. Sed quid responderunt sapientes?

Nè forte non sufficiat nobis & vobis.] Vnusquisque enim pro se rationem reddet: nec alieno testimonio quisquam iuuatur apud Deũ, cui secreta cordis apparent, & vix sibi quisque sufficit, vt ei testimonium perhibeat conscientia sua. Quis enim gloriabitur mundum se habere cor? Ind est quod apostolus ait: Mihi autem minimum est, vt à vobis iudicer, aut ab humano die: sed neque memetipsum iudico. Quapropter quum de seipso quisque aut non omnino, aut vix possit veram sententiam, quomodo potest de alio iudicare, quum sciat

nemo quid agatur in homine, nisi spiritus hominis?

Ita potius ad vendentes, & emite vobis.] Non consilium dedisse putanda sunt, sed crimè eorum ex obliquo commemorasse. Vendunt enim oleũ adulatores: qui siue falsa, siue ignorata laudando, animas in errorem mittunt, & eis vana gaudia tanquam fatuis conciliando, aliquam de his mercedem, siue ciborum, siue pecuniæ, siue honoris, siue alicuius commodi temporalis accipiunt, non intelligentes quod dictum est, Qui vos felices dicunt, in errorem vos mittunt. Melius est autè obiurgari à iusto, quàm à peccatore laudari. Emendabit me, inquit, iustus in misericordia, & arguet me: oleum autem peccatoris non impinguabit caput meum. Ita ergò potius ad vendentes, & emite vobis: id est, videamus nunc quid vos adiuuant, qui vobis laudes vendere consueuerunt, & vos in errorem inducere, vt nõ coram Deo, sed ab hominibus gloriam quaereretis.

Dum autem irent emere, venit sponso.] Id est, inclinãtibz se illis in ea quæ foris sunt, & solitis gaudere querentibus, quia gaudia interna non nouerant, venit ille qui iudicat.

Et quæ paratæ erant,] Id est, quibus bonum coram Deo testimoniũ conscientia perhibebat.

Intrauerunt cum eo ad nuptias.] Id est, vbi munda anima puro & perfecto, sempiternoque Dei verbo fecundata copulatur.

Et clausa est ianua.] Id est, receptis illis, qui sunt in angelicam vitam immutandi, (Omnes enim, inquit, resurgemus, sed nõ oēs immutabimur) clausus est aditus ad regnum cælorum, Non enim post iudiciũ patet precum aut meritum locus.

Nouissimè autem veniunt & reliquæ virgines, dicentes: Domine Domine, aperi nobis.] Non dictũ est quòd emerunt oleum: & idè intelligendæ sunt, nullo iam remanente de alienis laudibus gaudio, in angustijs & magnis afflictionibus redire ad implorationem dei. Sed magna est eius seueritas post iudiciũ, cuius ante iudiciũ ineffabilis misericordia prærogata est. Itaque respondens, ait:

Amen dico vobis, nescio vos.] Ex illa scilicet regula, qua non habet ars dei, hoc est, sapientia Dei, vt intrent in gaudium eius, qui nõ coram Deo, sed vt placeret hominibus, vili sunt aliquid secundum præceptum eius operari. Atque ita concludit:

Vigilate ergò, quia nescitis diem neque horam.] Non modò illius vltimi temporis, quo venturus est sponso, sed suæ quisque diem dormitionis & horam nescit. Quisquis autem paratus est vsque ad somnum, id est, vsque

ad mortem, quæ omnibus debetur: paratus etiam inuenietur, quum illa vox media nocte sonuerit, qua omnes euigilaturi sunt. Quod sponso dixit obuiam venire virgines, sic intelligendum puto, vt ex ipsis virginibus constet ea quæ dicitur sponsa: tanquam si omnibus Christianis in Ecclesiam concurrentibus, filij ad matrem concurrere dicantur, quum ex ipsis filijs congregatis constet ea quæ dicitur mater. Nunc enim desponsata est Ecclesia, & virgo est ad nuptias perducenda, id est, quum se continet à corruptione seculari. Illo autem tempore nubet, quum vniuersa mortalitate in ea pereunte, immortalis coniunctione fruetur. Desponsauit, inquit, vos vni viro virginem castam exhibere Christo. Vos, inquit, virginem, à plurali ad singularem concludēs. Ideo & virgines dici possunt, & virgo quinque dictæ sint, vt mihi videtur, expositū est. Sed videmus nunc in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Et nunc ex parte, tunc autem ex toto. Ipsum autem in ænigmate & ex parte nunc in scripturis aliquid cernere, quod tamen sit secundum catholicam fidem, ex illo pignore cōtingit, quod accipit virgo ecclesia humili aduētū sponsi sui. Quæ illi vltimo aduentu, quum veniet in claritate, nuptura est: quum iam facie ad faciem contuebitur. Dedit enim nobis pignus spiritum, sicut dicit apostolus. Et ideo ista expositio nihil certum inuenitur, nisi vt secundum fidem sit: neque alij præiudicat, qui eam nihilominus secundum fidem exponere potuerint. Hæc illic Augustinus: & in eandem sententiam, & ferè eisdē verbis in epistola ad Honoratum, quæ est ordine centesimavigesima, capite trigesimo primo & aliquot sequētib; capitib; Rursum in sermone vigesimo secundo de verbis domini ex Matt. Item in Psalmū quadragesimum nonū, & in Psalmū ceteresimū quadragesimum septimū. Porro quod nonnulli ex orthodoxis patribus paulò aliter parabolam interpretari videntur, omnes tamen in eadem id fide faciunt, in qua Diuus Augustinus: nempe, quod in illo die, quando obuiam eūdem erit sponso, hoc est, Domino nostro Iesu Christo, redeunt in gloria, vt assumat sibi sponsam suam Ecclesiam in thalamum suum, vt iam absterfa omni lacryma, æternis secum gaudijs perfruat, nihil profuturum sit professum esse fidē, baptizatum esse, continentem fuisse, adeoque virginem, (vt Chrysostomus, & qui hunc sequuntur, monent) nisi adfuerint opera charitatis. Charitas est, quæ sponsi amplexum promeretur: quæ indissolubiler nos illi coniungit: vnde & vinculum perfectionis dicitur Coloss. 3. Hac tanquam inebriata cecinit spon-

Charitatis
economy.

sa Cant. 2. Introduxit me rex in cellam vinariam, ordinavit in me charitatē. Fulcite me floribus: stipate me malis, quia amore lægueo. Et cap. 3. Pone me vt signaculum super cor tuū, vt signaculum super brachiū tuum: quia fortis est vt mors dilectio, dura sicut inferus æmulatio, lampades eius vt lampades ignis atque flammaram. Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatē: nec flumina obruent illam. Si dederit homo omnem substantiam domūs suæ pro dilectione, quasi nihil despiciet eam. Hęc illa. O beatam ebrietatem, eo multo sic ebrium esse, vt præ Dei amore despicias cuncta quæ quis possidere potest. Hoc est illud oleum, quo lampas fidei nostræ alitur, ne extinguatur. Quod si deficiat, necesse est lampadē extingui. Fides enim sine operibus charitatis mortua est, auctore Iacobo. Sed pergā ad sequentem parabolam, si prius monuero, id quod vulgaris translatio habet, Exierunt obuiam sponso & sponsæ, in Græcis exemplaribus non esse, & sponsæ: sed tantum, sponso. Et plerique ex veteribus tam Latinis quam Græcis ita interpretantur, vt sponso, duntaxat legisse videantur. Et paulò post in media parabola, vbi dicitur, Ecce sponsus venit, exite obuiam ei, nemo vnquam legit, ecce sponsus & sponsa veniunt, exite obuiam eis. Non tamen est quod quisquam de hoc cum quoquā contendat: quod prudenter videtur monuisse Erasmus Roterodamus. Quod si quis, inquit, alicubi repererit additam sponsam, intelligat & sponsam aliquouſque sponso occurrere: vt sponsæ comites rectē dicant vtriq; occurrisse. Sponsus Christus est: & huc spectat tota parabola, vt illi iam aduenienti, fide ac pijs factis obuiam eamus, &c.

Iacob. 2.

IN PARABOLAM DE talentis.

Sicut enim homo peregrē proficiscens, vocauit seruos suos, & tradidit illis bona sua. Homo iste paterfamilias, inquit Hieronymus, haud dubium quin Christus sit: qui ad patrem post resurrectionē victor ascendens, vocatis apostolis, doctrinam Euangelicam tradidit: non pro largitate & paritate alteri plūs & alteri minūs tribuens, sed pro accipientium viribus: quomodo & Apostolus eos qui solidum cibū capere non poterant, lacte potasse se dicit. Veni quē & illum qui de quinque talentis decem fecerat: & qui de duobus quatuor, simili recepit gaudium: non considerans lucri magnitudinem, sed studij voluntatem. Hæc in eandem sententiā Hilarius, Chrysostomus & ceteri. Quid autem mysterij habeat numeri, quinque, duo, & vnū, pmitit cuiq; ingenij sui acumen, hoc est, spūs dono sibi dato, philosophari, modò

1. Cor. 3.

modò secundum fidem. Hieronymi verbum est, in quinque & duobus & vno talento, vel diuersas gratias intelligamus, quæ vniciq; traditæ sunt: vel in primo omnes sensus examinatos, in secundo intelligentiam & operationem, in tertio rationem, qua homines à bestijs separantur. Hæc deinde explicat. Possimus autem intelligere, idem gaudium illis esse paratum, qui freti sensibus corporeis, quibus terrena cognoscimus, ex creaturis discunt cognoscere & colere creatorem: atque illis, qui pro viribus quicquid in lege didicerant, in Euangelio duplicarunt, quales fuerunt qui ex Iudæis crediderunt in Iesum Christum: vt vnus sit Deus, qui iustificat circuncisionem ex fide, & pręputium per fidem, iuxta verbum Apostoli Rom. 3. Et eiusdem cap. 2. Gloria & honor & pax omni operanti bonum, Iudæo primū & Græco. Non enim est personarum acceptio apud Deum. Ceterum ille qui rationis donum à Deo sibi datum, non ed cōuertit, vt sibi creatoris sui, & huius voluntatis cognitionē comparet, vt faciat ea quæ placent illi: sed in terram defodit, hoc est, operibus terrenis & voluptatibus carnis computrefcere finit: hic tandem reuerso Domino, & rationem exigente, talento quod acceperat, in totum spoliatus, vt iam ne possit quidem lucri aliquid aut boni operis facere, eijcitur in tenebras exteriores, vbi erit fletus & stridor dentium. Si quid præterea hic lateat mysterij, quisque (vt dixi) pro gratia sibi data scrutetur, modò secundum fidem Ecclesiæ Dei catholicæ. Nobis satis est, quod scimus omni homini à Domino deo datum esse aliquid, quod (si velit) possit expēdere ad vsuram & lucrum bonorum spiritualium. Id si gnauiter & fideliter fecerit, cum gloria & honore inestimabilia præmia consequetur, quum redierit Dominus, vt rationem ponat cum seruis. Sin autem per ignauiam, & contemptum Domini sui neglexerit, cū dedecore & ignominia, spoliatus eo quod acceperat talento, intolerabilibus cruciatibus plectetur. Hæc est sententia parabola. Ex qua discimus non solum fures, raptos, homicidas, adulteros, & id genus facinorosos pœnas daturos esse suorum facinorum, verum etiā ignauos, qui bona quæ facere potuissent, neglexerint. Ne putemus itaq; nobis fore satis ad consequendum vitā æternam, si neminem videamus lædere, nihil facere mali, nisi præterea fecerimus benè.

Porro talentum apud antiquos varium fuit, sed maximè celebratur Atticum. Id nostro ære æstimatum, valet plūs minūs sexcentos aureos coronatos. Quicquid nos habemus, quo Deo seruire, & proximum iuuare

possumus, putā opes, pecunias, auctoritatem, vires, consilia, doctrinam, & quicquid huiusmodi est, talentum est. Et magna nobis incumbit necessitas, vt quicquid tale habemus, non sinamus apud nos esse ociosum, sed ad vsuram expendamus, quo possimus exemplo Apostoli nobis gratulari, qui ait: Gratia Dei sum id quod sum: & gratia ei? in me vacua nō fuit.

Domine, scio quia homo durus es, &c.] Non solum ignauus, sed & malitiosus, & mendax nebulo, tantum abest vt culpam agnoscat, & cessationis, negligentia, & inertia peccatum deprecetur, vt etiam defensionem quærat, eamque iniquissimam, cōsurgens ad constitutionem causæ, quam translationem vocant rhetores, non tantum iniustissimè, verum etiā impudentissimè culpam admitti, à se in ipsum Dominum suum transferens, quasi huius immodicam austeritatem & auaritiam metuens, talentum abscondiderit: quod sciuerit nihil sibi bonæ gratiæ sperandum fuisse, si maximè questum fecisset aliquem: multum verò male metuendum, si quid de exposito perisset. Sed nō sic elabitur perfidus. Nam sapientissimus herus, creptum nebuloni dolosum ac mendax argumentum, in ipsius caput retorquet: docens eo magis illum debuisse aduigilare, vt cum lucro redderet fortem Domino suo, si hunc sciuit durum & auarum. Nequaquam quod Dominus hæc vitia in se agnoscat, sed quod rectè ex eo, quod ille falsò ac mendaciter sumpsit, ipse id, quod verum & iustum est, colligat. Violationem vocant rhetores genus hoc refutationis. Serue male, inquit, & piger, sciebas quia meto, vbi non semino, & cetera.

Oportuit ergo te cōmittere pecuniā meā nummularijs.] Nummularij, qui & mensarij, & mensularij, & colybiæ dicuntur, causam publicam habebant, & rationem accepti expensiq; faciebant: & tam pecuniariam permutationem, quam maiorem negotiationem exercebant, quibus olim moris fuit pecunias custodiendas dari, sceneratò interdum, interdum gratuitò. Alias Latinè argentarius dicitur, à Græcis trapezita.

Omni habenti dabitur, & abundabit, &c.] Quicumque gratiam sibi à Deo datam, excitat & in pios vsus conuertit, huic gratiam auget Deus. Qui verò eam negligit, ab hoc tandem tollit eam, & industriò adijcit. Iudæi audierunt: Auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructum eius.

Iam quod Lucæ decimonono legimus de homine nobili, in regionem longinquā profecto, vt acciperet sibi regnū, &c. humilis quidem in

in multis huic est parabola, non tamē est eadem: quod & admonuerūt docti, & facillē animaduertit, qui eas diligenter contulerit.

Quum autem uenerit filius hominis in maiestate sua] Hucusquē multa locutus de cōsummatione seculi, extremo iudicio, iustorum prēmij, & supplicij impiorum: nunc tandē cōcluditur sermōnem hunc, hypotyposi quadā nobis ipsius iudicij faciē proponit. Locus per omnia memorabilis, atq; inuitabile telum ad feriēdum illos bonorum operum hostes, qui nusquam non uociferantur, sola fide nos iustos esse coram Deo: bonis operibus nos temporalia fortē bona promereri, nequaquam autem uitam aeternam. Quis dubitet istos frontem, non dico perfricuisse, sed prorsus perdidisse, quos non pudet talia, non modō sermone apud imperitam multitudinem, uerū etiam scriptis apud eruditos, pios, ac sapientes uiros proferre? Sed uideamus textum, ad eō luculenter ac simpliciter nobis propositū, ut suo clarissimo iubare omnes illas tartareorum glossematum nebulas discutiat atq; diffuset.

Cum uenerit filius hominis in maiestate sua.] Primus aduentus cum tanta fuit humilitate conuictus, ut apud prophetam dicat, Ego uermis, & non homo. Postremus erit in gloria & claritate diuina, comitante uniuerso illo omnium angelorum dei exercitu.

Tunc sedebit super sedem.] Sededit, tanquam iudex.

Et statuet oves quidem à dextera suis, hædos autē à sinistra.] Quarē ouibus & hædis eos conferrat, facillē intelligit, qui utriusq; animalis naturam fuerit contemplatus. Ouis animal mansuetum est, innocens, simplex, hominibus ad plurima utile. Nam uiuum non tantūm foetu lacteq; hominem cibant, uerū etiam lana uestit: mactatum uerō, etiā post mortem suis carnis cibant, & uestit pelle. Hædi uerō lasciuī sunt, petulci, foetidi, ideoq; sæpē in scripturis diuinis typum gerunt peccatorum: & semper pro peccato offeruntur in lege, quod & in hūc locum, & aliās sæpē admonet Hieronymus. Quāq; nemo, qui modō biblia sacra legit, hoc ignorat. Nec dixit capras, inquit Hieronymus, quæ possunt habere iæctus, & tonse egrediuntur de lauacro, omnes gemellis foetibus, & sterilibus nulla inter eas: sed hædos lasciuū animal & petulcum, & feruens semper ad coitū.

Venite benedicti patris mei, possidete paratum uobis regnum à constitutione mundi.

Esurui enim, & dedistis mihi manducare. &c.] Quod ait, Esurui enim &c. ætiologia est, rationē cōtinens oīm illorum, quarē sint benedicti patris, quarē debeant possidere regnum, quarē hoc regnum illis paratum sit à cōstitu-

tionem mundi: nimirū quod cibauerint, potū dederint, cæterisq; beneficijs fouerint Christum in pauperibus suis. Nam ex illis quæ hic enumerantur, synechocichōs intelligēda sunt omnia opera charitatis Christianæ: nō tantūm illa quibus aluntur fouenturq; corpora, uerū etiam, ac multo quidem magis, quibus indigētibus animis subuenitur: qualia sunt, docere, monere, consolari, &c. quod non minū prudenter, quā diligenter & copiosē explicat Origenes. Estq; iuxta præscientiam dei accipiendum, apud quem futura iam facta sunt: quod disertē admonet D. Hieronymus. Ideō enim benedixit eis pater, & parauit regnum, quia pietatem eorū præsciuit, idq; nō tantū à constitutione mundi, uerū etiam ab ætate. De qua præscientia uide apostolum Rom. 8. Chrysostomus etiam in hūc locum: Nā anteq̄ nati litis, inquit, quia sciebam quomodo futuros, hæc uobis à me preparata fuere: Hæc quū sit genuina huius loci sententia, ipsis nūi Iesu uerbis sine ulla ambiguitate luculenter expressa, consona uerbo apostoli, dicentis: Nā quos præsciuit, eosdē & prædestinauit cōformes fieri imaginis filij sui: illustrata doctissimorum uirorū Hieronymi & Chrysostomi, quorū tanta semper habita est in Ecclesia dei catholica fides & autoritas in explicandis scripturis diuinis, expositione: neq; quicquam ex orthodoxis unquā dubitauerit hanc esse ueram sententiā, tamen extiterunt nostra ætate noui Euangelij professores, qui nē cogerentur cōtra suum dogma fateri, esse aliquod meritum apud deum operum charitatis & mercedē iustitiæ, nouum, distortum, atq; monstruosum glossēma cōmenti sunt, uerba nūi, quātūuis reluctantia, hoc modo torquentes: Esuriui enim, i. testati estis sequentibus operibus uos esse benedictos patris mei cælestis ad uitam æternam. Quos cachinnos tollerent, quæ cōuicia in nos vibrarent, si quis nostrūm locū aliquem sic inciperet torquere? Ridiculum est, inquit Sarcerus, ex sequentibus operibus cōstituire causam uitæ æternæ, contra apertissimas præcedentes causas, in uocibus, benedicti, & paratum. Sed obsecro te mi Sarceri, dic nobis, utrū conuinctio tua, (qua hic uisus est Euangelista Græcē, si modō ipse Græcē scripsit: aut ἄ, qua uisus est, si scripsit Hebraicē: aut enim, qua omnes interpretes Latini) significet causam præcedentem, an sequentem? Expedit, ni fallor, hanc quæstionem uel medio-criter eruditus grāmaticus, ex uisitata loquendi consuetudine. Si istud dicere uoluisset dñs, quod tu comminisceris, ad hūc nimirū modum fuisset locutus: Venite qui dedistis mihi edere cū esurirem: qui dedistis mihi bibere quum

quum sitirem &c. quia benedicti estis patris mei, & paratum est uobis regnum, hoc percipite. Aut certē hoc modo: Vos estis benedicti patris mei: ille parauit uobis regnum à constitutione mundi. Ideō dedistis mihi edere quū esurirem, &c. Cæterū quia pater cælestis ante constitutionem mundi præsciens eos hanc pietatem in membra filij sui exercituros, benedixit eis, & parauit regnum: ideō dñs sic locutus est, non ut commodum est Sarceri cōmento, sed ut habet Euangelista, & commodum est ueritati. Verū si hæc ita habet, quid dicemus de gratia dei? Quid ad apostolū scribētē ad Ephesios in hæc uerba, Gratia enim estis saluati per fidem, (& hoc nō ex uobis: dei enim donum est) non ex operibus, ut nē quis glorietur. Quid, inquit, ad hæc dicemus? Absit ut dicamus aliud, quā quod ueritas habet. Absit ut gratia dei uel tantillum detrahatur. Imō, absit ut non tribuamus omnia gratiæ dei, q̄ nati sumus quum non essemus, q̄ reparati quum perditii essemus, quod seruamur, nē in interitum relabamur: quod denique per opera misericordiæ & charitatis, misericordiam & uitam æternam consequimur. Omnia, inquit, hæc, cum tanta, quanta possumus, laude & gratiarum actione soli gratiæ dei tribuimus. Ille enim, quum essemus mortui delictis & peccatis nostris, in quibus aliquandō ambulauimus secundū seculū mundi huius, secundū principem potestatis aëris huius, propter nimiam charitatem suam qua dilexit nos, contiuificauit nos in Christo, nequaquam ex operibus, quippe quæ nulla feceramus nisi mala, sed ex mera gratia per fidem, ut qui semel facti, per peccatum perieramus, idq; statim in primo parente Adā, iterū facti in nouo Adam, qui est Christus Iesus, notum sumus, hoc est, restauratum figmentum, creati in Christo Iesu in operibus bonis, quæ preparauit deus ut in illis ambulamus, ut ibidem docet apostolus. Per fidē, inquam, & baptismum regenuit nos, seu reformauit perditos: & preparauit opera bona, ut in eis ambulemus, dans nobis spiritum & gratiam, ut possimus benē operari. Ideoq; nō est gloriandum nobis in nobis ipsis, inquit diuus Ambrosius in illum Pauli locum, sed in Deo qui nos regenerauit natiuitate cælesti per fidē Christi, ad hoc ut bonis operibus exercitati, q̄ deus nobis iam renatis decreuit promissa, mereamur accipere. Ecce, qui hæc faciunt ita reparati, his sunt bona opera causa, quod consequuntur uitam æternam, nequaquam exclusā gratia, sed per ipsam gratiam. Gratiæ enim omnino illa benignitas est, inquit Chrysost. ut pro rebus minimis & uilissimis, cæleste regnū & tantus honor tribuatur. Non itaq; nos, dū

hæc docemus, gratiæ dei detrahimus, sed aduersarij nostri. Nam hi negant gratiam Dei tantā esse, ut in opera nostra exuberet, quō his promereamur uitā æternam. Nos confitemur, dñm Iesum Christum esse propitiationem pro peccatis nostris, & hunc nobis ex mera gratia datum à patre, nobis, inquam, nihil tale promeritis. Et ne nūc quidem ulla nostra opera tam posse esse bona ex sese, ut ex semetipsis digna sint uita æterna: sed per exuberantem gratiam dñi ac Dei nostri, tam grata esse eidem Dño Deo, propter unigenitum filium qui manet in nobis, & nos in illo: qui operat, laborat, sudat & patit in nobis, & nos in illo, ut pro his nobis redditurus sit uitam æternam. Hinc est quod quos præsciuit in his ambulaturos, hoc est, iuxta gratiam sibi datam, & uocationem qua uocati fuerint, bona operaturos, eis ab ipsa mundi constitutione benedixit, & regnum preparauerit. De his scribit apostolus Ro. 8. Scimus autem qm̄ diligentibus Deū omnia cooperantur in bonū, ijs qui secundū propositum uocati sunt sancti. Nā quos præsciuit, etiā prædestinauit, &c. Hi sunt illi palmites uitis illius, quam seuit pater cælestis: qui dum fructum ferunt, purgatur ab ipso agricola, ut copiosorem fructum afferant, Iohan. 15. Hi sunt quos neq; tribulatio, neq; angustia, neque fames, neq; nuditas, neq; periculum, neq; persecutio, neq; gladius separare poterit à dilectione quæ est in Christo Iesu: sed in his omnibus superant, propter eum qui dilexit eos.

Contrā uerō, qui nolunt ambulare in operibus bonis quæ deus preparauit, hoc est, nolunt pro gratia sibi data operari bonum: sed sunt palmites steriles, & cum seruo illo ignauo talentum defodiunt in terram, nihil curantes neq; quid dño deo placeat aut displiceat, neq; quid proximo profit aut oblit, his ipse quidē pater non maledicit, sed in maledictione quā ipsi sibi parauerunt, relinquit. Dilixerunt enim maledictionē, & ueniet eis, inquit propheta: noluerūt benedictionem, & elongabitur ab eis. Hæc quum nusquam non occinant nobis diuinæ scripturæ, qui fit, ut tam pertinaciter reclamēt aduersarij nostri? Si terret eos apostolus, locis aliquot ita de operibus loquēs, quasi omne illis adimat meritum: obseruent, quæso, cum quibus hominibus illi tūc res sit, de quibus operibus loquatur, denique quid uelit. Obseruent & quā multis locis alijs, quā grauitate exigat opera bona, palam etiam affirmans nos uitam æternam his promereri, malis autem ignem æternum. Discant sapientissimū apostolum probē nouisse, quomodo redarguēda esset superbi pharisæi superciliosa stultitia, & arrogans pertinacia, ex operibus legis

Ephes. 2.

Chryso.

Rom. 8.

Ephes. 2.

Ambros.

Psal. 108.

sibi arrogantis iustitiam, sine Christo, sine baptismo, sine fide. Rursus, quomodo formandi instituendique illi, qui iam per fidem & baptismum, in virtute sanguinis Iesu Christi, ex Aegypto tyrannidis diabolicæ egressi, per huius seculi desertum pertendunt ad patriam caelestis. Illis dicit: Vbi est ergo gloriatio tua? Exclusa est: Per quam legem? Factorum? Non, sed per legem fidei. Arbitramur enim iustificari hominem per fidem sine operibus legis. Rom. 3. Item, Si Abraham ex operibus legis iustificatus est, habet gloriam, sed non apud deum. Et, Eius qui operatur, merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum: ei verò qui non operatur, sed credit in eum qui iustificat impium, reputatur fides eius ad iustitiam. Rom. 4. His autem dicit: An ignoratis fratres, quia quicumque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus? Cõsepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem, ut quomodo Christus surrexit à mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Item, Ergo fratres debitores sumus nõ carni, ut secundum carnem viuamus. Si enim secundum carnem vixeritis, moriemini. Sin spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Rom. 8. Item, Obsecro itaque vos fratres per misericordiam Dei, ut exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium vestrum: & nolite conformari huic seculo, &c. Item, An nescitis quod iniqui regnum dei non possidebunt? Nolite errare, neque fornicarij, neque idolis seruietes, neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores, neque fures, neque auari, neque ebriosi, neque maledici, neque rapaces regnũ dei possidebunt. Gal. 5. Galatis in Iudaismum pellectis scribit: Qui in lege iustificamini, à gratia excidistis: Nos enim spiritu ex fide spem iustitiæ expectamus. Nam in Christo Iesu neque circūcisio aliquid valet, neque præputium, sed fides quæ per charitatem operatur. Ecce, quàm clarè exprimit, quæ opera iustificent, quæ non. Non iustificant opera legis, sed charitatis. Hæc enim sunt tanquàm forma seu vita ipsius iustitiæ: sine quibus & ipsam fidem mortuam esse, auctor est Iacobus apostolus. Hæc autem quæ-

tum momenti habeant ad consequendum vitam æternam, luculenter tum in eodem illo capite, tum in sequenti docet Paulus, quum ait: Nolite errare, deus non irridetur. Quæ enim feminauerit homo, hæc & metet. Quoniã qui feminat in carne sua, de carne & metet corruptionem: qui autem feminat in spiritu, de spiritu metet vitam æternam. Bonum autem facientes, non deficiamus. Tempore enim suo metemus non deficientes. Ergo dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes: maximè autem ad domesticos fidei. Ecce quàm videtur sibi ipsi contrarius apostolus, si nuda spectemus verba, non obseruato, ad quos loquatur, quibus de causis, & de quibus operibus. Nos itaque ut abominamur similes esse pharisæo illi, qui dixit, Non sum sicut ceteri homines: ieiuno bis in sabbato, &c. ita nolumus in illorum esse numero, de quibus ait Sapiens: Nescierunt sacramenta dei, neque mercedem sperauerunt iustitiæ. Sed optimum esse putamus, ut admoniti à principe apostolorum Petro, satagamus per bona opera certam facere vocationem & electionem nostram: ut quum dies resolutionis nostræ venerit, possimus cum magna fiducia læti cum apostolo Paulo dicere: Bonum certamè certauimus consummaui, fidem seruauimus in reliquo reposita mihi est corona iustitiæ. Neque verò est quod hoc desperemus propter exempli sublimitatem: (quis enim ausit hoc sibi fumere aut sperare, quod æquaturus sit virtutes apostolorum?) Dominus Deus boni consulet nostras conatus: quibus & ipse aderit adiutrice dextera sua, si modò cum propheta ex animo ad illum clamemus: Fiat manus tua ut adiuuet me, quia mandata tua elegi.

Amèn dico vobis, quàm diu non fecistis vni de minoribus his, nec mihi &c. Ex his verbis diuus Hieronymus coniecturam sumit, Christum non in omni paupere esurientem pasci, sitientem potari, &c. sed in his qui sunt pauperes spiritu: ad quos tendens manum, dixerat: Fratres mei & mater mea hi sunt, qui faciunt voluntatem patris mei. Paulus tamen, ut paulò antè audiuius, hortatur nos ad benefaciendum omnibus, maximè tamen domesticis fidei.

Gal. 6.

Luc. 11.

Sap. 10.

2. Pet. 2.

2. Tim. 4.

Psal. 117.

Matt. 11.

Marc. 3.

Gal. 6.

autem: Non in die festo, nè fortè tumultus fieret in populo. ¶ Cum autem Iesus esset in Bethania in domo Simonis Leprosi, accessit ad eum mulier habens alabastrum vnguenti preciosi, & effudit super caput ipsius recubentis. Videntes autem discipuli, indignati sunt, dicentes: Vt quid perditio hæc? Potuit enim istud vñdari multò, & dari pauperibus. Sciens autem Iesus, ait illis: Quid molesti estis huic mulieri? opus enim bonum operata est in me. Nam semper pauperes habetis vobiscum, me autem non semper habebitis. Mittens enim hæc vnguentum hoc in corpus meum, ad sepeliendum me fecit. Amèn dico vobis, vbicunquè prædicatum fuerit hoc euangelium in toto mundo, dicetur quod hæc fecit, in memoriam eius. ¶ Tunc abiit vnus de duodecim, qui dicebatur Iudas Scarioth, ad principes sacerdotum, & ait illis: Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam? At illi constituerunt ei triginta argenteos. Et exindè quærebat oportunitatem, ut eum traderet. ¶ Prima autem die azymorum accesserunt discipuli ad Iesum, dicentes: Vbi vis paremus tibi comedere pascha? At Iesus dixit: Ite in ciuitatem ad quendam, & dicite ei: Magister dicit: Tempus meum propè est, apud te facio pascha cum discipulis meis. Et fecerunt discipuli sicut constituit illis Iesus, & parauerunt pascha. ¶ Vespere autem facto, discumbebat cum duodecim discipulis suis. Et edentibus illis, dixit: Amèn dico vobis, quia vnus vestrum me traditurus est. Et contristati valdè, cœperunt singuli dicere: Nunquid ego sum Domine? At ipse respondens, ait: Qui intingit mecum manum in parapside, hic me tradet. Filius quidem hominis vadit sicut scriptum est de illo: Vñ autem homini illi, per quem filius hominis tradetur. Bonum erat ei, si natus non fuisset homo ille. Respondens autem Iudas qui tradidit eum, dixit: Nunquid ego sum Rabbi? Ait illi: Tu dixisti. Cœnantibus autem eis, accepit Iesus panem, & benedixit ac fregit, deditque discipulis suis, & ait: Accipite & comedite. Hoc est corpus meum. Et accipiens calicem, gratias egit, & dedit illis, dicens: Bibite ex hoc oēs: Hic est enim sanguis meus noui testamèti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Dico autem vobis, non bibam amodò de hoc genimine vitis, vsque in diem illum, cum illud bibam vobiscum nouum in regno patris mei. ¶ Et hymno dicto, exierunt in montem Oliueti. Tunc dicit illis Iesus: Omnes vos scandalum patiemini in me in ista nocte. Scriptum est enim: Percutiam pastorem, & dispergentur oves gregis. Postquàm autem resurrexero, præcedam vos in Galilæam. Respondens autem Petrus, ait illi: Et si omnes scandalizati fuerint in te, ego nunquàm scandalizabor. Ait illi Iesus: Amèn dico tibi, quia in hac nocte antequàm gallus cantet, ter me negabis. Ait illi Petrus: Etiam si oportuerit me mori tecum, non te negabo. Similiter & omnes discipuli dixerunt. Tunc venit Iesus cum illis in villam quæ dicitur Gethsemani, & dixit discipulis suis: Sedete hic, donec vadam illuc, & orem. Et assumpto Petro & duobus filijs Zebedæi, cœpit contristari & moestus esse. Tunc ait illis: Tristis est anima

ff 2 mea

CAPVT XXVI.

ET factum est, cum consummasset Iesus sermones hos omnes, dixit discipulis suis: Scitis quia post biduum pascha fiet, & filius hominis tradetur, ut crucifigatur. Tunc congregati sunt principes sacerdotum & seniores populi in atrium principis sacerdotum, qui dicebatur Caiaphas, & consilium fecerunt, ut Iesum dolo tenerent & occiderent. Dicebat autem:

mea usque ad mortem. sustinete hinc, & vigilate mecum. Et progressus pusillum, procidit in faciem suam, orans & dicens: Pater mi, si possibile est, transeat a me calix iste: veruntamen non sicut ego volo, sed sicut tu. Et venit ad discipulos suos, & inuenit eos dormientes, & dicit Petro: Sic non potuisti vna hora vigilare mecum? Vigilare & orate, vt non intretis in tentationem. Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. Iterum secundo abiit, & orauit, dicens: Pater mi, si non potest hic calix transire, nisi bibam illum, fiat voluntas tua. Et venit iterum, & inuenit eos dormientes, erant enim oculi eorum grauati. Et relictis illis, iterum abiit, & orauit tertio, eundem sermonem dicens. Tunc venit ad discipulos suos, & dicit illis: Dormite iam & requiescite: ecce appropinquabit hora, & filius hominis tradetur in manus peccatorum. Surgite, eamus: ecce appropinquabit qui me tradet. ¶ Adhuc eo loquente, ecce Iudas vnus de duodecim venit, & cum eo turba multa cum gladijs & fustibus, missi a principibus sacerdotum & senioribus populi. Qui autem tradidit eum, dedit illis signum, dicens: Quicumque osculatus fuero, ipse est: tenete eum. Et confestim accedens ad Iesum, dixit: Aue Rabbi. Et osculatus est eum. Dixitque illi Iesus: Amice, ad quid venisti? Tunc accesserunt, & manus iniecerunt in Iesum, & tenuerunt eum. Et ecce vnus ex his, qui erant cum Iesu, extendens manum, exemit gladium suum, & percutiens seruum principis sacerdotum, amputauit auriculam eius, Tunc ait illi Iesus: Conuerte gladium tuum in locum suum. Omnes enim qui acceperint gladium, gladio peribunt. **Gene. 9.** An putas quia non possum rogare patrem meum, & exhibebit mihi modò plus quam duodecim legiones angelorum? Quomodò ergò implebuntur scripturae, quia sic oportet fieri? In illa hora dixit Iesus turbis: Tanquam ad latronem existis cum gladijs & fustibus comprehendere me: quotidie apud vos sedebam docens in templo, & non me tenuistis. Hoc autem totum factum est, vt adimplerentur scripturae prophetarum. **Thren. 4.** Tunc discipuli omnes, relicto eo, fugerunt. At illi tenentes Iesum, duxerunt ad Caipham principem sacerdotum, vbi scribae & seniores conuenerant. Petrus autem sequebatur eum a longè, usque in atrium principis sacerdotum. Et ingressus intro, sedebat cum ministris, vt videret finem. ***Princeps** autem sacerdotum & omne concilium, querebant falsum testimonium contra Iesum, vt eum morti traderent: & non inuenerunt, cum multi falsi testes accessissent. Nouissimè autem venerunt duo falsi testes, & dixerunt: Hic dixit, Possum destruere templum Dei, & post triduum reaedificare illud. Et surgens princeps sacerdotum, ait illi: Nihil respondes ad ea quae isti aduersum te testificantur? Iesus autem tacebat. Et surgens princeps sacerdotum, ait illi: Adiuro te per Deum viuum, vt dicas nobis, si tu es Christus filius Dei. Dicit illi Iesus: Tu dixisti. Veruntamen dico vobis, a modò videbitis filium hominis sedentem a dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus caeli, Tunc princeps sacerdotum scidit vestimenta sua, dicens: Blasphema-
uit.

uit. quid adhuc egemus testibus? Ecce nunc audistis blasphemiam, Quid vobis videtur? At illi respondentes, dixerunt: Reus est mortis. Tunc expuerunt in faciem eius, & colaphis eum ceciderunt, alij autem palmas in faciem eius dederunt, dicentes: Prophetiza nobis Christe, quis est qui te percussit? Petrus verò sedebat foris in atrio, & accessit ad eum vna ancilla, dicens: Et tu cum Iesu Galileo eras? At ille negauit coram omnibus, dicens: Nescio quid dicis. Exeunte autem illo ianuam, vidit eum illa ancilla, & ait his qui erant ibi: Et hic erat cum Iesu Nazareno. Et iterum negauit cum iuramento, Quia non noui hominem. Et post pusillum accesserunt qui stabant, & dixerunt Petro: Verè & tu ex illis es, nam & loquela tua manifestum tefacit. Tunc coepit detestari & iurare, quia non nouisset hominem. Et continuo gallus cantauit. Et recordatus est Petrus verbi Iesu, quod dixerat illi: Priusquam gallus ceter, ter me negabis. Et egressus foras, fleuit amarè.

IN CAPVT XXVI.

Et factum est, quum consummasset Iesus sermones hos omnes, dixit discipulis suis. ¶ Ab initio capitis 21. hucusque, multa audiuius de ingressu domini in ipsam urbem Hierosolymam & templum, sub ipsas ferias paschales, quando ipse verum pascha erat immolatus: de disputationibus cum scribis & pharisaeis habitis, & graui increpatione eorundem, quod malitia excacatos, deploratos, incorrigibilesque videret, cap. vicesimo tertio: Item de euerfione Hierosolymae, consummatione mundi, extremo iudicio, iustorum premijs & supplicijs impiorum, cap. 24. & 25. Hinc iam Evangelista aggreditur historiam passionis dominicae. Dixit dominus se in gloria regni venturum, comitatum exercitu omnium angelorum, atque sessurum in throno gloriae suae. Sed oportuit prius pati Christum, & ita intrare in gloriam suam: tum, vt per passionem & mortem, eius nos reconciliaremur Deo patri, qui eum qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit, vt nos efficeremur iustitia Dei in ipso: tum, vt relinqueret nobis exemplum, quo docti confirmati que patienter sustineamus, si pro benè factis afflictiones & contumelias feramus. In hoc enim vocati sumus, teste Apostolorum principe Petro: quia & CHRISTVS, inquit, passus est pro vobis, vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius, qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius: qui cum malediceretur, non maledicebat: cum pateretur, non comminabatur. tradebat autem iudicanti se iniuste: qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum, vt peccatis mortui, iustitiae viuamus; cuius liquo-

re sanati estis. Ecce haec sunt causae huius tam acerbi supplicij, quod inestimabili nostrae amore subijt vltro ille caeli terraeque Dominus, ille Rex regum & Dominus dominantium, vt nos signata sua repararet: quod cum summa gratiarum actione cognoscere, & alacri feruentique studio imitari debemus. Nam hac ratione gloriae illius nos participes fieri oportet, quippe in quam ille sic intrauit. Siue enim serui eius sumus, vt ipsius sanguine empti, non decet seruum esse delicatorem domino suo: siue discipuli, quos diuinae suae sapientiae doctrina imbuit, nefas est discipulum velle mollius tractari suo magistro. Quid autem, si fratres? Quis queat fati mirari tantam bonitatem ac misericordiam? sanguine ex infelicissima captiuitate redemptos, doctrina caelestis philosophiae instructos, pater in filios, filius in fratres adoptauit, vt vitam aeternam & regnum vna cum ipso hereditate possideamus. Verum cuius, obsecro, frontis fuerit, filios adoptiuos delicatius velle habere filio naturali, eoque vnico, atque tam tenerè dilecto, vt in hoc sibi vnice placuerit pater? Accedamus itaque animis cum summa religione attentissimis ad tantae rei mysterium, nè à tam incomparabili bono, ex tam stupenda charitate, tam inestimabili precio nobis comparato, per nostram ostantiam, cum summo dedecore, & miseria maiore, quam lingua fando, auris audiendo, aut animus cogitando consequi queat, excidamus.

Scitis quia post biduum pascha fiet. Pascha non è τοῦ πάσχα, quod nonnulli putarunt, hoc est, à patièdo, dictum est, quòd tunc mor-

tem fit passus Christus: sed est vox Hebraea
חֶסֶד quae transitum significat, inde dicta, quod
ea nocte, qua agnum illum immolatum, iuxta
praecceptum Domini, populus Israeliticus per
singulas domos edebat, Dominus transiret per
terram Aegypti, percuteretque omne primogeni-
tum, ab homine usque ad pecus: Viso autem
sanguine agni immolati, in postibus filiorum
Israel, transiret eos. Manifestum hoc est ex 12.
ca. Exodi, ubi inter cetera sic legitur:

וַיִּסַּח הוֹיָא לְיִהוָה, i. transitus est Domini. Et paulo
post, וַיִּסַּח עֲלֵיכֶם וְלֹא יוֹהָה בְּכֶם נֶגַע, id est, & transibo vos, & non erit in vobis pla-
ga. Haec est vera vocabuli origo: haec propria
eius significatio. Dicitur tamen & ipse agnus
pascha: ut quum dicuntur comedere pascha,
& Paulus de Christo per agnum illum signifi-
cato scribens, ait: Pascha nostrum immolatus
est Christus. Hic est enim verus ille agnus, qui
abstulit peccata mundi: cuius sanguis fronti-
bus nostris illitus, tutos nos reddidit ab angelo
percussore. Et ipsa agni immolatio, pascha di-
citur: quemadmodum hoc loco intelligit Ori-
genes, asserens Dominum hic non loqui de il-
lo pascha, quod fieri solebat secundum legem,
sed de semetipso & immolatione sua. Ideo
non dixisse, post biduum pascha erit, aut ve-
niet, sed fieri: quasi dicat, post biduum fiet no-
uum pascha, quale nunquam factum est, quod
est verum illud pascha, quo verè expiantur
peccata mundi. Quapropter & subiecit, Et fi-
lius hominis tradetur, vel, ut in graeco est, tra-
ditur &c.

1. Cor. 5.

Tunc congregati sunt principes sacerdotum &c.]
Chrysofostomus & hunc secuti theophylactus
& Euthymius, admonent, antiquitus à Mose
vnum fuisse institutum principem sacerdotum,
pontificem, quod videre est in Aarone Exo-
di 28. eundemque, quoad viueret, consueuisse
retinere principatum: quemadmodum legi-
mus Numer. 20. quod Eleazar non ante indu-
tus sit pontificalia, quam moreretur Aaron pa-
ter eius. Et Numer. 35. quod homicida in vrbe
ad quam confugisset, manere cogebatur, do-
nec sacerdos magnus, oleo sancto unctus, mo-
reretur. Idem scriptum est in libro Iosue cap.
20. Ceterum hanc legem, quemadmodum ali-
as multas, per traditiones suas subuerterat Iu-
dæi, ut annuos haberent pontifices, quemad-
modum romani suos Consules. Vnde Iohan.
11. legimus Caipham fuisse pontificem anni il-
lius, quo passus est Christus. Quamobrem prin-
cipes sacerdotum hic dicere videtur eos, qui
per vices summo sacerdotio, hoc est, pontifi-
catu fungebantur: quos Iohannes pontifices

nominat, quum ait: Collegerunt ergo ponti-
fices & pharisæi concilium. Scribas autem, do-
ctores legis: seniores populi, eos qui ætate &
sapientia cæteris præstare videbantur.

In atrium principis sacerdotum.] Atrium, au-
thore Festo, genus erat ædificij ante edem, con-
tinens mediâ arcem, in quam collecta ex omni
tecto pluuia descendit. Idem vestibulum dici-
tur, si credimus Gellio. Seruius ait antiquitus
in atrijs epulari consueuisse, idque probat au-
thoritate Catonis. Et serui atrienses, erant cæ-
teris honoratioris, qui in atrio ministrabant:
vnde illud Columelle, Tum insistere atriensibus,
ut supellestem exponant.

Qui dicebatur Caiphas.] Graeci scribunt, καϊέφας,
quatuor syllabis.

Ut Iesum dolo tenerent.] Dolo, i. occultè, au-
thore Chrysofostomo, clam populo: què vehe-
menter formidabant, quod scirent quam gra-
tus huic esset Iesus. Propterea noluerunt eum
in propatulo, præsertim multitudine, capere.

Dicebant autem: Non in die festo, nè forte tumultus
fieret in populo.] Non Deum timet, neque ve-
rentur, nè scelus animo conceptum, grauius
fiat ratione temporis, quo se ad religionem
componere debebant, ut idonei fierent ad ce-
lebrandum pascha: sed populi tumultum ti-
ment, & mala quæ ipsis hinc poterant eueni-
re. Sed quia tempus aderat, quo decreuerat
Deus illorum malitiosa voluntate & scele-
ratis manibus abuti ad peragendum nostræ
redemptionis mysterium: permisit eos, etiam
præter ipsorum consilium, oblata à prodito-
re Iuda occasione, eò quod tendebant, pro-
ruere. Neque illos excusat bonum quod
hinc nobis euenit. Neque enim huc respec-
xerunt: sed per inuidiam, auaritiam & am-
bitionem virum innocenter, in omnes be-
neficum, interficere voluerunt, quod per huc
suam gloriam obscurari putarent.

Cum autem Iesus esset in Bethania &c.] Hic
paulisper digreditur Euangelista ab ordine
illo naturali temporum, quibus ea, quæ nar-
rat, sunt gesta. Nam conuiuium hoc in quo
mulier Dominum unxit, Bethania factum
est die quarto, antequam hæc diceret disci-
pulis de pascha post biduum futuro, & se tra-
ditum iri ut crucifigeretur. Hoc manifestum est
ex Iohanne, ubi ait: Iesus ergo ante sex dies
paschæ venit Bethaniam, ubi Lazarus fuerat
mortuus, quem suscitauerat à mortuis Ie-
sus. Fecerunt autem ei cœnam ibi, &c. Causa
digressionis huius est, ut ostendat ex qua oc-
casione Iudas animum adiecerit ad proditi-
onem. Cæterum illud prætereundum non
est, magnoperè se torfisse doctos plerosque
viros

Ioh. 14

viros in explicanda hac vnctione, quod non
eodem modo de ea loquantur euangelistæ. Ve-
teribus plerisque visum est, non omnes Euan-
gelistas de vna loqui muliere quæ Dominum
unxit, sed plures hoc fecisse, ut alij de alijs
locuti sint. In qua sententia sunt Origenes, Hiero-
nymus, Chrysofostomus, Theophylactus, Euthy-
mius, & nonnulli alij. Diuus Ambrosius à
contentione abstinet: fatetur tantummodò,
potuisse plures esse. Atqui Diuus Augustinus
videtur mihi quidem, omnium diligentissi-
mè argutissimeque rem expendisse atque ex-
plicuisse, lib. 2. de consensu Euangelistarum,
cap. 78. & 79. Is putat vnam fuisse hanc muli-
erem, eandemque Mariam Magdalenam, so-
rorem Marthæ: sed bis unxit Dominum Ie-
sum: semel in domo Simonis Pharisæi, de quo
scribit Lucas capit. septimo. Iterum in domo
Simonis alterius, qui fuerat leprosus, de quo
hic Matthæus, & Marcus 14. & Iohan. 12. Quam-
quam magis credidero eundem fuisse Simonem,
apud quem prior facta est vnctio, & apud
quem altera: quum ex verbis Lucæ appareat &
illum in eadem habitasse ciuitate, in qua Ma-
ria quæ unxit: Ait enim, Et ecce mulier quæ
erat in ciuitate peccatrix &c. Iohannes etiam
de duabus vnctionibus loqui videtur, vna
cap. 11. quum ait, Erat autem quidam languens
Lazarus à Bethania, de castello Mariæ & Mar-
thæ sororis eius. Maria autem erat quæ unxit
Dominum vnguento, & extersit pedes eius ca-
pillis suis, cuius frater Lazarus infirmabatur.
Hæc nimirum est illa vnctio, quæ iam fuerat
facta in domo Simonis illius pharisæi, de qua
luculenter Lucæ 7. Altera de qua Iohann. cap.
sequenti, cum ait: Maria ergo accepit libram
vnguenti &c. Non tamen nego, posse etiã pri-
orilla Iohannis verba παρακαταίξις de hac vn-
ctione accipi, ut, quum ait, Maria autem erat
quæ unxit Dominum, subaudiatur, postea. Sed
prior sententia placet Augustino. Merito au-
tè nihil dubitat Augustinus, quin de vna vn-
ctione locuti sint Matthæus hoc loco, & Mar-
cus 14. & Iohann. 12. Nam hi tres omnes com-
memorant, quod discipuli murmurauerunt ad-
uersus mulierem, quod vnguentum tam pre-
ciosum ita effunderet. Et quod hinc arrepta
occasione Iudas cœperit cogitare de proditi-
one: nimirum ut accepta proditiōis mercede,
damnū sarciret, quod sibi videbatur accepisse,
quod non esset venditum illud vnguentum, si-
biq; tradita pecunia: quam furto suo decima-
re decreuerat. Sed turbat nonnullos, quod
Matthæus & Marcus aiunt vnguentum hoc ef-
fusum esse in caput Iesu: Iohannes autè, pedes
eius eo esse unctos. Atqui facilimum est, hunc
dissoluere nodum. Quid enim prohibet vtrū-

que esse factum? ut Matthæus & Marcus com-
memorauerint vnum, Iohannes alterum: qua-
lia non raro apud Euangelistas occurrere, ob-
seruare nos iubet Augustinus. Aut igitur fra-
cto alabastro, effusoque in caput domini, tan-
tum sibi in parte vasculi seruauit, ut & pedes
ungeret: aut (quod aptius dici videtur) aperto
prius vasculo unxit pedes: deinde fracto, vni-
uersum vnguentum effudit in caput. Quid quod
non esset incredibile, illam habuisse duo vn-
guenta, vnum quo prius ungeret pedes, quod
nonnulli suspicatur fuisse ex myrrha: alterum
ex nardo, quo caput: nisi Iohannes scripsisset
eo quod ex nardo erat, pedes esse unctos? Mi-
nus etiam mouere debet lectorem, quod Mat-
thæus & Marcus in genere dicunt discipulos
murmurasse, Iohannes autem nominatim Iu-
dam. Quis enim tam est indoctus, ut ignoret
quo tropo sæpè numerus vnus pro altero apud
scriptores ponatur? Quamquam hæc quidem
variatio sine tropo fieri potuit, ut omnes qui-
dem, aut certè aliquot ex eis, murmurauerint,
sed Iohannes indicauerit authorem, qui cæte-
ros, vti ignaros quid ipse scelestus haberet in
animo, instigauit ad murmurandum: Matthe-
us autem & Marcus eos murmurasse comme-
morent, simplici in pauperes pietate: quod
hac Iudam motum fuisse putarent, ut factum
mulieris reprehenderet. Eiusdem facilitatis
est diluere, quod mouet Origenes: quod mul-
lier illa de qua Lucas scribit, fuerit peccatrix,
vix ausa contingere pedes Domini, tantum ab-
est ut caput. Nam quum ungeret caput Iesu,
iam desiderat esse peccatrix, & remissa erant il-
li peccata multa, quod dilexerit multum, Lu-
7. ideoque digna habita, ut vicissim diligeretur
à Domino, Iohan. 11. Ego, inquit, diligentes me
diligo, Proverb. 8. Quamobrem nihil video
quod nos debeat mouere, quod minus ample-
ctamur sententiam eam, in qua recentiores Ec-
clesiæ dei catholice doctores esse video, nempe
vnam esse mulierem, de qua scribunt omnes
Euangelistæ, quod unxit Dominum Ie-
sum, eandemque Mariam Magdalenam, so-
rorem Marthæ. Unxit autem bis, atque vtrum-
que in domo Simonis: semel, quum coeptum
esset pudere ac pœnitere vitæ peccatis conta-
minatæ, ut scribit Lucas capite septimo. Ite-
rum, quum Iesus excitasset ex mortuis Laza-
rum fratrem eius. de qua vnctione cæteri Euan-
gelistæ. Quæ quò clariùs, absque omni offen-
sa, intelligantur, huius Euangelistæ verba ita
persequemur, ut quæ apud Marcum & Iohan-
nem sunt, ad hanc historiã pertinentia, suis lo-
cis addamus. Iohannes cap. 12. sic scribit: Iesus
ergo ante sex dies paschæ venit Bethani-
am, ubi Lazarus fuerat mortuus. Fecerunt
autem

autem ei cenam ibi: nimirum in domo Simonis Leprosi, ut hic scribit Matthæus, & cap. 14. Marcus. Et, ut ait Iohannes, Martha ministrabat. Lazarus verò erat vnus ex discumbentibus cum eo. Et quum discumberet, inquit Marcus, accessit ad eum mulier, ut Mattheus, nempe Maria, ut Iohannes, habens alabastrum vnguenti preciosi, secundum Marcum continens libram vnguenti nardi pistice, & vnxit pedes Iesu, & extersit pedes eius capillis suis, quod adijcit Iohannes. Deinde, ut ait Marcus, fracto alabastro, effudit super caput ipsius recumbentis, ut hic Matth. Et, ut Iohannes, domus repleta est ex odore vnguenti. Videntes autem discipuli quidam, quod adijcit Marcus, indignati sunt intra semetipsos, dicentes: Ut quid perditio hæc vnguenti facta est? secundum Marcum & Mattheum. Iohannes verò nominat authorem huius criminationis, his verbis: Dixit ergo vnus ex discipulis eius, Iudas Iscariotes, qui erat eum traditurus: Quare hoc vnguentum non venit trecentis denarijs, & datum est egenis? Dixit autem hoc Iudas, non quòd de egenis pertineret ad eum, sed quia fur erat, & loculos habens, ea quæ mittebantur, portabat. Ex his verbis Iohannis omninò apparet, quòd ceteri instigati à Iuda, fremuerint in eam, ut scribit Marcus. Hinc apud Mattheum sequitur: Sciens autem Iesus, ait illis: Quid molesti estis huic mulieri? Sinite (Marcus ait) eam. Opus enim bonum operata est in me, &c. ut pergit narrare Matthæus, non dissentientibus ceteris duobus. Ecce hæc est series totius historiae, ex tribus Euangelistis composita, de vnctione hac. Sed vtinam Dominus Deus dignetur reuelare oculos nostros, ut possimus considerare atque perspicere mirabilia, quæ historici huius cortice conteguntur. Quis franget nobis testam, ut gustemus de dulcedine huius nuclei? Inuocato agno, qui solus nouit aperire librum: qui habet clauem Dauid, qua claudit, & nemo aperit: aperit, & nemo claudit, adspiciamus. Principio videamus quid sibi velit Bethania, in quo oppidulo res est gesta. Huc enim sepius se recipere solitum esse Dominum Iesum, aperte loquuntur nobis scripturæ. Hic hospitium habet in domo Simonis. Hic lauatur lachrymis mulieris Mariæ, tergitur capillis, vngitur pedes & caput vnguento preciosissimo fragrantissimoque. Hic denique edit miraculum, quale nunquam auditum est aliud, ut homo iam diem quartum habens in monumento, reuocaretur in vitam. Nouerunt hi qui scripturarum diuinarum sunt studiosi, in huiusmodi historijs nū-

Apocal. 3.

quam ferè carere mysterijs ipsa tum rerum tum personarum nomina. Horum itaque interpretatio dabit nobis, si non vt ad summam harum rerum sublimitatem conscendamus, saltè gradum aliquem, in quo consistentes, doctrinam percipiamus, vitæ nostræ perutilem ac salutarem. **בית סימון** dictio Hebraica, è tribus, ut mihi quidem videtur, composita: **בית**, quod significat domum: & **סימון**, quod inter cetera significat humiliare, siue affligere: & **סון** quod est vnus ex nominibus Deum significantibus: dominum interpretari solent. Nonnè itaque pulcherrimè nobis oppidulum hoc seu castellum, significat mundum hunc, afflictionibus plenum, in quem filius Dei, è summo celo regniq; sui throno, sese humiliare dignatus est, vt fieret hospes noster atque conuiuia? Prætereo quæ hic gessisse legitur Dominus, præter illa quæ ad hanc vnctionem pertinent. Hospes fit in domo Simonis Leprosi. Ogratum hospitem, qui ad hoc ipsum se nobis offert conuiuam, vt nos à peccatorum nostrorum foedissima lepra mudet. Sed quid sibi vult nomen Simonis? Primus hoc nomine appellatus est vnus è filijs Iacob, Gene. vice simonono, cuius ratio illic luculenter exprimitur à matre eius Lia, his verbis: **כי שמעו רחלה כי שנתתי אותי בבתו לבי גם זה נתקרה שמו שמעון**

Hoc est, Quia audiuit Dominus quòd contempta sim, & dedit mihi etiam hunc, & vocauit nomen eius Simeon. Ab auditu itaque nomen est, quo & ille dictus fuit, quem rediturus ad patrem, summum Ecclesiae suæ pastorem constituit Dominus, quum diceret: Simon Iohannis, diligis me plus his? Pasce agnos meos. Quid aliud itaque nobis domus hæc Simonis indicat, quàm Ecclesiam omnium credentium? In hac domo qui rectè versantur, hi & audiunt assidue vocem Domini, tum in ministris eius, tum in scripturis, tum in semetipsis per arcanos afflatus: & vicissim exaudiuntur à Domino, & ab omnibus afflictionibus suis liberantur.

In hac domo Martha ministrat, externo quidem & crassiore ministerio, ad honorem tamen & cultum Domini Iesu: tum populi Iudaici typus, in lege Deum colentis, tum exemplum illis, qui laboribus externis grauati, omnia faciunt in charitate, in nomine Domini, ad obsequium, cultum, & ornatum eius domus & mensæ, in qua Iesus recumbit. Maria verò ex peccatrice facta discipula Iesu, intenta doctrinæ sapientie, ita charismatibus illis imbuitur atque repletur, vt tandem vnguento

Iohan. 21.

guento preciosissimo prolato Dominum Iesum vngat, in odorem suauitatis, qui tum ab humanitatis eius pedibus, tum à capite deitatis, fragrore inestimabili repleat totam hanc domum. Imago videlicet tum Ecclesie ex gentibus congregata, quæ se prostituerat idolis, nunc verò fidei suæ fragrorem spargit per totum mundum: tum præcipue eorum, qui reiectis curis & occupationibus huius mundi, amplectuntur studium doctrinæ Euangelicæ. per hos enim Christus odorem notitiæ suæ manifestat in omni loco, ut ait Apostolus: Quia Christi bonus odor sumus Deo, in ijs qui salui sunt, & in ijs qui pereunt: alijs quidem odor mortis in mortem, alijs autè odor vitæ in vitam. Non sunt tamen interea hi qui sic vacant soli doctrinæ, ab obmurmurationibus, obreccationibusq; liberi. Est sceleratus Iudas, qui dum prætextu pietatis in pauperes, suum negocium agit, imperitos & simplices excitat, vt reprehendant ea quæ non intelligunt. Quin ipsa etiam soror Martha aliquando sororis suæ ocio commota, ad suos eam labores cogendam esse censet. Dic illi, inquit, vt me adiuuet. Quantum negocij exhiberint apostolis illi qui ex Iudaismo crediderant, contententes oportere gètes circumcidi, & obseruare legem, sciunt qui legerunt epistolas Pauli & acta Apostolorum. Ceterum qui non malitia, sed errore simplici hæc agunt, admoniti verbo Dei, acquiescunt. Iudas autem, quia ex malitia loquitur, admonitioe factus scelerator, ad proditorem Domini & præceptoris sui accingitur: Neq; veretur creatorem & redemptorem suum, cæli terræque Dominum, vendere vili argento. Vndè cum illi nomen sit **יהודה** à confessione seu laude, meritò additum est cognomen **איש כסף**, quòd simulata sit eius confessio, non aliò quàm ad lucrum seu quæstù respiciens. **כסף** enim mercari est: **כסף** merces: vndè & **איש כסף** vnus filiorum Iacob, dictus fuit, Genes. tricessimo, sed meliori de causa. Nos itaque charissimi, his imaginibus docti, dū versamur Bethanie, id est, in inferiori hoc mundo, afflictionibus ac doloribus pleno: demus operam, vt simus in domo Simonis, vbi recumbit Iesus: & siue cum Martha sumus occupati laboribus externis, siue cum Maria vacamus doctrinæ, omnia faciamus in hoc, vt nostro conuiuio delectetur Dominus Iesus. Nemo despiciat Martham ministrantem. Nemo calumniatur Mariam dum vngit Dominum Iesum. Sed omnes vnanimiter in domo audientia versantes, audiamus quæ sit volun-

2. Cor. 2.

Luc. 10.

tas Domini, vt hanc faciamus: & ille haud dubiè exaudiet nos, & faciet vt qui sic eum tractamus conuiuiam ante diem obitus nostri, in resurrectione iustorum nobis appareat inter primos, quemadmodum surgès manè prima sabbati, apparuit primò Mariæ Magdalene, Marc. 16. nobis, inquam, qui Mariam imitati, doctrinæ illius sapientie vacantes, comparamus nobis vnguentum ad vngendum illum in odorem suauitatis, quo repleatur Ecclesia eius. Hæc, vt confido, non inutiliter de hac vnctione disserimus. Nunc itaq; reuertamur ad textum.

Accessit ad eum mulier habens alabastrum. **Αλάστρου** **ῥαββάρι**, delicata pyxis vnguentaria erat vitrea: ita dicta à **αλάβη**, quod prehendere significat, & particula priuatiua a, addita per pleonasmum: quòd ob leuiorem comprehendendi non possit. Cicero Academicarum quæst. lib. 2. Quibus etiam alabastrum pleus vnguenti putere videatur.

Nam semper pauperes habetis vobiscum. Marcus addit: Et cum volueritis, potestis illis benefacere. Mittens enim hæc vnguentum &c. Marcus, Quod habuit hæc, fecit: præuenit vngere corpus meum in sepulturam. Habuit, dixit: pro, potuit. Moris erat apud Iudæos, corpora mortuorum vngere, quò diutius durarent: symbolum, vt apparet, speratæ resurrectionis futuræ. Hoc itaque faciens Maria, ipso facto propheta instare mortis dominicæ diè, & mox resurrectionem.

Amen dico vobis, Vbiunque predicatum fuerit hoc Euangelium &c. Grauis defensio facti mulieris, quo & illud dicit, fore vt Euangelium in toto mundo predicetur, cuius iam diximus in ipsa muliere & odore vnguenti figuram esse expressam: quod & animare debuit discipulos illi rei præficiendos, & reuocare Iudam à cogitato scelere, nisi fuisset excæcatus illa malitiosa auaritia. vt meritò dixerit poëta:

Quid non mortalia pectora cogis Auri sacra fames?

Aenciid. 3.

Quid vultis mihi dare, &c. Hic studiosus quisq; ipse consideret hominis nò solum malitiam, verum etiam dementiam, qui tanti magistri discipulus, pro tam vili precio ad facinus tã enorme, vtrò se, à nemine rogatus aut inuitatus, offert. horum ille nihil curat, modò recuperare possit damnatum, quod ex effuso vnguento sibi accepisse videbatur. Beatus est, inquit sapiens, diues, qui inuentus est sine macula, & qui post aurum non abiit, nec sperauit in pecunia & thesauris. Quis est hic, & laudabimus eum? fecit enim mirabilia in vita sua. Et Paulus: Radix omnium malorum est

Eccles. 10.

1. Tim. 6.

gg cupi-

Pfal. 118.

cupiditas. vt merito propheta regius precatus sit, dicens: Inclina cor meum in testimonia tua, & non in auaritiam.

Prima autem die azymorum acceperunt discipuli ad Iesum. Hic iam, exposita per digressionem proditiōnis causa, redit ad ordinem historiarum. fuerunt autem septem dies, quibus comedebant panes azymos, hoc est, nō fermentatos. azymum fermentum est, Hebraicè *אֲזַיִם*.

Fermentatum verò, *אֲזַיִם*: Panes autem azymi, Hebraicè dicuntur *אֲזַיִם*. De his præceptum habebant Exodi 12. vbi dicitur: Septem diebus azyma comedetis, &c. Quæ quid mysterij haberent, satis indicat Apostolus Paulus 1. Corinth. 5. vbi ait: Nescitis quòd modicum fermenti totam massam corrumpit? &c. Nimirum à peccatis abstinendum esse illis, qui volent per immolationem & esum agni illius paschalis turti esse ab angelo illo percussore. Et D. Augustinus contra Faustum Manich. lib. 32. cap. 11. Azyma verò, inquit, qui re- &æ fidei Christiani sunt, non in fermento veteris vitæ, hoc est, malitiæ, sed in ipsius fidei veritate & sinceritate custodiunt: non septem diebus, sed omni die: quod significatum est numero dierum septenario, quo quotidie omnis voluitur dies. Porro per primam diem azymorum, quintam sabbati intelligendam esse, quam ex ethnicorum consuetudine diem Iouis dicimus, docet idem Augustinus epistola 86. quæ est ad Casulanum de ieiunijs priscorum: quia eius vespera sequente, futura erat cœna paschalis: qua cœna incipiebat azymum & ouis immolatio manducari. In eandem sententiam Chrysost. in hunc locum. Ex quo colligitur, quartam sabbati fuisse (hoc est, diem Mercurij) quandò ait Dominus: Scitis quia post biduum pascha fiet, &c. Sed exoritur hic quæstio, quare Christus, qui venerat non ad soluendum legem, sed ad implendum, celebrauerit pascha ad vesperam quintæ diei, quum Iudæi illud celebrauerint ad vesperam sextæ, quod inde apparet, quòd quum duccerent Dominum Iesum à Caipha ad Pilatum, quod constat sexta die, quem Veneris vocamus, esse factum, ipsi non introierunt in prætorium vt non contaminarentur, sed vt manducarent pascha, vt scribit Iohannes. Hunc nodum ita soluere conatur Sebastianus Monstertus, vt dicat Iudæos pascha non celebrasse eo die quo Moses mandarat, quòd, producta illorū de hac re traditione, ostendere nititur. Christum autem die legitimo celebrasse. De hoc sinam studiosos ipsos, quū ipsi visum fuerit, latius philosophari: aut legere Euthymium, copiosius & luculentius de hoc scribentē.

Ioh. 18.

Ite in ciuitatem ad quendam. Ciuitatem, Hierosolymam dicit. Illud, Ad quendam, non ex Domini, cuius mandatum narrat, sed ex sua persona interposuit Euangelista, auctore Augustino de consensu euangelistarum. q. d. iussit eos ire in ciuitatem ad quendam, ac dicere: magister dicit, Tempus meū propè est, &c. Duos autem fuisse missos ait Marcus: quos Lucas etiam nominat, Petrum videlicet & Iohannem. Hos iubet ire ad quendam, non expresso nomine, sed signo dato, quo cognoscant quem velit: quod Marcus & Lucas explicant apertius his verbis: Et introeuntibus vobis in ciuitatem, occurret homo quidam amphoram aque portans: sequimini eum in domum in quam intrat: quocunquē introierit, vt ait Marcus. Et dicetis Domino, seu vt Lucas, patrifamiliās domūs: Dicit tibi magister, Tempus meum propè est, secundum Matthæum, apud te facio pascha cum discipulis meis. Adijcit Marcus, Vbi est refectio mea? & Lucas, Vbi est, diuersorium, vbi pascha cum discipulis meis manducem? Et ipse ostendet vobis cœnaculum magnum stratum, & illic parate nobis. Hic multa mirari magis possumus, quàm explicare. Quid sibi vult, quod non exprimit nomen hospitis, seu patrifamiliās, apud quem facturus est pascha? Quid homo ferens amphoram aquæ? Quid quòd occurrit introeuntibus in ciuitatem? Quid cætera, quorum nihil ociosum esse, hoc est, sine mysterio magno, certò mihi persuasum, quibus vel doctrina maior, vel vberior gratia spiritus data est. Interea precibus assidujs ad dominum Deum fuis, meditemur qua ratione queamus effici idonei, vt apud nos dignetur pascha celebrare Dominus Iesus. Aquis profectò ad hoc est opus. Multa quidem in scripturis diuinis aqua significat. Statim natos, & huius mundi ciuitatem ingressos, velimus nos, aquæ excipiunt nos dolorum & afflictionum. Sed ò salutare aquæ, quibus verbo dei sanctificatis, abluimur à foribus peccatorum. Salutare aquæ celestis huius doctrinæ: quibus irrigati, adeoq; compluti, imò quibus potis, fide ac spiritu sancto transformati, ipsi fontes efficiuntur, vt de ventribus nostris flumina promānent aquæ vi- Iohan. 7. ue. Et hanc quidem aquam, dum in hac terrena Hierusalem habitamus, in vasis fictilibus circumferimus. Symbolum tamè est, quo à discipulis Iesu agnoscimur, vt ad nos diuertant, & cœnaculum instruant Domino ad nos venturo. Dilatabitur cor Domini, iuxta verbum Esaiæ, quum conuersa fuerit ad illum multitudo maris. Sed ille ingressus ad nos, vicissim dilata-

Esaiæ 60.

dila-

Pfal. 118.

dilatabit cor nostrum, vt viam mandatorum eius curramus, si viam veritatis elegerimus, & iudicia eius non fuerimus obliuisti. Cœnaculum grande est Ecclesia hæc, in qua adhuc per sacramenta in ænigmate comedimus agnum paschalem. Sed hinc tandè transferemur in illud caeleste, vbi cum Abraham, Isaac, & Jacob, & sanctis omnibus, in mensa patris nostri epulabimur in æternum, edentes & bibentes illum immortalitatis cibum & potum, non iam sacramentorum speciebus repletum: sed omni velamine remoto, apertum atque conspicuum. Ibi palam gustabimus & videbimus, quàm suavis sit dominus: & quàm beati, qui hic in eum sperantes, ad illam cœnam se præparauerint. Sed iam consideremus ea, quæ de mystica cœna sunt apud euangelistas.

Vespere autem facto, discumbebat cum duodecim discipulis. Quomodo agnum illum paschalem secundum legis præscriptum ederet cum discipulis, nullus Euangelistarum narrat. Nemo tamen dubitat quin ederet illum. Nam in hoc emiserat Petrum & Iohannem, vt illum ritè pararent. Quamobrem accedo sententiæ Euthymij, quòd ante reliquam cœnam, stantes & accincti, calceatiquæ & baculos tenentes, iuxta legis præscriptum ederint, deinde discubuerint atque cœnauerint.

Porro cœna illa iam facta, vt scribit Iohannes, (quod Diuus Augustinus interpretatur, parata) surrexit à cœna, & lauit discipulis suis pedes: quàm lotionem luculèter describit Iohannes capi. decimotertio. Deinde quum eos admonuisset, vt illud humiliationis exemplum, & charitatis officium vellent imitari, discumbentibus & manducantibus ait: (vt Lucas scribit) Desiderio desideravi hoc pascha manducare vobiscum, antequam patiar. Dico enim vobis, quia ex hoc non manducabo illud, donec impleatur in regno Dei. Et accepto calice, gratias egit, & dixit: Accipite & diuidite inter vos. Dico enim vobis, quòd non bibam de generatione vitis, donec regnum dei veniat. Vbi hoc pascha interpretantur doctores, non illud vetus, typicum, & veruecinum: sed nouum hoc & verum: in quo, vt in veritate terminata sunt vmbra & figura illius veteris. Nulla, opinor, contentio materia de hoc relinqueretur, si per hoc pascha totum illud, quod in ea mensa, eo vespere, seu nocte egestum est, intelligamus, cuius hæc est summa, quòd veteris legis typicam agni immolationem absoluit, & instituit nouæ legis immolationem nouam, qua iam deinceps vsque ad consummationem seculi vitur Ecclesia, sub panis viniq; speciebus, immo-

Albertus Pignus cōtrouers. 5. quæ est de Missæ sacrificio.

lans DE O patri victimam incruentam, illum ipsum verum agnum, Dominum Iesum Christum, in memoriam & gratiarum actionem illius immolationis, & quam ipse sacerdos, & victima cruenta factus, obtulit semetipsum pro peccatis nostris: vt quod semel factum est per effusionem cruoris & mortem, quotidie fiat per mystici panis & calicis consecrationem & communicationem: vt quemadmodum ille semel est mortuus pro peccatis nostris, nec moritur amplius, ita nos per hæc sacramenta facti participes corporis & sanguinis eius, in ipso mortui peccatis, viuamus iustitiæ, offerentes interea & nostra corpora Deo & patri, & membra nostra ad seruiendum illius iustitiæ, nimirum vnum iam corpus facti in Christo, singuli autem alter alterius membra, iuxta verbum Apostoli Romanor. duodecimo, vt hoc modo carnem illius manducantes, & sanguinem bibentes, in illo maneamus, & ille in nobis, Iohann. sexto. Ecce hoc erat, quod tanto desiderio desiderauit dominus noster, nimirum propter quod & de caelo ad nos descenderat. Euthymius putat etiam rationem illum indicare his verbis, Desiderio desideravi, quare anteuertet diem; quo Iudæi comedebant pascha, nempe ne morte præuentus, impediretur hoc facere. Vndè ipse sic interpretatur: Desiderio desideravi, i. festinatione festinaui hoc anno pascha edere vobiscum &c. Neque hic quicquam est factum contra legem, quia nulla fuit lex, neque vlla pars legis, quæ condemnaret aut puniret illum, qui pascha ante diem in lege expressum celebrasset: id quod prouidentia dei propter hoc ipsum de quo hic agimus, factum esse monet Euthymius.

Porro quod Lucas de calice bis commemorauit, prius antequam panem daret: deinde posteaquam panem dedit, putat Augustinus non ita accipiendum esse, quasi bis porrexerit calicem, semel ante panem, & iterum post panem, sed vtrunq; ad vnam eiusdem calicis porrectionem pertinere: vt cum præoccupans de calice partem commemorasset, intermisisset sermonem illum tantisper, donec de pane interijceret, quem prius, quàm calicem, consecrasset ac dederat: deinde reuersum ad mentionem calicis, id, quod ceperat, absoluisse: vt vtrunq; coniunctum, hanc faciat sententiam: Et accepto calice, gratias egit ac dixit: Accipite & diuidite inter vos. Hic est calix nouum testamentum in sanguine meo, qui pro vobis fundetur. vt hoc modo consonent Matthæus, Marcus, & Lucas. Cæterum Theophylactus suspicatur Lucam duorū poculorū facere mentionem: quorum prius perti-

De cōsent. in Euag. li. 3. c. 1.

Luc. 22.

nuerit ad vetus testamentum, & esum agni illius typici, posterius ad nouum. D. Hieronymus etiam verba Lucæ de duobus poculis accipit: ita enim scribit: In Luca legimus duos calices, quibus discipulis propinavit: vnum primi mensis, & alterum secundi: vt qui inter sanctos primo mense agnum comedere non potuerit, secundo mense inter penitentes hædum comedat.

Quod autem adijcit, Donec regnum Dei veniat: regnum Dei, tempus resurrectionis suæ significat. Nam post resurrectionem edit ac bibit cum discipulis, nè dubitarent illum verè resurrexisse. Quamquam & huic rei putat Hierony. subesse aliquid figuræ mysticæ, quo significetur Iudæorum reiectio, donec recepta fide vera, credant & confiteantur nobiscum patrem & filium & spiritum sanctum: quod ille populus in multis sacræ scripturæ locis dicitur vinea Domini.

Et edentibus illis, dixit: Amen dico vobis, quia vnus vestrum me traditurus est. His verbis, quæ admodum alijs plurimis, aperte ostendit, quàm nihil eorum quæ erant futura, ignoraret. Vnde apud Iohannem ait: Nunc dico vobis priusquam fiat, vt quum factum fuerit, credatis quod ego sim. Sed grauius pullat Iudæ proditoris pectus. Verum ille marpesia caute (vt vtar verbo poetæ) durior, nihil mouetur. Tam est horrendum malum cupiditas pecuniæ.

Qui intingit mecum manum in parapside, hic me tradet. Hoc non eò pertinet, vt prodat siue indicet cæteris discipulis ipsum proditorem, quis sit: sed ad exaggerandam proditoris, cuiuscunque etiam, impietatem: qui illum dominum ac magistrum, à quo in tantam esset admissus familiaritatem, proderet: vt scelestum illum turpitudinis argumèto à proposito dehortetur, quantum quidem in ipso Iesu est. Cui mox aliud subiicit à damno, quum ait: Væ autem homini illi &c. Itaque Dominus Iesus omnia adhibet, quæ pertinent ad reuocandum hominem à scelerato proposito: vt omnibus appareat, illum sua ipsius malitia perire. Et ecce, quod impudenti prorumpit scelus? Audet enim quasi innocens appellare magistrum, qui toties tam euidenter declararat sibi constare omnia: Nunquid ego, inquit, sum Rabbi? Et quum ille incredibili mansuetudine ita respondeat, vt solus proditor intelligat se significari, non tamen vel tantillum indè commouetur. Audi quàm mansuetè, amicè, ac tanquam in aurem respondeat: Tu, inquit, dixisti: indicans videlicet ipsum scelestum sibi, non prodens cæteris. Vnde quum illi non possent deprehendere quis esset, ac se

inuicem insipientes, hæsitarant de quo diceret, vt scribit Iohannes, vnus ex eis, quem diligebat Iesus, erat recubens in sinu ipsius Iesu. Innuat ergo huic Simon Petrus, & dixit ei: Quis est de quo dicit? Itaque quum recubisset ille super pectus Iesu, dicit ei: Domine, quis est? Respondit Iesus: Ille est, cui ego intinctum panem porrexero. Et cum intinxisset panem, dedit Iudæ Simonis Iscariotæ. Et post buccellam introiuit in eum Satanas, & quæ sequuntur apud Iohannem. Cæterum hos de traditore sermones partim ante, tradita corporis & sanguinis sui mysteria habuit, vt videre est apud Matthæum & Marcum, partim post, vt ex Lucæ atque Iohannis colligitur verbis. Neque illa buccella panis tincti, post quam satanas intrauit in Iudam, erat corpus Christi, vt plerique negligenter legentes putant: sed, vt inquit Augustinus Tractatu 62. in Iohannem, intelligendum est, quod quum eam buccellam porrigeret Iudæ, iam omnibus distribuatur sacramentum corporis & sanguinis sui, vbi & ipse Iudas erat, quod Lucas euidentissimè narrat. Theophylactus tamen ait quosdam dicere, quod egresso Iudæ, tradiderit sacramentum alijs discipulis. Quod & Episcopus pastoribusque imitandum esse censet, vt malos à sacramentis arceant. De quo sacramento nunc videamus Euangelistæ verba.

Cenantibus autem eis, accepit Iesus panem, & benedixit ac fregit, deditque discipulis suis, & ait: Accipite, & comedite: Hoc est corpus meum. Postquam typicum pascha fuerat impletum, inquit Hieronymus, & agni carnes cum apostolis comederat, assumit panem, qui confortat cor hominis, & ad verum paschæ transgreditur sacramentum: vt quomodo in præfiguratione eius Melchisedec summi Dei sacerdos, panem & vinum offerens fecerat, ipse quoque veritatem sui corporis & sanguinis representaret. Sed nè quæso locum hunc Euangelij prætereamus oscitanter. Amplissimam enim habet doctrinam, saluberrima & ineffabilia mysteria, quæ hic paucis admodum verbis cõprehenduntur. Nunquam autem magis necessarium fuisse videtur, vt hæc fideliter ac luculenter explicentur, quàm nostra hæc afflētissima ætate: in qua tam crudeliter grassantur Antichristi satellites, in nullo magis occupati, quàm vt è medio tollant iuge illud sacrificium, quod iuxta Malachiæ vaticinium offertur nomini Domini in omni loco, ab ortu solis vsque ad occasum. Nam hoc sublatum iri per Antichristum, clarè cecinit propheta Daniel cap. 12. Tribus potissimum locis hanc partem euangelicæ doctrinæ oppugnare cepe-

ceperunt. Primus est ipsius sacerdotij & sacrificij. Secundus, veritatis carnis & sanguinis Domini in hoc sacramento: Tertius, de modo dispensandi hæc mysteria, distribuendique populo. Principiò, quemadmodum pater illorum diabolus ausus est, violenter ad suum sceleratam propositum detorta scriptura, ipsum etiam scripturæ Dominum aggredi: Si filius DEI es, nquiens, mitte te deorsum: scriptum est enim, Angelis suis mandauit de te, ac in manibus tollent te, nè fortè offendas ad lapidem pedem tuum: ita ipsi, detortis ad hoc verbis Epistolæ ad Hebræos, quibus ait: Vna oblatione consummauit in æternum sanctificatos, persuadent imperitis, nullum iam amplius esse in Ecclesia sacrificium, & Missam esse horrendam quãdam abominationem. Quum verò de his tribus locis à multis doctissimis viris copiose ac luculenter sit scriptum, nos in præsentiarum ea duntaxat iuuentuti, quam Dominus IESVS nostræ fidei tradidit instituendam, profereamus, quibus satis munitam armatamque fore confidimus, aduersus illos diabolici satellitij assultus. Quod igitur ad iuge hoc sacrificium, vt appellat Daniel, attinet: hoc quantum sit, & in quanto precio apud DEVM, vel hinc estimare possunt veritatis verè studiosi, quod multis seculis ante illa Mosæica præfiguratum est, & imagine quasi ad viuum expressum in Melchisedec: de quo Genes. decimoquarto, vbi de victoria Abraham scribitur, sic legimus: At verò Melchisedec rex Salem, proferens panem & vinum, (erat enim sacerdos Dei altissimi) benedixit ei, & ait: Benedictus Abraham Deo excelso, qui creauit cælum & terram: & benedictus Deus excelsus, quo protegèntes hostes in manibus tuis traditi sunt. &c. Quàm graphicè in Melchisedec nobis depictus sit pontifex noster Iesus, luculentissimè explicuit Apostolus ad Hebræos capite septimo. Primum quidem, inquit, qui interpretatur rex iustitiæ, deinde autem & rex Salem, quod est rex pacis, sine patre, sine matre, sine genealogia, neque initium dierum, neque finem vitæ habens, assimilatus autem filio Dei, manet sacerdos in perpetuum. Quàm pulchrè verò sacrificium illud Melchisedec respondeat huic nostro, quod hic in sacra illa mensa fecit pontifex noster, tradiditque discipulis iugiter deinceps in Ecclesia faciendum: hoc, inquam, qui non vident, hos ego omnibus talpis cæciores esse iudico. In pane & vino sacrificat vterque: vterque benedictione sua ima coniungit summum. Melchisedec vna benedictione hominem cum Deo, dicens: Benedictus Abraham Deo excelsus, qui creauit cælum & terram: & bene-

dictus Deus excelsus, quo protegente, hostes in manibus tuis traditi sunt. CHRISTVS, quum sit verus Deus & verus homo, acceptis pane & calice, benedicit & gratias agit, & veraci suo ore & omnipotenti verbo dicit, Hoc est corpus meum: &, Hic est sanguis meus. Quod deinde porrigit edendum atque bibendum, vt euidenter etiam ac sentientes sciant se in vnum cum Deo coalescere: nimirum eius carnem edentes, & sanguinem bibentes, qui verus DEVS est & verus homo. Quid vnquam auditum est mirabilius? vt meritò hoc sensisse prophetam putemus, quum ait: Memoriam fecit mirabilium suorum misericors & miserator Dominus, escam dedit timentibus se. Sed hic audire mihi videor aliquem ex illorum grege, qui rebus neglectis, in cauillatione verborum imperitos deludunt. Agnosco, inquit, quæ fecit Melchisedec: agnosco quæ CHRISTVS: sed nullam audio mentionem sacrificij. Quid ais? Quum audis ratione adduci, quare protulerit panem & vinum, nempe quod benedicit sacerdos Dei altissimi, & audis quod benedicit patriarcham in Deo, & Deum in patriarcha dubitare potes, an sit sacrificium quod facit? Quis enim est sacerdos, nisi is qui Deo dicitur est ad sacrificia facienda? Et quid sacrificium aliud, quàm opus sacrum sacerdotis, ritè factum in honorem, laudem, & cultum Dei, pro salute humana? Et quum de CHRISTO prophetam audis canentem, Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedec: & legis apud Euangelistas, Matthæum, Marcum, & Lucam, item apud Apostolum Paulum, quæ accepto pane & calice dixit fecitque pontifex noster Iesus, ad vnguem quadrantia ad ea quæ fecit Melchisedec: dubitare potes hoc esse sacrificium? An verò adhuc sacrificij nomen requiris, vbi tam aperte vides rem ipsam? Quin potius agnoscis hoc esse verè iuge illud sacrificium, quod, cæteris omnibus repudiatis, solum elegit Deus pater, non solum in memoriam, verum etiam communicationem illius vnus sacrificij, quo filius eius, pntifex noster consummauit in sempiternum sanctificatos: illud sacrificium, in cruce vt semel duntaxat factum est, neque vnquam iterandum, ita figuræ eius cruentæ & initium suum nouerit, & acceperunt finem. Cæterum hoc nostrum sacrificium vt figuram habet in illo, qui neque initium dierum, neque vitæ finem habet, ita ipsum in perpetuum durabit vsque ad consummationem mundi. Quid dico, vsque ad consummationem mundi? Quantum ad externa illa & sensilia elementa pertinet, finem habebit cum hoc mundo: Quantum ve-

ro ad substantiam rei, durabit in æternum. Est enim sacrificium illud laudis, quod quam diu sumus in hoc mudo visibili, sub speciebus visibilibus immolamus cum inuocatione, vt liberemur ab his malis. Vbi verò iam in sancta illa sanctorum intrauerimus, quò nos præcessit pontifex noster, tum immolabimus illud non in aliud, quam in gratiarum actionem & laudem, in fruitione salutis æternæ. Quis non dicat hoc significasse spiritum sanctum, cum sic loqueretur per prophetam Psalmo quadragésimo nono, de repudiatis sacrificijs illis Iudaicis & acceptato sacrificio laudis: Nunquid manducabo, inquit, carnes taurorum, aut sanguinem hircorum potabo? Immola Deo sacrificium laudis, & redde altissimo vota tua: Et inuoca me in die tribulationis, eruam te, & honorificabis me. Et iterum in fine Psalms: Sacrificium laudis honorificabit me: & illic iter, quo ostendam illi salutare meum. Nonne prior loco significasse videtur, quod agimus, dum adhuc peregrinamur in terris: posteriori autem, quod agemus in patria cælesti? Nam vt scribit Augustinus Epistola quinquagesima nona ad Paulinum, vouentur omnia quæ offeruntur Deo, maxime sancti altaris oblatio, quo sacramento prædicatur nostrum aliud votum maximum, quo nos vouimus in Christo esse manfuros, vtique in compage corporis Christi. Cuius rei sacramentum est, quòd vnus panis, vnum corpus multi sumus. Et ad Honoratum ait, hoc magnum esse sacramentum, quòd in sacrificio noui testamenti gratias agimus Domino Deo nostro. Est enim in nostro sacrificio gratiarum actio, & commemoratio carnis Christi, quam pro nobis obtulit, & sanguinis quem pro nobis idem Deus effudit: quemadmodum in illis carnalibus victimis figuratio fuit carnis Christi, quam pro peccatis nostris fuerat oblaturus: vt in libro de fide ad Petrum diaconum legimus.

Ipsa etiam huius sacrificij nomina id nobis confirmant. **קריבה** enim vox est Hebraica, & significat oblationem: qua voce vsus est Moses Deutero. decimo sexto, vbi de pentecoste loquens, ait: Et celebrabis diem festum hebdomadarum Domino Deo tuo, oblationem spontaneam manus tuæ, quam offeres iuxta benedictionem Domini Dei tui. **ευχαριστία** verò gratiarum actionem significat, vel, vt Hieronymus ait, gratiositatem: vel sermonem ad Dei laudem faciendum, vt placet Ambrosio. Chrysostomus in illud primæ Corinthior. decimo, Calix benedictionis cui benedicimus, nonne communicatio sanguinis Christi est? ita scri-

bit: Cum benedictionem dico, eucharistiam dico: & dicendo eucharistiam, omnem benignitatis Dei thesaurum aperio, & magna illa munera commemoro. Ecce, quid hic audis aliud, quam sacrificium laudis? Nam quod Moses vocat oblationem spontaneam, vnde nos Missam dicimus, David sacrificium laudis, de quo in alio etiam Psalmo, nempe quinquagesimo tertio Voluntariè, inquit, sacrificabo tibi, id Græcis sonat Eucharistia: quam nunc quidem sub inuolucro specierum panis & vini Deo offerimus: tunc verò manifestè, facie ad faciem loquentes offeremus: idque per nostrum pontificem Iesum, qui est sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedec, qui vnam pro peccatis offerens hostiam, in sempiternum sedet in dextera dei, vt ait Apostolus. Cuius, inquam, hostiæ grata commemoratio est Eucharistia. Quapropter ait, Hoc facite in meam commemorationem.

Mirabilis itaque hic, & per omnia suspicendus pontifex noster, vt approbet quod per typum agni illius paschalis Deus pater significans promiserat, nempe vt per mortem & sanguinem suum salutem consequeremur, illum ipsum agnum typicum principio offert, adeoque se ipsum in typo: deinde antequam faciat summum illud sacrificium in cruce, offert illud in mysterio, efficaci benedictione panem & vinum in carnem & sanguinem suum consecrans, atque inestimabile præparans pignus amoris sui, in mnemosynum ac testamentum, quod rediturus ad patrem, sponsa suæ Ecclesiæ relinquat: Pignus, inquam, quo illa non modo sponsum sui recordetur: sed quod etiam ipsa quotidie iugi sacrificio Deo patri offerat, pro se ac filijs suis, vt ille memor illius in cruce factæ reconciliationis, deleat omnes iniquitates nostras. Nam quum audis, Accipit panem, gratias egit, benedixit: agnoscis sacerdotem sacrificium laudis offerentem, non in carnibus taurorum, aut hircorum sanguine, sed in sua ipsius carne & sanguine. Quum audis aut legis apud Lucam, Hoc facite in meam commemorationem, agnoscis instituentem discipulos, vt hoc sacerdotio, suo nomine loquere in terris fungentes, hoc ipsum sacrificium iugiter pro sponsa, hoc est, ecclesia catholica offerant. Quam verborum Domini interpretationem ne quis nostrum commentum esse suspicetur, audiamus Diuum illum Irenæum Episcopum Lugdunensem, qui tam vicinus fuit Apostolorum temporibus, vt præceptore sit vsus Polycarpo, Diui Iohannis Apostoli & Euangelistæ discipulo. Is, inquam, Irenæus aduersus Valentini cæterorumque hereses, libri quarti capite trigésimo secundo, sic scri-

scribit: Sed & suis discipulis dans consilium primitias Deo offerre ex suis creaturis, non quasi indigenti, sed vt ipsi nec infructuosi nec ingrati sint, eum qui ex creatura panis est, accepit, & gratias egit, dicens: Hoc est meum corpus: & calicem similiter, qui est ex ea creatura quæ est secundum nos, suum sanguinem confessus est, & noui testamenti nouam docuit oblationem: quam Ecclesia ab apostolis accipiens, in vniuerso mundo offert Deo, ei qui alimenta nobis præstat, primitias suorum munerum in nouo testamento: de quo in duodecim prophetis Malachias sic significauit: Nō est mihi voluntas in vobis, dicit Dominus omnipotens: & sacrificium non accipiam de manibus vestris: Quoniam ab ortu solis vsque ad occasum nomen meum glorificatur inter gentes: & in omni loco incensum offertur nomini meo, & sacrificium purum: Quoniam magnum est nomen meum in gentibus, dicit Dominus omnipotens: manifestissimè significans per hæc, quoniam prior quidem populus cessauit offerre Deum: omni autem loco sacrificium offertur ei, & hoc purum. Nomen autem eius glorificatur in gentibus. Hæc ille tam sanctus, tam doctus, tam vicinus Apostolis Episcopus, cuius tanta semper fuit apud omnes autoritas, vt vel huius vnus testimonium nobis merito satis esse debeat ad probandum, Missam, qua vitur Ecclesia, sacrificium esse, à Christo in vltima illa cœna factum, institutum, & apostolis traditum, & ab his Ecclesiæ per totum mundum offerendum. De quo sacrificio idem Irenæus plura capite trigésimo quarto eiusdem libri: vbi luculentissimis rationibus & scripturis docet, quòd oporteat esse in Ecclesia sacrificium, quæ admodum fuerunt olim in populo Iudaico, sed mutatam esse speciem: idque propterea factum, quòd illorum sacrificiorum species, fuerit character seruitutis: nostri autem, character libertatis. Item quanta puritas deceat sacerdotem, ad altare accessurum, vt hoc sacrificium offerat.

Sed rursus audire mihi videor: Videmus esse sacrificium laudis, non tamen est sacrificium pro viuis & defunctis in remissionem peccatorum. Quid igitur dicemus? an summæ insitiæ condemnabimus diuum Cyprianum Episcopum & martyrem, non multo iuniore Irenæo, in sermone de cœna domini ita scribentem? Manducauerant & biberant de eisdem pane & vino secundum formam visibilem. Sed ante verba illa cibus ille communis, tantum nutriendo corpori commodus erat, & vitæ corporalis subsidium ministrabat. Sed ex quo à Domino dictum est, Hoc facite in

meam commemorationem, hæc est caro mea, & hic est sanguis meus, quotiescunquè his verbis & hac fide actum est, panis iste substantialis, & calix benedictione solenni consecratus, ad totius hominis vitam salutemque proficit, simul medicamentum & holocaustum, ad sanandas infirmitates, & purgandas iniquitates existens. Et in eodem sermone: Sed Hierarcha eius, quem spiritus sanctus compungit, excitat, inhabitat, & sanctificat, eleuatione manuum crucis mysterium representans, confidenter orat pro sua & populi ignorantia, recolens pudibundi & contriti animi confessione, quòd aliquandò prævalente aduersum se peccato fuerit derelictus. Et quàm nemo tempore Augustini dubitauerit sacrificium corporis & sanguinis Christi offerri in altari pro mortuis, manifestè videre est apud ipsum Augustinum libro nono confessio. capite duodecimo, & lib. primo de anima & origine eius, capite nono. Atque Tertullianus de corona militis, Oblationes, inquit, pro defunctis, pro natalitijs, annua die facimus. Sed nullum inuenerimus finem, si perrexerimus ea congerere, quæ de hoc extant clarissima testimonia apud antiquissimos, doctissimos, sanctissimosque patres atque doctores Ecclesiæ, Augustinum, Ambrosium, Tertullianum, Origenem, Chrysostomum, Theophylactum, Cyrillum, Iohan. Damascenum, & quos non? vt nemo dubitare debeat, quin sacrificium sit, quod ecclesia facit, celebrat, & offert in altari: sacrificium, inquam illud laudis, quod præfiguratum est in Melchisedec, prædictum à prophetis, factum à Domino Iesu in vltima cœna, traditum discipulis, & ab his Ecclesiæ, quæ illud ab apostolorum tempore vsque ad con summationem mundi offert iugiter pro salute filiorum suorum, viuorum & mortuorum.

Iam ad secundam quæstionem, Sit ne vera in Eucharistia, sub speciebus panis & vini corpus & sanguis Domini: an, vt olim somniauit Berengarius, & quidam nostra ætate secuti Berengarium, figura duntaxat corporis & sanguinis Domini. Huic quæstioni non est necesse vt immoremur diutius, quum vel ex illis ipsis quæ iam diximus de sacrificio, queat dissolui: & clarissima sint verba domini, HOC EST CORPUS MEVM: HIC EST SANGUIS MEVS. Et neputemus illum de figurato aliquo corpore & sanguine loqui, adiecit: QVOD PRO VOBIS EFFVNDETVR, ET QVI PRO VOBIS EFFVNDETVR. Et Paulus: Qui manducat & bibit indignè, iudiciu sibi manducat & bibit, nō dijudicans corpus dñi. Diuus Ambrosius De sacramentis lib. quarto, ca-

Melach. 1.

Heb. 10.

1. Cor. 11.

to, ca-

to capit. quinto, sic scribit: Antequam consecratur, panis est: ubi autem verba Christi accesserint, corpus est Christi. Denique, audi dicentem: Accipite & edite ex eo omnes, Hoc est corpus meum. Et ante verba Christi, calix est vini & aqua plenus, ubi verba Christi operata fuerint, ibi sanguis efficitur, qui plebem redemit. Ergo videte quantis generibus potens est sermo Christi vniuersa conuertere. Et capite praecedente eiusdem libri, multis etiam argumentis ad hoc adstruendum vitur. Sed quae fuerit semper de hoc sacramento sententia Ecclesiae catholicae, luculentissime scripsit ante quingentos retrò annos ad Berengarium, insignis doctrina pietateque vir Lanfrancus Archiepiscopus Cantuariensis: Quae credit, inquit, terrenas illas substantias, quae in mensa dominica per sacerdotale ministerium diuinitus sanctificantur, ineffabiliter, incomprehensibiliter, & mirabiliter operante superna potentia, conuertitur in essentiam dominici corporis & sanguinis, referuatis ipsarum rerum speciebus & qualitibus: nè videlicet in proprio illo suo modo ac genere ea percipientes Christi fideles, cruda & cruenta horrescerent: vt & credentes fidei premia ampliora perciperent: ipso nihilominus dominico corpore permanente in caelestibus ad dextram patris, inuiolato, integro, incontaminato, illaeso: nempe impassibili & immortali, vt verè vtrunque dici possit, & ipsum corpus quod de virgine sumptum est: atque ipsum sanguinem, qui in ara crucis pro nobis effusus est, sub speciebus panis & vini nos sumere, & quodammodo non ipsum. Ipsum quidem, quantum ad verè vtriusque naturae essentiam, proprietatem & virtutem: nõ ipsum autem, si modum ineffabilem spectes, quo sub alienis speciebus, mirabiliter & incóprehensibiliter latitat. Hæc fides est, quam tenuit à patris temporibus & nunc tenet Ecclesia, quae per totum orbem diffusa, catholica nominatur. Hanc Latinos, hanc Græcos, hanc Armenos magno consensu sequi affirmat in eadem Epistola Lanfrancus. Et quod verè affermet, cognoscet, si eos qui ante illum in diuersis mundi partibus de hac re scripserunt, legeris.

Sed perturbat nonnullos, quod nonnunquam apud veteres hoc sacramentum dicitur figura & signum corporis seu carnis Christi. Quem scrupulū facile nobis eximet D. Algerus, de sacramento Eucharistiae lib. primi capite quarto, ex Augustini sententia. Corpus CHRISTI, inquit, & veritas & figura est. Veritas, dum corpus Christi & sanguis, virtute spiritus in verbo ipsius, ex panis vi-

Lanfrancus
episcopus.

Algerus.

niq̄ue substantia efficitur. Figura verò est id, quod exterius sentitur. Et capite sequenti: Quia igitur, inquit, sancti sacramentum pro sacramento & re sacramenti, & corpus Christi pro veritate & figura indifferenter vsurpant, nè errorem generent, quid in pane dominico sacramentum, & quid corpus Christi verè & propriè sit, discernamus. Formam panis & vini, & ceteras elementorum remanentes & visibiles qualitates, sacramentum tantummodò verè dici & esse: substantiam autem illam inuisibilem, quae ipso sacramento operata est, & in quam panis & vini substantia translata est, verè & propriè dici & esse corpus Christi, testatur Augustinus in lib. sententiarum Prosperi, &c. Tu reliqua lege apud ipsum Algerum.

Idem sensisse Theophylactum videmus, Theophylactum in caput sextum Iohannis ita scribit in illa verba: Panis quem ego dabo, caro mea est, quam ego dabo pro mundi vita: Attendite, inquit, quod panis, qui à nobis in mysterijs manducatur, non est tantum figuratio quaedam carnis domini, sed ipsa caro domini. Non enim dixit, panis quem ego dabo, figura est carnis. Transformatur enim arcanis verbis panis ille per mysticam benedictionem, & accessiōem spiritus sancti, in carnem domini. Quamquam & quod ad ipsam inuisibilem substantiam attinet, in quam panis, & vini substantia virtute verbi dominici translata est, quid vetat hanc esse & figuram corporis dominici, & ipsum corpus? Quasi verò ipse dñs noster Iesus Christus idèd non sit deus, quod Paulus dixit illum esse imaginè dei inuisibilis, Col. 1. Est quoddam figurarum, signorum, & imaginum genus, quod substantia idem est cum eo cuius est signum, siue imago: cuius non nihil aduertitile videntur & philosophi, id quod Cicero in topicis notam appellat. Aliud verò est veluti umbra rei ac delineatio. Hoc sensibus expositum est, illud solo intellectu percipitur. De vtroque genere locutus est Apostolus Hebr. 10. cum diceret legem habere umbram futurorum bonorum, non ipsam imaginem rerum. Ità & in hoc nostro sacramento, qualitates illè sensibus expositae, quae sunt color, sapor, saturandi, inebriandi nutriendique vis, & quicquid est eius generis, adumbrationem quandam habent rerum spiritualium. Cæterum quod intus latet, ac sola fide percipitur, viua est & expressa imago carnis ac sanguinis Christi, neque substantia aliud quam ipsa caro & ipse sanguis Christi. Atque hoc est quod sensit Tertullianus, aduersus Marcionem lib. 4. cum verba hæc sic interpretaretur, Hoc est corpus meum, id est, figura corporis mei. Et

Augu-

Augustinus, quum contra Adimantum scribens, ait: Non enim Dominus dubitauit dicere, Hoc est corpus meum, cum signum daret corporis sui. Et si qui alij simili modo locuti sunt. Iam quum peruicacis, imò pertinacis & præfracti malitiosiq̄; animi sit argumentū certissimum, nolle tantis testimonijs non solum tantorum virorū, verum etiam ipsius Domini ac Dei nostri acquiescere, tamè quò libentiùs credat huius doctrinæ studio, & vt habeat quod impijs, si quando sit opus, respondeant, adferemus tanti operis ac doni à Domino Deo nobis dati rationem inexpugnabilem. Si panis ille & calix verbis illis Domini, Hoc est corpus meum, &, Hic est sanguis meus, non fiunt vera corpus & sanguis eius: idèd non fiunt, vel quod non possit illud efficerè Dominus, vel quod non possit illud dicat illum non posse mutare panem & vinum in suum corpus & sanguinè, cuius omnipotentis sermone cælum, terra, maria, & omnia quae his continentur, facta sunt, idèd; ex nihilo? Et qui efficit quotidie, vt ex terra nobis proueniant panis & vinum, quae statim à nobis sumpta, re vera in carnem & sanguinem nostrū mutantur, hunc aliquis dubitat posse panem & vinum in carnem suam & sanguinè re vera mutare? Sed hæc, inquis, secundum naturam fiunt. Rectè quidem: sed quid est aliud natura, quam virtus verbi Dei? Ipse dixit: Germinet terra herbam virentem, & facientem semen, & lignum pomiferū &c. Gene. 1. Et factum est ita, non solum tunc, sed adhuc fit quotidie vsq̄; ad consummationem seculi. Item ad animalia dixit, & ad hominem ipsum: Crescite & multiplicamini, & replete terram. Et ecce, virtus illius verbi agit adhuc. Quid igitur obstare queat, quò minus sit verba eius potens & efficax, quò ait, Hoc est corpus meum: &, Hic est sanguis meus: & ad discipulos, Hoc facite in meam commemorationem? Videamus igitur, num qua sit ratio quare velit hoc facere. Principio, qui nos etiam antequam essemus, sua incomprehensibili bonitate adeo amauit, vt ad suam ipsius imaginem sinerit: Deindè nostra culpa perditos, per mortem suam repararit: & qui preparat iumentis escam ipsorum, an non vult nobis tam sibi charis, parare escam, qua pasci, nunquam in mortem possimus relabi? Quae verò tandem hæc est esca? Doceat nos ipse: Amen amen, inquit, dico vobis, nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam: & ego resuscitaborum in nouissimo die, &c. Vide Iohannis 6.

Iohan. 6.

Et ratio huius est, quia (vt ait Apostolus) in Coloss. 1. ipso cōplacuit omnem plenitudinè diuinitatis inhabitare. Qui manducat igitur eius carnem, qui fieri potest, vt non manducet Deum, hoc est, ipsissimam vitam æternam? Quapropter sequitur apud Iohannem capite sexto: Sicut misit me viuens pater, & ego viuo propter patrem: & qui manducat me, & ipse viuet propter me. Hæc est itaque certa, indubitata & irrefutabilis ratio, quare voluerit nobis dare in cibum & potum carnem & sanguinem suum, nimirum vt per ipsum, qui in hoc venit, vt nos morti ereptos, ereptos, inquam, auctori mortis diabolo, vitam æternam restitueret, ipsi Domino datoriq̄ue vitæ Deo indissolubili vinculo coniuncti, adeoque incorporati, certò sciamus nos iam vitam æternam habere in nobismetipsis. Quomodo autem id potuit commodius, quam panem & vinum terrenū, quibus corpora nostra secundum carnem sustentantur, ad tempus conuertendo in carnem & sanguinem suum spiritualem, vt his sumptis, deinceps vitam viuamus spiritualem, eandemq̄; æternam? Quicumque hac fide & hoc voto edunt ac bibunt, hi non possunt mori. Habent enim ipsam vitam in se manentem. Qui manducat, inquit, meam carnem, & Iohan. 6. bibit meum sanguinem: in me manet, & ego in illo. Quid magis illum voluisse credibile est, quam suis tam tenerè dilectis filiis tam salutarem parare cibum, quum ipse esset praecessurus ad patrem? Quid aliud significasse illum putamus, quum diceret: Desiderio desiderauit hoc pascha manducare vobiscum, antequam patiar? Quamobrem cum euentissima constet ratio voluntatis eius: quum de potestate efficiendi hoc dubitare, non modò sit impium, verum etiam absurdum: quum verba ipsius, & Apostoli eius Pauli hoc sonent clarissimè: quum totus ille sanctorū patrum atque Doctorū, qui modò probati sunt, chorus ita doceat: quum Ecclesia Catholica, per terrarum orbem diffusa, ab Apostolorū tempore in hanc vsque horam semper ita crediderit & credat: nonnè manifesti furoris est argumentum, negare in hoc sacramento esse verè corpus & sanguinem Domini, non tantum secundum figuram, verum etiam secundum ipsius rei ipsissimam essentiam siue substantiam?

Videamus nunc id, quod tertio loco proposuimus, an rectè laicis hoc sacramentum ministretur sub specie panis tantum, non etiam sub specie vini. Ad hanc quaestionem discutiendam sciendum est, antiquitùs vtrunque esse factum. Et in Ecclesijs, praesertim orientalibus, quanquam & in occidentalibus diu-

hh

quidem,

Euangelicè: nè fortè subitò ex tantis tenebris in illam purissimâ lucis claritatem producti, prorsus excæcarentur, oculorum infirmitate non ferente tam subitam mutationem. Non nè videmus, quemodò nocti succedat dies? Non subitò emicat vt fulgur, sed initium facit à crepusculo: huic succedit aurora, eaq; principio debilior: paulatim verò intenditur, donec exoriens sol omnia radiorum suorum repleat iurare. Hâc nimirum eius decreti rationem indicauit Iacobus, quum suâ sententiâ dicens, inter cetera sic loqueretur: Moses enim à temporibus antiquis habet in singulis ciuitatibus, qui cum prædicet in synagogis, vbi per omne sabbatū legitur. Quid, qui quū præcipiat à sanguine & suffocato abstinere, nō potest præceptū illud subitò sine turbatione abrogari. Licet etiam illud ex eodē loco discere, quāta sit authoritas & potestas synodorum: quod ea synodus non dubitauit abrogare circumcissionem, tam grauius mandatā omnium credentium patri Abraham, id quē diū ante latam legē, quum tamen eius abrogationis nullum haberent mandatū à Domino Iesu: quod non solum indē colligitur, quod nō fiat eius mentio in Euangelio: sed multo magis, quod non dicit sic præcepisse Dominū Iesum: sed, Visum est spiritui sancto & nobis. Sed accedamus, præcipiū ad hoc ipsum, de quo agimus, Eucharistię sacramentum: Quam multa in hoc sunt mutata, etiam aliquanto maioris momenti, quāta quod ad vtrāque speciem attinet? quorum tamen nihil repetūt hi, qui tā pertinaciter vtrāque repetunt speciem. Christus in mensa recumbens, panē & vinum consecrauit, & Apostolis distribuit, sumpta iam cœna: sacerdotes Ecclesię manē cōsecrant, idq; in templis, in altaribus, populoq; ieiuno adhuc distribuunt sacramenta: & nemo non dicit benē factam esse mutationem horum rituum. Quod autē grauius est, Christus humiliatione stupenda, mysteria hęc aggressurus, ante suos discipulos procumbens, pedes eorū lauit. Hi verò qui tam graue piaculū esse putant, nō dare laicis Eucharistiā sub vtrāque specie, nullā faciunt mentionē sublatæ siue abolitæ huius locationis: quū tamē hanc & suo exemplo docuerit, & verbis clarissimis præceperit Dominus: Scitis, inquit, quid fecerim vobis? Vos vocatis me, Magister & Dñe: & benē dicitis: sum etenim. Si ergo ego laui pedes vestros Dominus & Magister, & vos debetis alter alterius lauare pedes. Exemplū enim dedi vobis, vt quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis. Ecce quod tā expressè præcepit, dicens, Et vos debetis alter alterius lauare pedes, nemo vestrū exigit: & quod nusquam præcepit, exigitis, idq;

Gene. 17.

cum tanto tumultu. Vbi enim vnquam dixit Apostolis, Date, siue distribuite, aut ministrare populo sacramentū hoc sub vtrāque specie, quēadmodum vos sub vtrāque specie sumitis? aut quicquam, quod hęc possit habere sententiam? Dixit quidem ad eos in mensa, Bibite ex hoc omnes: sed nemo tā est imperitus loquelæ humanæ, vt nō intelligat hęc sermonē propriè pertinere ad eos qui aderant in ea mensa. Nam de absentibus dixisset, Bibant ex hoc omnes. Quāq; etiā hoc dixisset, nō est satis ad euincendū, oportere hoc fieri sub specie vini. Nā quemadmodum per lotionē pedū τὸν πόδα intelligi voluit omne mutæ charitatis obsequium: mysticè verò, etiam admisorum remissionem: ita per manducationē carnis suæ & bibitionem sanguinis, voluit intelligi, oportere nos in se manere, & se in nobis, si volumus habere vitam æternam. Hoc est enim manducare illam escam, (inquit in sextum capitulum Iohannis Augustinus) & illi im bibere potum, in Christo manere, & illum manentem in se habere. De qua mansionē luculentissimè disserit ipse Dominus Iesus Iohan. 15. Ecce hoc est spiritualiter edere & bibere Christum, quod qui non fecerit assidue, is excidit à Christo, & consequenter à vita æterna. Nam manducatio & bibitio quæ fit sub speciebus panis & vini, corporalis dicitur & sacramentalis: cui nisi adsit spiritualis, adeo nihil, pdest ad salutē, vt etiam iudiciū & condemnationē operetur in eo, qui edit & bibit. Qui verò spiritualiter edit ac bibit, is certò habet in se vitam æternam. Quum itaq; liceat sub specie panis corporaliter sumere, hoc est, edere & bibere totum Christum, atque per fidem & obseruationem mandatorum in Christo manere, & Christum in nobis manentem retinere: quid est, quod præterea desiderem? quid, ob quod alteram quoquē speciem flagitemus? Nam si maximè tibi calix præterea porrigatur, nihil plus accipies quāta habes. Quia Christus, inquit, ita instituit. Instituit quidē, sed nō quod necessarium esset nos omnes sub vtrāque specie sumere: verum vt relinqueret sponsæ suæ Ecclesię visibile sacrificium, quo perpetuò & ipsa recordaretur, & filios suos doceret ac admoneret corporis sponsi sui in cruce suspensum atque oblatis, & sanguinis in remissionem peccatorum effusi. Ideo seorsum consecrat panem & fit corpus Christi, comitante sanguine: & seorsum vinum, vt fiat sanguis Christi, comitante corpore, vt iam antè dixim, vt videlicet admoneamur corporis in cruce, p nobis suspensi, mortui, & arefacti, & effusi sanguinis, quemadmodum futurum cecinerat propheta Psal. 21. Sicut aqua effusū sum &c. & aruit tanq̄

testa

testa virtus mea: atque hoc ipsum sacrificium Deo patri cum summa gratiarum actione offerret iugiter, in iugem remissionem peccatorum: neq; offerret tantum, verum etiam ipsa cum filijs suis ipsam victimam ederet ac biberet: neq; id superstitiosa obseruatione huius aut illius ritus, sed quemodò, p rationē circumstantiarū viderat expedire & cōmodissimè religiosissimeq; fieri posse, nimirum edoctrā à spiritu sancto, quē sponsus abiturus, pmissit se missurum, vt doceret eā omnem veritatē, earū etiā rerum, quas ab ipso sponso tunc nōdum poterat capere. Adhuc multa habeo vobis dicere, inquit, sed nō potestis portare modò. Cum autē venerit ille spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. Cuius Ecclesię placita atq; decreta non minùs rata esse vult, quāta sua ipsius. Qui vos, inquit, audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit. Et alibi: Qui non audierit Ecclesiam, sit tibi tanquāta ethnicus & publicanus. Sed hęc rursus audio: Ecclesiam omninò esse audiendam facere, vt quæ nunquam erret. Ministros autem eius & Pontifices, non æquē: quod hi sepe errent. Quid ego audio? Vin tu igitur, vt quotiescunquē tibi incidit scrupulus, vniuersa ex omnibus mundi partibus conuocetur Ecclesia, hoc est, omnes Christiani, qui istum scrupulum tibi eximāt? Non inquis, sed illa non erras Ecclesia, in vno etiam homine potest esse. Sed o mi, quisquis es qui ita respondes, vt dissimulemus ipso Ecclesię nomine, quod nō vnū aliquē hominem, sed multorū congregatiōem significet, errorem tuum pateheris: dic mihi, quis tibi illū hominem non errantem indicabit? Verbum Dei, inquis. Atquē o bone, tu habes verbum Dei, & ego habeo. Tu dicis verbum Dei exigere, vt laicis ministraretur eucharistia sub vtrāque specie. Ego nego id vsquāta inueniri in verbo Dei esse præceptum. Tu adducis, Bibite ex hoc omnes. Ego nego verbum hoc eam habere sententiam. Et necessè est alterutrum nostrū verum sentire, alterum errare. Quis igitur dicit illi qui nos audit concertantes, vter nostrū sit ille homo nō errans? Non vides, in quantas tenebras abducas eos, quibus promittis lucem Euangelicę veritatis? Sed reuertor ad vos o filij charissimi: Quum diceret Dominus, si non audierit Ecclesiam, sit tibi tanquāta ethnicus & publicanus, nequaquam vniuersam credentiū multitudinē voluit cōuocari, vt ad eā causas nostras referamus: neq; totum lustrari orbem, ad inquirendum hominem qui nunquē erret. Neutrū em horū fieri potest. Sed ad illos confugere nos voluit, illorum audire sententiam, quibus dixit: Qui vos audit, me audit. Et, Sicut misit me pater, &

Iohan. 16.

Lucæ 10.

Matt. 18.

Lucæ 10.

ego mitto vos. Et, Accipite spiritum sanctum: Ioh. 20. quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, reteta sunt. Ad illos, inquam, & successores illorum nos confugere voluit. Quinam fuerunt illi? Nemo dubitat, quin Apostoli. Quinam sunt horum successores? Si quis alios nouit, quāta Pontifices & Episcopos, hoc est, prelatos Ecclesię, eos ostendat. Nos non inuenimus alios. Eoq; libentius credimus D. Cypriano, ad Pupianū ita scribenti inter alia multa, quibus grauissimè potestatem sacerdotale defendit: Nec hoc iacto, sed dolens, pfero, quū te iudicē Dei constituas & Christi, qui dicit ad Apostolos, ac p hoc ad omnes ppositos, qui Apostolis vicaria ordinatione succedūt, epist. 9. lib. 4. Horum etiā si vnus aliquis fortè errauerit, aut etiā plures, cōgregati tñ legitimè in vnū in spiritu sancto, non errant, saltē in finē, & in ijs q; pertinent ad salutē populi Christiani. Sed obijciūt nobis conciliū olim in Africa cōgregatū, cui D. Cyprianus interfuit, cum alijs multis Episcopis, nō modò sanctitate vitæ & eximia doctrina, verū etiā martyrio claris, q; in articulo de rebaptizandis illis qui essent ab hereticis baptizati, errauit. Verum nō intelligunt, quāto per hoc ipsum quod obijciunt, adiuuet nostram causam. Nā quanto maiores erāt illi, qui in eo concilio fuerūt cōgregati: tāto grauior est, tantoq; magis suspicienda Ecclesię Rom. authoritas, cui illud Concilium cessit: quāta Ecclesiam Cyprianus ipse nusq̄ non agnoscit omnium ecclesiarū caput, siue (vt in 8. epist. lib. 4. loquit) Ecclesię Catholicę matricē & radicem. Nam quid nisi quū huius solius Episcopo dixerit Dñs, Ego, p te orauit, vt nō deficiat fides tua. Atquē huius Episcopi (qui tūc erat Iohannes 23.) & huius ecclesię autoritate cōuocati patres in cōcilio Constantiensi, vt exorto schismate, ppter cōmūicationē, & alia pleraq; excussis diuinis sup ea re scripturis, aliquid certi statuerēt, quod omnes deinceps vnanimiter sequerent, statuerūt in hæc verba: Cum in nōnullis mundi partibus quidā temerariè asserere psumant, populū Christianū debere sacramentum Eucharistię sub vtrāque specie panis & vini suscipere, & non solum sub specie panis, sed etiā sub specie vini populū laicū passim cōmunicēt, etiā post cœnā, vel aliās nō ieiuni, & cōmunicandum esse pertinaciter asserant, contra laudabilē Ecclesię cōsuetudinē rationabiliter approbatā, quā tanq̄ sacrilegā damnabiliter reprobare conantur: hinc est, q; hoc psumens Concilium sacrum generale Cōstantiense, in spiritu sancto legitimè congregatum, aduersus hunc errorē salutē fidelium, puidere satagēs, matura plurium doctorum, tam diuini q; hu-

Lucæ 224

Sessio 134

hh 3 ma-

mani iuris, deliberatione præhabita: declarat, decernit, & definit, quod licet Christus post cœnam instituerit, & suis discipulis administrauerit sub vtraque specie panis & vini hoc venerabile sacramentum: tamen hoc non obstante, sacrorum canonum autoritas laudabilis, & approbata cõsuetudo Ecclesiæ seruauit & seruat, quod huiusmodi sacramentum nõ debet confici post cœnam, neq; à fidelibus recipi non ieiunis, nisi in causâ infirmitatis aut alterius necessitatis, à iure vel Ecclesia concessio vel admissio. Et sicut hæc cõsuetudo ad euitandum aliqua pericula & scandala rationabiliter est introducta, quod licet in primitiua Ecclesia huiusmodi sacramentum reciperetur à fidelibus sub vtraque specie, postea à conficientibus sub vtraque specie, & à laicis tantum sub specie panis suscipiatur, cum firmissimè credendum sit, & nullatenus dubitandum, integrum corpus & sanguinem, tam sub specie panis, quàm sub specie vini veraciter cõtineri. Vnde cum huiusmodi cõsuetudo ab Ecclesia & sanctis patribus rationabiliter introducta & diuinitimè obseruata sit, habenda est, pro lege, quam nõ licet reprobare, aut sine Ecclesiæ autoritate, pro libito mutare. Quapropter dicere, quod hanc consuetudinè aut legè obseruare, sit sacrilegum aut illicitum, cõseri debet erroneum: & pertinaciter asserentes oppositum pmissorū, tanquam heretici arcendi sunt, & grauiter puniendi per diocesanos, seu locorū officiales eorū, aut inquisitores hæreticæ prauitatis, in regnis seu puincijs in quibus contra hoc decretum aliquid fuerit forsitan attentatum aut psumptum, iuxta Canonicas & legitimas sanctiones, in fauorem Catholicæ fidei cõtra hereticos & eorū fautores salubriter adinuentas. Ecce hæc sunt illius Concilij, atq; eius decreti verba: ex quibus intelligimus clarissimè, non tum primum cõpisse cõmunicationem sub altera tantum specie, sed iam fuisse antiquam. Sed adhuc paginis obijcere: Neq; consuetudo, quantumvis antiqua, neq; Concilij vllum recipi debet, si manifestè aduerset verbo Dei. Quamquam indignum sit illorū petulantia respondere, qui quum sint homines priuati, sibi censuram sumunt in eos, quos Deus constituit censors & iudices orbis terrarum: tamen propter imperitos, nõ putent crimen tam enorme, verè tam multorū, sanctorum, doctorū, ac sapientū patrū consilio, atq; diu obseruatè cõfirmatèq; consuetudini Ecclesiæ Dei, impingi, respondebo paucis. Concedamus tibi istam ppositionem, ac libenter, quidem concedimus. Absit enim, vt velimus aduersari verbo Dei: sed quid inde? Atqui verbū Dei habet, inquit, Christū instituisse hoc sacramentum sub vtraque specie, atq; ita tradidisse

discipulis edendum atq; bibendū. Neq; hoc inficiamus, sed perge. Ergo conciliū debebat magis præcipere, vt omnibus hominibus hoc sacramentum sumentibus, sub vtraque specie ministraretur, quod prohibere. Nego hoc consequi: Neq; enim vllū apicè poteris pducere, quo hoc pcepit Christus, eo modo porrigere populo id sacramentum edendū atq; bibendū, quo porrexit illis discipulis. nam quod vos producere soletis, manifestū iam fecimus, non habere eam sententiam, & verba Christi apud Iohannem, etiam si de hoc sacramento dicta, spiritualiter intelligenda sunt, non carnaliter. Rursus obijcis: Sed neq; pcepit vt sub vna tantum specie daretur laicis. Concedo: Quid igitur? Audio: Si neq; sub vna, neq; sub vtraque; pcepit laicis dari, cur datur? Stulte, quoniam tandem intelliges, quod nõ sine rēdio toties nos cogis repetere? Quum esset abiturus ad patrem, instituit hoc sacramentum, deditq; charissimè suæ spõsæ Ecclesiæ, in eternū sui monumentū, & sacrificiū quod offerat Deo patri, pro se ac filijs suis, deniq; in alimentum, quo filios suos ad immortalitatem pascat: quod verò ad ritum sub hac aut illa specie ministrandi attinet, sponse arbitrio reliquit, vt matri sapientissimè, quod nunquam sit ignoratura, quod conueniat cibū tam salutarè apponere: quippe quod semper habet presentē illum doctorē omnis veritatis spiritū sanctū. Quis te constituit iudicem super tanto mysterio, atq; adeo super matre tua? Si modò fas est dicere te filiū eius, quam tu non vt filius colis, sed vt hostis perseceris. Iterum obgannis: Quare igitur non decreuit statim à discipulis pōsi, vt sub altera tantum specie daretur laicis, sed diu pmissit illis vtraque? Sed heus tu, patere vt & ego quiddam vicissim ex te quæram: Quare mater quod te genuit, non statim edidit te in lucē aluit carnibus, piscibus, pane, caseo, atq; id genus solidioribus cibis, sed lacte? Quare non vestiuit vt nunc es vestitus? Quia talia, inquis, non conueniebant infanti. Bene respondes: verum eadem ratio debet agnoscere prudentiam & sapientiā matris nostræ spiritualis, quod est Ecclesia, in alendis filijs suis pro ratione ætatis, & cõstitutione, conditioneq; cuiusq;. Aliud ex te quæro: Medicus quum finem sibi suæ curationis vniciū, pponat sanitatē egroti, quare non modò varijs vtis ad eam re pharmacis, varijsq; alimentis, verum etiā pharmaci aut cibi potius vno genus vnū, nunc hoc modo conditū ministrat egroti, nunc illo? Quia, inquis, ita suadet vel morbi genus, vel egroti affectus. Rectè. Nā vides igitur, quod sapienti cura conueniat eos vt, quibus Deus cõmisit animos populi sui curandos? potissimum quibus eā dedit autoritatē, iuxta Psalmistā, vt ordinēt testamentum eius

super

sup sacrificia. Quam diu peregrinamur in terris & his corporib; morti obnoxij, varijs oriuntur, quæ admodum corporū, ita & animorū morbi, variè mutationes opinionū, varia hæreticorū cõmentia, varia deniq; oim tentationum genera. Sed ex his omnibus nihil est formidabili; heresi: quod pietatis ptextu, atq; subdola scripturæ diuinæ citatione interpretati neq; pueris, seducere imprudētes aggredis ab unitate illa ouillis dñici. Cõtra horum igitur insidias vnū summū pastore p̄fecit Ecclesiæ suæ, quum Iohan. 21. esset abiturus ad patre, dicens: Pisce agnos meos: addita potestate cõdendi nouas leges, mutandi, interpretandi, pro ratione temporū casuumq;, & omni vsu gregis sibi cõmissi. Quicquid, inquit, ligaueris super terrā, erit ligatū & in cælis: & quicquid solueris super terram, erit solutum & in cælis. Et quia hic est vicari; creatoris, vt inquit Innocenti; & cõfirmat Pa normitan; (quæ ided citare audeo, quia aduersarij illū aliquando non sine cõmendatione citat) ois creatura illi est subiecta. Hic est inter cæteros episcopos & Ecclesiæ p̄positos, hoc est, animorū nostrorū medicos, tanquam p̄cipuos. Hic est ille stabularius, cui pius ille Samaritanus nos crudeliter vulneratos, cum vulnera nra ipse infuso vino oleoq; obligasset, posttridie, quum esset abiturus, duobus datis denarijs, cõmendauit curandos atq; fouendos, p̄mittens se aliqui rediturū, per soluturumque quicquid p̄terea impenderit. Huic illius cõmendationis noie tanta in nos est autoritas atq; potestas, vt etiā si quid ex suo vnus arbitrio nobis impeteret, tū nefas sit detrectare imperiū. Quantum igitur scelus esse putamus, rejicere, proculcare, adeoq; blasphemis cõuicijs p̄scindere, quod ille, p̄pter morborū, ad priora illa vulnera sese accumulantiū atrocitatē, suo iudicio diffusus, conuocatis in consiliū ex toto terrarū orbe sapientissimis, pitissimis, fidelissimisq; medicis, (quibus & seipsum morbo fortè correptum, aut vulneribus sauciaturū submittere cogat) de curandis malis nostris statuerit? Legimus & olim hinc orta fuisse dissidia & offendicula, quod alius sub vtraque, alius sub altera tantum specie cõmunicaret: Quam obrem sanctissimi Pontifices, Leo & post huc Gelasius, tum p̄pter hereticorum calumnias, tum quod putarent speciosum esse, & ad retinendā in Ecclesia cõcordiā vtile omnibus, vnam esse in sumenda Eucharistia formam, seu ritum vnū, quem inuenimus apud veteres mirè variasse: edixerunt, vt omnes sub vtraque specie cõmunicarēt. Sed an obtinuerint hoc, id nobis incertū est. Hoc verò constat, quod succedentes Pontifices illa edicta nõ exegerint à populo, nimirū, p̄pter impedimēta, de quibus supra nõ nihil attigim; & offendicula illinc exorta. Vnde factum est,

haud dubiè cõsilio & cõsensu Põtificum & p̄positorū ecclesiæ, animaduertentiū ita expedire, vt Ecclesia passim laicis hoc sacramentum ministraret solum sub specie panis: Sacerdotes aut sacrificantes sub vtraque specie sumerēt, ad quos nonnulli putant Gelasij edictum pertinere, vt videre est de Consecr. dist. 2. c. Cõperimus. Quæ canonè glosa de sacerdotib; interpretat. Hac itaq; consuetudine in magno consensu ac tranquillitate vsa est, donec exorti in Bohemia Iohānes Hus & Hieron. Pagen; ex libris Iohannis Viclefi Angli, multis opinionibus nouis collectis, Ecclesiā turbarent. Quamquam hi quidem nullam de cõmunicatione sub vtraque specie facerent mentionem, donec Petrus quidam Dresensis, Germanus, dogma hoc suggereret cuidam Iacobello Misnensi, apud Pragā in Ecclesia D. Michaelis concionatori. Is deinde sparit in vulgus, magno cum applausu illorū, qui iam defecerāt ab Ecclesia Romana, vt scribit Aeneas Syluius in historia Bohemica cap. 35. Inde prioribus illorum erroribus accessit hic quoq;. Sed cum visum esset Dño Deo periclitanti subuenire Ecclesiæ, (quod tunc nõ modò hæresibus oppugnabat, verum etiam discerpebatur ab illis, qui de summo Pontificatu turpiter, nefariè & perniciosè contendebant) effecit per Põtificē, etiam non bonū, rem salutarē, & in primis necessariam, vt Constantiæ, quæ est Sueuorum vrbs, conuocaretur generale concilium: quemadmodum olim per impium Caiphā, tamen eò quod esset Pontifex anni illius, Propheticum ac saluberrimū elocutus est verbum, oportere vt moreretur homo vnus pro populo, nõ Iohan. 21. tota gens periret. Nam Iohannes, eius nominis 23. Romæ synodū celebrare cõepit. Ceterum quum propter bella, quibus tunc Italia concutiebatur, non pateret patribus vocatis tutus ad vrbe aditus, sollicitatus ab omnibus nationibus, vt alium locum nominaret, Constantiam delegit. Ibi itaq; congregatum concilium, plenum spiritu Dei, non solum sapienter de hereticorū errorib; iudicauit, verum etiā fortiter illos tres de Pontificatū eminentia contendentes, deposuit: principio ipsū Iohannē, qui (quod per electionem Cardinaliū sedē occuparet) concilium conuocarat, de XL. & eo amplius criminib; accusatū atq; conuictū, dignitate Põtificali exutum, in carcerem cõiecerūt. Post huc Angelū Corarium Venetū, in Pontificatu vocatū Gregoriū, eip̄ nois XII. Postremò Petrū Lunā, Bñdictum XIII. appellatū. Quamquam duo hi posteriores iam antè fuerāt exauthorati: sed noluerāt cedere dignitate: de quo vide Platinā. Ac tandē virū doctrinā, sapientiā, pietate, atque omni virtute insignē, Ottonem

Ottonem

Ottonē Columnā creārun Pontificē: qui assumpto Pōtificatu, sibi fumpfit nomē Martini V. q̄ in ipsis ferijs D. Martini esset electus Pōtifex. Hęc idēō retuli, vt omēs intelligant, quantus fuerit vigor, quanta authoritas, quāta deniq; potestas, cū summa sapiētia & iustitia coniuncta, eius cōcilij, in quo decretū hoc de Eucharistia, quod suprā ad verbū descriptissimus, factū est, nō ad noui aliquid introducendum, sed ad defendendū confirmādumq; quod à maioribus acceperant. Quamobrem charissimi, quum certissima demonstratiōe, cui non sinē blasphemia contradici queat, demonstrauerim, Christum totū sumi sub specie panis: quū videamus antiquissimam Ecclesiā consuetudinem ministrandi eucharistiam populo sub specie panis tm̄: quum doctissimi sanctissimiq; Doctores & Episcopi sint in ea sententia, q̄ eius rei habeamus exēpla Christi ipsū & Apostolos: quū etiā vile sit itā fieri, nō solum ppter multa incommoda, picula, & scandala, quorū vitandorū gratia placuit maioribus nostris, viris pietate, doctrina ac sapientia p̄stantissimis, hanc cōsuetudinem recipere, verūm etiā ad excludendū opinionē perniciosissimam, esse sub specie panis exanime corpus Christi, & sub specie vini sanguinem sinē Christo, deniq; ad exercendū fidē, vt omnes credant se in hac Eucharistia sumere totum Christū, viuū, immortalē, Deū & hominem, in cibū immortalitatis: cū illā cōsuetudinē confirmatam videamus, & omnib; mandatā à tanti vigoris, tantēq; potestatis cōcilio generali, ad excludendum hereticas opiniones, vitanda scandala, & conseruandā vnanimem concordiam & pacē p vnā communiciandī formam, cuius vnitate & concordia pacisq; sacramentū hoc, p̄ter ceteras virtutes, etiā symbolū est, quippe q̄ ex illis conficit q̄ in vnū redigunt, (ex multis enim granis vnū fit panis, ex multis vuis vnū vinū) nē q̄sō nos illud rapiamus in occasione dissidij, sed libēter acquiescamus illorū sententijs atq; decretis, quos Dñs Deus p spiritū vel sapiētie suæ constituit, vel iustitię, admittit ad gubernacula suæ Ecclesię. Neq; id solum in his, q̄ ad hoc sacramentum pertinent, sed in ceteris quoq; Nam hac sola ratione fieri potest, vt seruetur pax, concordia, & mutua charitas in populo Dei: qua nihil nobis grauius diligētiusq; mandauit abiturus ad patrē: Pacē meā, inquit, relinquo vobis &c. Et, hoc est p̄ceptum meum, vt diligatis inuicē, sicut dilexi vos. In hoc cognoscent omnes, quia discipuli mei estis, si dilectionē habueritis ad inuicē. Quod quāto desiderio fieri cuperet, declarant preces in hoc ipsum summo ardore animi ad patrē, in-

Iohan. 14.

Iohan. 15.

Iohan. 13.

stāte iam supplicio, fusā: Pater sancte, inquit, serua eos in nomine meo, quos dedisti mihi: vt sint vnū, sicut & nos. Et paulō pōst: Non, p̄ eis autem rogo tm̄, sed & p̄ eis qui credituri sunt per verbū eorū in me: vt omēs vnū sint, sicut tu pater in me, & ego in te, vt & ipsi in nobis vnū sint. Tu vide reliqua Ioh. 17. Nā huc tēdit illa tota oratio, & in hęc verba definit: Vt dilectio qua dilexisti me, in ipsis sit, & ego in ipsis. Idcirco charissimi, luce clariū ap̄paret, q̄ quicunq; hanc vnitatem scindunt, hi sunt Antichristi, quantunuis se specioso plausibiliq; titulo Christi & Euangelij venditēt. Nam hęc vestimētis tegere se solent illi, quū intūs sint lupi rapaces. Omnis ille nobis hereticus habendus est, inquit Origenes, qui Christo se credere profiteretur, & aliud de veritate Christianę fidei credit, q̄ habeat definitio traditionis Ecclesiasticę. Hac nota vt nō est difficile nouisse hereticū, itā nullum est euidentius signū hominis verē & ingenuē Christiani, q̄ simpliciter ac libenter acquiescere mandatis p̄positorum Ecclesię: tum propter ordinationem Dei, à quo est omnis potestas Apostolo teste, tum propter pacem publicā. Beati, inquit Dñs ipse, pacifici: quoniam filij Dei vocabuntur. Nolo hęc repetere horribilia illa antiquitatis exempla, quomodo perierint illi qui secuti fuerunt Chore, Dathan & Abiron Num. 16. & alia infinita illorū, q̄ se Dei sacerdotibus opposuerunt. Satis, eheu, plus satis exemplorum nostra nobis exhibuit etas. Quę non opinionum portenta, q̄ non omniū flagitiorum ac scelerum monstra sunt exorta, in quas sectas non sunt distracti populi, nō modo Germanię, sed oīm ferē nationum, ex quo tempore de Eucharistię administratiōe, de libertate voluntatis humanę, de iustificatione, & ceteris q̄ illi in q̄stiones vocarunt, cōceptum est apud imperitū vulgus disputari: Sed quorum omniū caput fuit, q̄ recessum est ab vnitate illa, q̄ conseruari non potest, nisi vnū agnoscamus summum in Ecclesia Pastorem, Christi vicariū, & quod is cum ceteris Ecclesię primoribus decreuerit, statuerit, mandauerit, libenter sinē omni murmuratione faciamus. Quem pastorem vnā cum vnīuerso grege sibi commisso, vt in vera fide, religione, & omni virtute seruet, assidue nobis orādus est Deus pater. Cui cum vnigenito filio eius Domino nostro Iesu Christo & spiritu sancto, laus sit, honor, gloria & imperium in omne æuum: nobis autem cor vnū, & vna fides, & pax ab eodē illo Dño ac Deo nostro: qui custodiat corda nostra & intelligentias nostras in Christo Iesu, Amen.

Hęc nobis visum est in primis vile, adeoq;

20-

nostri officij, pro ratione horum temporum, ex diuinis scripturis & scriptis orthodoxorū patrum, de hisce tēmendis mysterijs differere, ad confirmandum adolescentes studiosos, nostrā fidei commissos, in vera fide & Ecclesię Catholicę vnitate ac pace: extra quam Ecclesiam nemo potest salutem consequi. Iam itaque reuertamur ad expositionem textūs.

Hic est enim sanguis meus noui testamenti. Sicut vetus testamentum (inquit Theophylactus) immolationem habebat & sanguinem, itā & nouum testamentum sanguinem habet ac immolationem. De veteris testamenti sanguine dixit Moses: Hic est sanguis fœderis, quod pepigit Dominus vobiscum, super cunctis sermonibus his. Illud fœdus nō continebat remissionem peccatorum, sed promissa q̄dam à Dño facta populo illi, si custodiret mandata & p̄missa vicissim facta Dño à populo, quum diceret: Omnia q̄ locutus est Dominus, faciemus, & erimus obediētes. Ceterum de noui testamenti sanguine dicit hęc Dominus Iesus: Hic est sanguis meus noui testamenti, q̄ pro multis effundetur in remissionem peccatorum.

Exod. 24.

Non bibam amodò de hoc genimine vitis &c.] Hunc locum suprā sumus interpretati. Illud verò hęc addēdum ex Chrysoptomi ac Theophyl. sententia, quòd ait nouum, nouo quodā modo significare, inaudito atq; mirabili, q̄ppe in corpore iam immortalī. Non enim q̄ indigeret iam cibo corporali, post resurrectionem edit ac bibit cum discipulis, sed vt crederetur vera corporis natura ex resurrectione.

In regno patris.] cum resurrexero & accipero regnum.

Et hymno dicto, exierunt in montem oliueti.] Ex huius loci occasione Chrysoptomus grauius stomachatur in eos, qui quasi porci, cū iam comederint, euersa calcibus mensa, temulenti confurgunt, quum agere gratias debeant, & in hymnum à mensa deuenire. Deinde in eos, qui dum sacerdos offert mysteria huius cœnæ in Ecclesia, non expectantes vltimam orationem mysterij, discedunt. Porro q̄ in montem oliuarum concedit, declarat se spontē adire mortem, nō querere latebras: quia locus ille notissimus erat p̄ditori, q̄ illuc soleret Dominus secedere ad precādum. Habent præterea sua mysteria mons & oliuæ: in quibus philosophari sinam studiosos ipsos.

Tunc dicit illis Iesus: Omnes vos scandalum patiemini in me in ista nocte.] Præparat eos ac armat aduersus imminētem tempestatem. Nē verò temerē hoc seu casu putēt accidere, ostēdit iam olim p̄dictum esse à Propheta Zacharia. Verbum vnū aut alterum paulō aliter

Zach. 13.

sonat apud Prophetam: sed sensus vtrobiq; apud Euāgelistam, inquam, & Prophetam, est idem. De quo, si quis volet, videat annotationes Erasmi. Porro quòd hęc sunt in nocte, quemadmodum & Petri negatio, mysterium habere putat Origenes, quòd ante acceptum spiritum sanctum, qui cordium est illustrator, omnes impingunt in scandala: sed leuiori culpa, quàm si faciant idem accepto iam spiritu.

Postquam autem resurrexero, precedam vos in Galileam.] In Galileam se præcellurum dicit, vt à timore Iudeorum liberati, securē docentem audire possent, vt videtur Chrysoptomo. Præterea innuit se relicta Hierosolyma, trāsiturum ad gentes: quod Origenes atq; Theophylactus admonent. Præcessit eos & in cœlum: quod non incommodē per Galileā significatur.

Respondens autem Petrus, ait illi: Esti omnes scandalizati fuerim in te, ego nūquam scandalizabor.] Grauius hęc & multifariam (vt ostēdit Chrysoptomus) peccat Petrus. Principiō, quòd suis viribus, & animi humani inconstantiæ (si sibi relinquatur) constantia magis credidit fiditq; quàm verbo Domini, etiam claro Prophetæ testimonio confirmato: Deinde, q̄ videbatur ceteros Apostolos, tãquàm leuiiores viliorēve se, despiciere: Postremò, quòd somniaret principatum inter Apostolos suæ sibi virtutis ratiōe potiùs, quàm ordinationis Dominicæ beneficio, contingere. Salutare itaque fuit, tum nobis ratione exempli, tum ipsi Petro, quòd resurgeret melior, quòd permissus est labi in abnegationem Domini sui. Petrus didicit & modestiùs in posterum de se sentire, & circumspectiùs loqui. Nobis geminum paratum est exemplum: in Petro vnū, quo discimus nihil posse vires ac voluntatem nostram, nisi (vt ait Chrysoptomus) auxilio superiori roboretur. Alterum in Iuda, quo docemur nihil nobis prodesse auxilium illud superius, quod est à Deo, si nostrā repugnet voluntas. Deus enim nihil omisit in Iuda, quòd pertineat ad reuocandum hominem à scelerato proposito: sed noluit acquiescere Iudas. Petrus opinabatur suis se viribus omnia facturum: sed lapsus, didicit nos gratia Dei esse, si quid sumus. Quas ob res vehementer rogo atq; obsecro, inquit Chrysoptomus, nē velitis cuncta itā attribuere Deo, vt oscitandum dormiendumq; vobis putetis: nec rursus, si vigilatis, laboribus rem vestris aliqua effici arbitremini.

Ait illi Iesus: Amen dico tibi, quia in hac nocte, antequam gallus cantet &c.] Apud Marcū addit, bis: Anteq; gallus bis vocem dederit. Dulcissimi

ii simè

Luc. 22.

qui vixerunt vnquam: De quo enim auditū est vnquam, quod præ angore sudorem sudaret sanguineum, eumq; tam copiosum, vt sicut sanguinis guttæ decurreret in terram? Non veremur itaque confiteri, Paulum intrepidē, adeoque alacriter adijisse mortem: Dominum verò Iesum, cum magna tristitia atque pauore: sed admiramur, suspicimus & adoramus incomprehensibilem bonitatem eius atque dilectionem, qua dilexit nos intantum, vt volens ac lubens illos terrores, illam tristitiam, illum pauorem, illos denique cruciatus subiret, vt his omnibus vnā cum ipsa morte superatis, Paulus & nos omnes iam deinceps intrepidē, adeoque cum gaudio mortem obire possumus. Horrui, expaui, ac timuit, non fictē, sed verē: verum infirmitate assumpta à nobis, non allata cælitus. Adde quod immanitas afflictionum & contumeliarum & cruciatuum, quæ imminere sibi sciebat, cū nullius vnquam hominis doloribus comparari poterunt. Considerauimus eum, inquit Esaias, despectū, & nouissimum virorum, virum dolorum, & scientem infirmitatē. Et Psalmo 21. In te sperauerunt patres nostri: sperauerunt, & liberasti eos. Ad te clamaerunt, & salui facti sunt: in te sperauerunt, & non sunt confusi. Ego autem sum vermis, & non homo: opprobrium hominum, & abiectio plebis. Omnes videntes me, deriserunt me, locuti sunt labijs & mouerunt caput. Sperauit in Domino, eripiat eum: saluum faciat eum, quoniam vult eum. Hæc vt incredibili cum dolore in sancto illo suo & (vt multi sancti ac docti viri sentiunt) tenerrimo corpore pertulit pro nobis: ita ingenti pauore, & animi mœrore inexplicabili, itidem pro nobis expaui. Sed omnia hæc superauit amoris illud incēdium, quo erga nos flagrabat intantum, vt nullis aquis, ne Oceano quidem afflictio posset restingui: ideoque quicquid afflictionum nobis debebatur propter scelera nostra secundum iustitiam patris, id ipse volens ac lubens in se recepit. Nos putauimus eum quasi leprosum, & percussum à Deo, & humiliatum. Ipse autem vulneratus est propter scelera nostra. Disciplina pacis nostræ super eum, & liuore eius sanati sumus. Omnes nos quasi oues errauimus: vnusquisq; in viam suam declinauit: & Dominus posuit in eo iniquitatem omnium nostrum. Oblatus est, quia ipse voluit, & non aperuit os suum, &c. Esa. 53. Quapropter quum dixisset: Pater mi, si possibile est, transeat à me calix iste: subiecit, Veruntū nō sicut ego volo, sed sicut tu. Quo verbo quid aliud significat, quàm secundum infirmitatem carnis abhorre quidē se ab illis

Esa. 53.

cruciatibus: sed charitatis ardore nihil, quantumvis acerbum atque difficile, detrectare, quod modò velit pater?

Et venit ad discipulos suos, & inuenit eos dormientes.] Ecce, hic statim declarant, quàm temerè fuerint paulò antè locuti. Cæterum quæ Petrus illius temeritatis cæteris tanquam dux fuerat & author, hunc nominatim appellat, secundum Marcū quidem his verbis: Simon, dormis? Sic non potuistis vna hora vigilare mecum? Quod dicit, Mecum, emphasim habet. q. d. qui pro vobis in hoc tanto angore sum atque pauore: & cum quo paulò antè vos in mortem ituros iactastis.

Vigilate & orate, nē intretis in tentationem.] Hoc est, nē superemini à tentatore diabolo. Nemo est, quem ille malus non adoriatur suis dolosis tentationibus: Sed non est alia ratio efficacior ad euadendum laqueos tentationum, quàm vigilantia in orationibus ad Deum. Imminebat autem tunc supra modum horrenda tentatio discipulis, ad deficiendum ab illo, quem quum crederent filium DEI, mundi redemptorem, visuri erant in tanta infirmitate, in afflictionibus tātis, denique morientem in cruce. Vndè illi duo Lucæ 24. quasi iam victi ac diffidentes, dixerunt: Nos autē sperabamus, quia ipse esset redemptor Israël.

Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma.] His verbis mitigat obiurgationem, vt placet Chrysofomo, quasi dicat: Agnosco quidem non deesse vobis voluntatem aduendi mecum pericula & afflictiones, quod paulò antè splendide promisistis: Verum remoratur vos infirmitas carnis, secundum quam & me in hoc angore esse videtis. Quapropter quæ eadem modum videtis me pro vigilantia & precatione auxiliū patris implorare, ita & vobis faciendū esse scitote. Tertullianus in libro de velandis virginibus, grauius stomachatur in eos, qui dum per ignauiam nolunt eniti ad optima, qualis est castitas virginum & viduarum, adulantur sibi hoc verbo Domini, Caro infirma: non attendentes quod pcedit, Spiritus promptus est. Nam in vno sensu vt runque positum est, inquit, Caro, terrena materia est: Spiritus verò, cælestis. Cur ergo ad excusationem proniores, quæ in nobis infirma sunt, opponimus: quæ verò fortiora, non tuemur? Cur cælestibus terrena non cedant? Si Spiritus carne fortior, quia & generosior, nostra culpa infirmiora seclāmur.

Iterum secundo abiit & orauit, dicens.] Marcus addit, quod orauerit eundem sermonem. Vndè apparet, quod repetitis illis superioribus, adiecerit quod hic ponit Matthæus: Pa-

Ioan. 16.

Lucæ 22.

Pater mi, si non potest hic calix transire, nisi bibam illum, fiat voluntas tua. Nobis factus exemplum, quo docemur, neque fatigari precando, neque temerè precari, quod non sit secundum Deum, sed libenter nos huius voluntati submittere. Videmus & illud, quàm grauis in eos irruat sopor, à quibus digreditur Christus. Orandum itaque nobis est, vt apud nos maneat, & in vigilantia conseruet, nē præda fiamus diabolo.

Et venit iterum, & inuenit eos dormientes. Erant enim oculi eorum grauari.] Mœrore videlicet conduplicante somnolentiam. Marcus addit: Et ignorabant quid responderent ei.

Et reliquit illis, abiit iterum.] Videns nimirum totos obrutos somnolentia, ac frustra excitationibus increpationibusq; vexari. Nondum acceperant illum spiritum, quem postea acceperunt in die Pentecostes. Hic erat eos ab illo carnis veterno liberaturus, nō carnalis nominis præsentia. Quapropter ait, Sed ego veritatē dico vobis, expedit vobis vt ego vadam. Si enim ego non abiéro, paracletus non veniet ad vos. Si autem abiéro, mittam eum ad vos.

Et orauit tertio, eundem sermonem dicens.] Hic addit Lucas id, quod supra attigim: Apparuit autem illi angelus de celo, confortans eum. Et factus in agonia, prolixius orabat. Et factus est sudor eius, sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram. Quæ nimirum sunt signa inauditi seculis omnibus angoris, vt supra monuimus.

Tunc venit ad discipulos.] Quum iam surrexisset ab oratione, vt ait Lucas.

Dormite iam & requiescite.] Hæc verba, iuxta Euthymij, Erasmi, & aliorum quorundam sententiam, ironiam habent exprobratione: quod quum imminens malum summam postularet vigilantiam, ipsi dormirent, idq; toties tam grauius moniti & excitati. Vndè ex Luca apparet, illum statim subiecisse clarioribus verbis ironiæ sententiam. Itā enim ibi loquitur: Qui dormitis? Surgite, & orate, nē intretis in tentationem. Et, vt Marcus & Matthæus. Ecce appropinquabit hora: & ecce filius hominis tradet in manus peccatorū. Surgite, eamus. Ecce qui me tradit, propè est, &c.

Et cum eo turba multa.] Acceperat enim cohortem, vt inquit Iohannes, & à pontificibus & pharisæis ministros. Cohortem, inquam, à præside Pilato, vt sentit Augustinus.

Cum gladijs & fistibus.] Iohannes addit, & armis, & laternis, & facibus.

Tenete eum.] Marcus addit, & ducite cautè. Quod apparet scelestum illum ideò dixisse, quod metueret se fraudatū iri mercede prodicionis, si fortè illis è manib' fuisset elapsus.

Viderat autem sæpè, abeuntem illum, etiam per medium eorum, qui fremerent in ipsum, & manus iniicere cuperent.

Et statim accedens ad eum, ait:] s. antecedens cohortem & ministros, vt est apud Iohānem.

Dicit ei Iesus: Amice, ad quid venisti?] Acceperat enim, quasi aliquid rei nouæ dicturus: Propterea interrogat eum Dominus, ad quid, id est, cuius rei gratia, adfit: non quod ipse hoc ignoraret, sed vt illius scelesti mentem sceleratissimā excitaret ad cogitandū, quantum scelus patraret. Vndè ex Luca discimus Dominum huic quæstioni adiecisse alteram, his verbis: Iuda, osculo filium hominis tradis? Simili dolo Ioab occidit Abner & Amasam, 2. Reg. 3. & 20.

Tunc accesserunt, & manus iniecerunt in Iesum.] Priusquam illi accederent, & manus in Dominum iniicerent, Dominus ipse processit eis obuiam, interrogans quæ quærerent. Et quomodò virtute verbi, Ego sum, prostrati corruerunt in terram, vide Iohann. cap. 18. Porro quum inciperet manus conijcere in Iesum, & comprehendere eum, videntes hi qui circa ipsum erant, quod futurum erat, (vt scribit Lucas) dixerunt ei: Domine, si percussimus in gladio? Deindè sequitur, quod hic scribit Matthæus: Et ecce vnus (nempe Simon Petrus, vt scribit Iohannes) ex his qui erant cum Iesu, &c.

Et percussit seruum principis sacerdotum.] Seruo illi nomen erat Malchus, authore Iohāne, quod regium quiddam sonat. מלך enim regnare significat: מלך regem. Vndè Diuus Hieronymus mysteriū in hoc latere putat populi Iudaici: qui quū quondam regalis fuerit populus, nunc factus sit seruus impietatis ac deuorationis sacerdotum, amissaque auricula dextera, qua spiritualis interpretatio legis erat audienda, sinistra tantum retinuerit, qua tantum literæ tinnitus auditur. Dominus verò abscissam auriculam restituit, vt hi qui non recusant credere, dignitatem suam recipiant, vt fiant genus regale & sacerdotale.

Tunc ait illi Iesus: Conuerte gladium &c.] Prius dixit ad discipulos, vt scribit Lucas, Sinite vsq; huc. Cuius verbi quidam hunc putant esse sensum: Sinite, id est, permittite eos peragere, quod in me cœperunt: hucusq; s. passus sum vos illis resistere: hoc est, vsque ad amputationem istius auriculæ, nimirum vt ego illi carnali restituam spiritualementem, qua posthæc, relicta carnali litera legis, audiat doctrinam spiritus. D. Augustinus tamen de consensu Euāgelist. lib. 3. hunc sensum non probat: sed putat illum imperare discipulis, vt sinant eos

qui missi erant à principibus & pharisæis, venire ad se, ut sit, hucusque, id est, ad me, nempe, ut efficiant propter quod sunt missi. Nec deest, qui referat ad percussum seruū: ut quū Dominus videret illi abscessam auriculam, dixerit: Sinite, s. illū venire hucusque, id est, ad me, s. quō illi restituam auriculam.

Omnes enim qui acceperint gladium, gladio peribunt. Loquitur iuxta sententiam legis, quæ extat Numer. 35. his verbis: Si quis ferro percussit, & mortuus fuerit qui percussus est: reus erit homicidij, & ipse morietur. Similia legimus Deuteronom. 19. & Genesis cap. nono: Quicumque, inquit, effuderit humanum sanguinem in terram, fundetur sanguis illius: Ad imaginem quippe Dei factus est homo. Quum itaque dicit Dominus IESVS, Omnes qui acceperint gladium: intelligendum est, ut interficiant, idq; ex malitia, ira, odio, aut quacunq; cupiditate priuata. Nam ad eos qui ratione magistratūs gladium portant, ut legitimam exercent vindictā, ad conseruandum pacem publicam, nihil pertinet neque lex illa, neque verbum hoc Domini. Quapropter dicit, Qui acceperint, nō: Quibus à publica potestate traditus fuerit.

An putas quia non possum rogare &c. Hoc est, Si non measponte, ac volens mortem elegerim pro salute generis humani, sed vellem resistere interfectoribus meis, an putas mihi ad id opus fore præsidio humano, meq; pendere à propugnatione duodecim discipulorum inermium? Si eius essem sententiæ, totus ille militiæ cælestis exercitus pro me pugnaret. Porro quod ait, Possum rogare patrem, secundum assumptam infirmitatem loquitur. Alioqui ipse potuit illis imperare, ut pro se pugnarent. Imò ne opus quidem illis habuit: sed vel solo nutu potuit omnes hostes suos prosternere: quod paulò antè declarauit, quū simplici responso, Ego sum, eos prosterneret.

Quomodo igitur implebuntur scripturae, quia sic oportet fieri? Apud Iohannem additur: Calicem quem dedit mihi pater, non vis ut bibam illum? Et apud Lucam, quod tacta auricula serui percussit, sanauerit eum. De cuius rei mysterio iam antè quædam attigimus: quæ confirmat Ambrosius, addens non sine mysterio factum esse hoc à Petro, qui potestatem erat accepturus ligandi atque soluendi: potestatem, inquam, gladij spiritualis, quo amputet aurem malè audientis, id est, malè intelligentis quod audit ac legit in scripturis diuinis.

In illa hora dixit Iesus turbis: Lucas ait, hæc eum dixisse his, qui venerant ad ipsum, principibus sacerdotum, ac magistratibus templi, &

senioribus. Vndè apparet, nō tantum cohortem Pilati, & pontificum pharisæorumque ministros venisse cum Iuda, verum etiam plebsque ex ipsis principibus, magistratibus, ac senioribus: qui illos incitarent in Iesum, & cauerent, nē suis (vt illi de eo loquebantur) artibus elaberetur. Sed nihil profuisset illorum studium, si Dominus voluisset euadere.

Tanquam ad latronem exisset cum gladijs & fratribus comprehendere me. Me, emphasim habere videtur. q. d. quem nunquam neque videris, neq; audistis vel ipsum gestare gladium, vel armato satellitio stipatum, sed inermem, semper paucis, eisdemque inermibus discipulis comitatum: non grassantem in quenquam, sed in omnes beneficium.

Quotidie apud vos sedebam docens in templo: & non me tenuistis. q. d. Vbi & loci & temporis vobis erat opportunitas. Lucas ait, illum addidisse rationem, quare illas occasiones omiserint: Sed hæc est hora vestra, inquit, & potestas tenebrarum. Fur odit lucem, quod dicitur. Illi excæcati malitia, furem habebant ducem sceleris sui. Non mirum est itaque, tenebras illis gratiores fuisse quam lucem.

Hoc autem totum factum est, ut adimpleretur scripturae prophetarum. Hoc incertū est, vtrum Dominus ipse dixerit ad turbas, an Euangelista sub sua persona dicat. Mihi videtur Euangelista sub sua persona loqui. Porro scripturas illas prophetarum colligere, quæ ad hanc rem pertinent, magni fuerit negocij, & requireret hominē in diuinis scripturis exercitatissimū: quod etiam Origenes admonuit.

Tunc discipulis eius omnes, relicto eo, fugerunt. Viderūt enim, & audierunt illum neq; ipsum defendere se velle, neque ab alijs defendi: & viderunt immanem crudelitatem apprehendentium Iesum. Adde quod impleri oportuit illud quod prædixerat futurum dñs: Omnes vos scandalum patiemini in me in ista nocte. Marcus hic addit: Adolescens autem quidam sequebatur eū, amictus sindone super nudo: & tenebant eum. At ille reiecta sindone, nudus profugit ab eis. Hæc Marcus. Quis autem fuerit is adolescens, & vtrum aliquis ex discipulis Iesu: an fortè ex vicina villa, ut excitatus nocturno illo turbæ strepitu, de lecto proflitēs, & arrepta sindone, qua se subito tegeret, excurreret visum, quid agerēt, quid esset turbæ, nobis incertū est. Euangelista tamē dicit, sequebatur eum: vndè apparet, non excurrisse ex villa. Quidam putant fuisse illum ex ea domo, in qua Dominus comederat pascha. Alij Iacobum fratrem nōmini. Sed nihil habemus certi. Si quid in ipsa re lateat mysterij, doctioribus scrutandum reliquimus.

At illi

At illi tenentes Iesum, duxerunt ad Caipham. Iohannes hoc aliquanto plenius narrat, quam Matthæus: nempe quod cohors & tribunus & ministri Iudæorum, comprehensum Iesum ligauerint, & adduxerint ad Annā primūm. Erat enim Annas sacerdos Caiphæ, qui erat pontifex anni illius. Indè igitur (quod ceteri narrant) duxerunt illū in domū Caiphæ principis sacerdotū, vbi omnes sacerdotes, & scribæ, & seniores conuenerant. Erat autem Caiphas, vt inquit Iohannes, qui consiliū dederat Iudeis, qd expediret vnum hominē mori p̄ populo.

Iohan. ii.

Petrus autem sequebatur eum à longè, vsque in atrium principis sacerdotum. Iohannes ait: Sequebatur autem Iesum Simon Petrus, & alius discipulus. Discipulus autem ille erat notus pontifici: Petrus autem stabat ad ostium foris. Exiuit ergo discipulus alius, qui erat notus pontifici, & dixit ostiariæ, & introduxit Petrum. Hæc Iohannes. Porro quis fuerit ille discipulus notus pontifici, nullus Euangelistarum exprimit. Augustinus suspicatur quidem ipsum Apostolum & Euangelistam Iohannem fuisse: non tamen audeat affirmare. Cyrillus profusus est in ea sententia, quod is fuerit. Vt cuiq; hoc habeat, nos videamus quæ sequuntur apud Matthæum de Petro iam ingresso.

Et ingressus intrò, sedebat cum ministris, ut videret finem. Marcus addit illum ad ignem sedisse cum ministris, & calefuisse se: quia frigus erat, vt inquit Iohannes. Est hoc planè memorabile exemplum, quo docemur quàm sit periculosum versari in flagitiosorum hominum turba. Sceleratus pontifex, sceleratorum ministrorum turbam habebat. Inter hos Petrus eò prolabitur, vt ter abneget Christū Dominum. Ex Iohanne apparet, quod primā negationem fecerit, quum ingrederetur domum. Vbi enim scribit, Et introduxit Petrū, subiicit: Dixit ergo Petro ancilla ostiaria: Nunquid & tu ex discipulis es hominis istius? Dicit ille: Non sum. Sed fieri potuit, vt non statim aperto ostio, ad ingredientem hoc diceret: sed post vbi ingressum videret inter ministros nunc stantem, nunc sedentem, & attentionis intueretur. Neque debet quenquam conturbare, quod Euangelistæ non omnes hæc eodē ordine narrant. Lucas enim quæ de trina illa negatione Petri sunt, narrat ante ea quæ sunt de quæstionibus Christo à pontificibus & ceteris principibus ac senioribus propositis, & contumelijs illi illatis: Matthæus & Marcus, post. Nisi fortè quæ Lucas post omnes Petri negationes narrat de concilio sacerdotum & scribarum, pertinent ad ea quæ Matthæus hic in principio capituli 27. vt ea quæ hic de ad-

uratione quam fecit Caiphas, narrat, Lucas transfilerit. Atq; hoc quidem verum esse opinor. Alioqui hæc eius sunt generis, in quo arbitrariū esse ordinē, tam dialectici quàm rhetores docent. Illud verò prætereundū nō est, quod antequam ad Caipham pontificem anni illius, coram quo hæc sunt acta, quæ iam deinceps narrat Matthæus, perduceretur Iesus, Annas, ad quem primūm perductus fuit, vt ex Iohanne diximus, interrogauit eum de discipulis & de doctrina eius. (quod idē Iohannes narrat, intermissa tantisper narratione, quam cœperat de Petri negatione.) Cui respondit Iesus: Ego palam locutus sum mundo: ego semper docui in synagoga & in tēplo, quod omnes Iudæi conueniunt: & in occulto locutus sum nihil. Quid me interrogas? Interroga eos qui audierunt, quid locutus sum ipsis. Ecce hi sciunt quæ dixerim ego. Hæc autē quæ dixisset, vnus assistens ministrorū, dedit alapam Iesu, dicens: Sic respondes pontifici? Respondit ei Iesus: Si malè locutus sum, testimoniū perhibe de malo: si autē benè, quid me cædis? Et misit eum Annas ligatum ad Caipham pontificē: apud quē (quia potifex erat eius anni) omnes sacerdotes, & scribæ, & pharisæi (vt scribit Marcus) conuenerūt. Apud hunc itaq; gesta sunt, quæ iam sequuntur apud Matthæum, Marcū & Lucam. Euthym. scribit, Annæ & Caiphæ domū fuisse vnā & atrium commune, sed in ea domo duo secreta habitacula. Quod cuius autoritatē secutus scribat, nō memini legere. Quod si vera scribit, non erat opus vt Petrus mutaret locum. Alioqui securū fuisse videbit ex atrio Annæ, in atrium Caiphæ. Hic enim inter ministros nunc stabat, nunc sedebat, vt videret finem.

Principes autem sacerdotum s. qui apud pontificem erant congregati.

Et omne concilium, querebant falsum testimonium contra IESVM, ut morti eum traderent: & non inuenerunt, quum multi falsi testes accessissent. Marcus ait, Conuenientia testimonia non erant.

Nouissimè autem venerunt duo falsi testes, & dixerūt: Hic dixit: Possum destruere templum Dei, & post triduum reedificare illud. Huius calumnix ansam sumpserāt ex eo quod Iohā. 2. responderat querentibus signum: Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Verum ibi nō erat locutus de templo illo Iudaico, à Salomone constructo, sed de templo corporis sui: quod ibidē scribit Iohannes. Rectè itaq; subiicit Marcus: Et non erat conueniēs testimonium eorum. Quamquam Marcus de alijs testibus loquitur, vt putat Augustinus, quàm Matthæus. Augustini verba sunt lib. 3. de cons. Euangelist. cap. 6. Alios etiam Mar-

Mar-

Marcus commemorat dixisse: Nos audiui eum dicentem: Ego dissoluam templum hoc manufactum, & post triduum aliud non manufactum aedificabo.

Et surgens princeps sacerdotum, ait illi: Nihil respondes ad ea quae isti aduersum te testificantur? Iesus autem tacebat.] Quid enim ibi responderet, ubi nullus erat iudex, qui vellet cognoscere de causa sed colluuiis coniuratorum latronum, nihil aliud querentium, quam quo prae-textu possent innocentem interficere?

Et princeps sacerdotum ait illi: Adiuuro te per Deum viuum, ut dicas nobis, si tu es Christus filius Dei.] benedicti, quod adijcit Marcus. Callidum, sed aequè impium Pontificis consilium. Callidum, quia si sic adiuuratus non respondisset, visus fuisset contemnere Deum. Cum autem respondit, aut esse se filium Dei respondere fuit necessè, aut non esse. Si non esse, corruisset vniuersa eius doctrina, cum omnibus illis que gesserat. Sin esse, in promptu erat blasphemiae calumnia: quod statim res ipsa delarauit. Impietatis autè summè fuit, quod quum per Deum viuum adiuuratus, verum responderet, idque verbis apertis, & pluribus quàm erat interrogatus, ille tamen nollet credere. Sic enim respondet:

Tu dixisti.] Marcus ait eum expressius adiecisse, Ego sum. Itaque impius ille suo ipsius laqueo captus est. Vt enim adiuuratione extorsit quodammodo confessionem veri Domino Iesu: ita sibi euerit omnem excusationem incredulitatis suae, quod sic adiuurato non crediderit.

Veruntamen dico vobis, amodo videbitis filium hominis sedentem à dextris virtutis Dei.] Videbitis, id est, cognoscetis. Nonnulli suspicantur esse personae enallagen, vt sit videbitis, pro videbunt. Nam apud Lucam dicit: Ex hoc aut erit filius hominis sedens à dextris virtutis Dei. Hoc autè significat, in eodem throno, in eadè potentia & maiestate cum Deo patre.

Et venientem in nubibus caeli.] s. secundo suo aduentu, quando veniet iudicaturus viuos & mortuos,

Tunc princeps sacerdotum scidit vestimenta sua.] Quem de folio sacerdotali furor excusserat, inquit Hieronymus, eadem rabies ad scindendum vestes prouocat. Scidit autem vestimenta sua, vt ostendat Iudaeos sacerdotum gloriam perdidisse: & vacuum sedem habere Pontifices. Sed & consuetudinis Iudaicae est, quò aliquid blasphemiae, & quasi contra Deum audierint, scindere vestimenta sua. Quod Paulum quoque & Barnabam, quando in Lycaonia deorum cultu honorabantur, fecisse legitur. Herodes autem, quia non dedit hono-

Act. 14.

Act. 12.

rem Deo, sed acquieuit immoderato fauori populi, statim ab angelo percussus est. Haec Hieronymus.

Dicens: Blasphemaui, quid adhuc egemus testibus? Ecce nunc audivis blasphemiam: quid vobis videtur?] Videt omnem iudicij rationem ab impio pontifice eueri. Audiérat responsum Domini Iesu, quod ipse tam graui adiuuratione veluti extorserat. De hoc debebat ceteros in concilio congregatos per ordinem rogare sententias, quid quisque de tali responso sentiret: nè quid temerè statueret, quo Dei iram in se prouocarent, si vel iniusto impioque iudicio damnarent eum, qui verè profiteretur se filium esse Dei: vel absoluerent, qui hoc sibi falsò sumeret ad dementandum imperitam populi multitudinem. Neque enim temerè talibus credendum est: quod fuerint, & futuri sint, qui metiantur se esse Christum, ipso etiam Domino & Apostolis hoc testantibus. De hoc itaque, sedatis & compositis animis cum summo studio ac religione summa querendum fuit. Caiphas verò non sic egit. Neque enim veritatis inuestigandae studio querebat: sed ira odioque flagrans, innocentem perdere cupiebat. Ideò suo praediuicio significauit, quid vellet sibi responderi: Blasphemaui, inquit, Deinde quærit, quid illis videatur. Ad hanc quæstionem in promptu erat responso iuxta legem Leuitici 24. Qui blasphemauerit nomen Domini, morte moriatur. Si iustum voluisset exercere iudicium, quæsiuisset in hanc sententiam: Viri fratres, comprehendimus virum hunc, tanquam seductorem populi, & legis Moisaicae euerforem: quò tamen viderimus illum eas declarare virtutes, ea miracula edere, qualia nunquam sunt audita à condito mundo: Præterea quadrare ea quae facit, ad prophetarum oracula de venturo Messia: Faciem quoque nostri regni, iuxta vaticinium Iacob patriarchae, significare adesse eum qui mittendus est. Neque ignoratis quae Iohannes ille Baptista palam, coram omni populo de hoc dixit. Audistis nunc ipsius tam grauius adiuurati responsum, quo nulla prorsus arrogantiae specie, sed vultus vocisque modestia mirabili, fatetur se esse filium DEI. Obsecro itaque vos fratres, implorato DEI consilio, & excussis scripturis, conferamus diligentia summa, quid in tam arduo negotio faciamus: nè temerè vel per ignorantiam occidamus missum nobis à Deo saluatore Messiam, vel per stultitiam & ignauiam recipiamus adulterinum pro vero. Ecce, huiusmodi (ni fallor) forma iudicij vt oportuit pium & cordatum pontificem.

Tunc expererunt in faciem eius.] Nam, vt ex Marco

Gen. 49.

Marcus & Luca colligitur, qui tenebant eum, audita sententia pontificis & concilij, caeperunt illudere ei, caedentes eum, & expuentes in faciem eius: & velauerunt eum, & cetera, quae persequitur hic Matthaeus. Lucas addit, Et alia multa blasphemantes dicebant in eum. Hoc est quod in spiritu prauiderat Ieremias, quum diceret Thren. cap. tertio: Dabit percipienti se maxillam: saturabitur opprobrijs. Et Esaias capite quinquagesimo, Corpus meum dedi percipientibus, & genas meas vellentibus: faciem meam non auerti ab increpantibus & conspuentibus in me. O inauditam tolerantiam. Quae, non dicam, lingua fando ad explicandum, sed mens cogitando sufficiat ad comprehendum huius sublimitatem patientiae? Quam faciem cacoedæ mones fugerunt, mare ac venti reueriti sunt, ipse denique sol in cruce videns, radios suos abscondit, hanc sceleratissimi turpissimique omnium flagitiorum serui, caedunt, vellunt, lacerant, conspuunt, & quocunque possunt dolorum & contumeliarum genere afficiunt. Atque haec omnia ille, non tantum innocentissimus virorum omnium, verum etiam rex Regum, ac dominus dominantium, ita tolerat, vt nemo vel mutientem audiat. Quid, obsecro, illum cali terraeque monarchae, Dei filium, & ipsum DEVM huc induxit, vt tam intolerabilia toleraret? Illa nimirum amoris, de qua supra diximus, flamma, qua nos ardebat: vt & plagas quae nobis debebantur, in suo corpore lueret, & nos doceret, nullam esse neque certiore, neque speciosiore gloriaeque victoriam, quàm quae paratur patientia. Vnde apud Esaiam sequitur: Dominus Deus auxiliator meus, ideò non sum confusus. Ideò posui faciem meam vt petram durissimam: & scio quoniam non confundar, &c. Studiosi legant reliqua, & excutiant. Neque enim potest esse aliud genus philosophiae vel iucundius, vel salubrius. Nobis proponendum est ad sequentia.

Petrus autem sedebat foris in atrio, & accessit ad eum vna ancilla, dicens: Et tu &c.] Matthaeus, Marcus, & Lucas continuato ordine, & breuissimè trinam illam Petri negationem perstringunt. Iohannes ita narrat, vt appareat primam negationem factam esse, dum Iesus ab Anna pontifice examinaretur: reliquas duas, dum à Caipha, & huius ministris contumelijs illis, de quibus diximus, afficeretur: in eodem tamen atrio, vt putat Euthymius, quod ait fuisse commune vtriusque pontificis aedibus. Porro ancilla haec fuit ostiaria Annae pontificis, secuta illum ab ostio in atrium, vt ante monuimus.

Exeunte autem illo ianuum] Atrij, foris s. in vestibulum, in quod cum esset egressus Petrus, gallus cecinit, vt ait Marcus. Erat autem vestibulum illud locus ante atrium: Marcus praediuice appellat Graecè.

Vidit eum alia ancilla &c.] Lucas loquitur de viro: Et post putillum, inquit, alius videns eum, dixit: Et tu de illis es. Petrus autem ait: O homo, non sum. Sed non est dissimile verum, non solum vnum atque alterum hoc illi ex vestibulo reuerso dixisse, puta ancillam & hominem illum: sed vniuersam illam ministrorum colluuiem, verbo ancillae commotam, petulanti clamore vociferatam fuisse, esse eum de numero discipulorum Iesu. Nam Iohannes manifestè indicat, secundam negationem illi à multis fuisse extortam. Ait enim numero plurali: Dixerunt ergò ei: Nunquid tu ex discipulis eius es?

Et post putillum accesserunt qui stabant, &c.] Lucas ait, quod intervallo interiecto serè horae vnius, alius quidam affirmabat, dicens: Verè & hic cum illo erat: Nam & Galilaeus est. Hunc Iohannes ait fuisse cognatum Malchi, cuius abscederat Petrus auriculam. Vnde obiecit ei, dicens: Nonne ego te vidi in hortu cum illo? Non est itaque dubium, quin ceteri huius voce excitati, iam tertium acriter etiam adorti sint Petrum, contententes verè esse vnum ex discipulis Iesu.

Tunc cepit detestari & iurare, quia non nouisset hominem.] Marcus addit, istum de quo dicitur. Porro detestari, Graecè est καταδικάζειν, in quibusdam quidè exemplaribus, quod grauius est quàm καταδικάζειν, vt habent alij. Significat autem deuouere & execrari. Huius rei figuram legimus in Iob, capite decimonono: Abominati sunt me quondam consiliarij mei: & quem maximè diligebam, auersatus est me.

Et continuo gallus cantauit.] Marcus addit, iterum: quia semel cantarat, quum Petrus esset in vestibulo. Didicerat hoc Marcus ex ipso Petro, cuius discipulus fuit.

Et recordatus est Petrus verbi IESU, &c.] Non tam vox galli hoc illi reuocauit in memoriam, quàm Dominus Iesus ipse: qui, vt scribit Lucas, conuersus, respexit Petrum. Inde recordatus verbi, egressus est foras, & fleuit amarè. Respexit autem, non oculis humanis, (quod fieri non potuit, quum Dominus esset intus, idque in superiore domus parte: Petrus autem foris in atrio, quod erat inferius, vt ex Marco colligitur) sed gratia suae diuinæ. Vide Augustinum de consensu Evangelistarum libro tertio, capite sexto. Porro quid, & qua ratione lapsus ille Petri, infir-

k k tabili

tabili consilio bonitateque Dei nobis omnibus factus sit occasio magni cuiusdam boni, atque adeo ipsi Petro, ut in principatu constitutus, disceret misereri infirmorum: non vacat nobis nunc persequi.

CAPVT XXVII.

MANè autem factò, consilium inièrunt omnes principes sacerdotum & seniores populi aduersus Iesum, vt eum morti traderent. Et vincum adduxerunt eum, & tradiderunt Pontio Pilato præfidi. ¶ Tunc videns Iudas, qui eum tradidit, quòd damnatus esset, pœnitentia ductus, retulit triginta argenteos principibus sacerdotum & senioribus, dicens: Peccaui, tradens sanguinem iustum. At illi dixerunt: Quid ad nos? Tu videris. Et proiectis argenteis in templo, recessit: & abiens, laqueo se suspendit. Principes autem sacerdotum, acceptis argenteis, dixerunt: Non licet eos mittere in corbanam, quia precium sanguinis est. Consilio autem inito, emerunt ex illis agrum figuli in sepulturam peregrinorù. Propter hoc vocatus est ager ille acheldemach, hoc est, ager sanguinis, vsque in hodiernum diem. Tunc impletum est quod dictum est per Hieremiam prophetam, dicentem: Et acceperunt triginta argenteos precium apreciati, quem appreciauerunt à filiis Israel, & dederunt eos in agrum figuli, sicut constituit mihi Dominus. ¶ Iesus autè stetit ante præfidem, & interrogauit eum præses, dicens: Tu es rex Iudæorum? Dicit illi Iesus: Tu dicis. Et cum accusaretur à principibus sacerdotum & senioribus, nihil respondit. Tunc dicit illi Pilatus: Non audis quanta aduersum te dicunt testimonia? Et non respondit ei ad vllum verbum, ita vt miraretur præses vehementer. Per diem autem solennem consueuerat præses populo dimittere vnum vincum quem voluissent. Habebat autem tunc vnum vincum insignem, qui dicebatur Barrabas. Congregatis ergò illis, dixit Pilatus: Quem vultis, dimittam vobis? Barrabam, an Iesum, qui dicitur Christus? Sciebat enim quòd per inuidiam tradidissent eum. Sedente autem illo pro tribunali, misit ad eum vxor eius, dicens: Nihil tibi & iusto illi: multa enim passa sum hodiè per visum propter eum. Principes autem sacerdotum & seniores persuaferunt populis, vt peterent Barrabam, Iesum verò perderent. Respondens autem præses, ait illis: Quem vultis vobis de duobus dimitti? At illi dixerunt: Barrabam. Dixit illis Pilatus: Quid igitur faciam de Iesu, qui dicitur Christus? Dicunt omnes: Crucifigatur. Ait illis præses: Quid enim mali fecit? At illi magis clamabant, dicentes: Crucifigatur. Videns autem Pilatus quia nihil proficeret, sed magis tumultus fieret, accepta aqua, lauit manus coram populo, dicens: Innocens ego sum à sanguine iusti huius, vos videritis. Et respondens vniuersus populus, dixit: Sanguis eius super nos, & super filios nostros. Tunc dimisit illis Barrabam, Iesum autem flagellatum tradidit eis, vt crucifigeretur. ¶ Tunc milites præsidis suscipientes Iesum in prætorio, congregauerunt ad eum vniuersam cohortem: & exuentes eum, chlamydem coccineam circundederunt ei: & plectentes coronam de spi-

de spinis, deposuerunt super caput eius, & arundinè in dextera eius: & genu flexo ante eum, illudebant ei, dicentes: Aue rex Iudæorum. Et expuentes in eum, acceperunt arundinem, & percutiebant caput eius. Et postquam illuserunt ei, exuerunt eum chlamyde, & induerunt eum vestimentis eius, & duxerunt eum vt crucifigerent. ¶ Exeuntes autem, inueniunt hominem Cyrenæum, nomine Simonem: Hunc angariauerunt vt tolleret crucem eius. ¶ Et venerunt in locum qui dicitur Golgatha, quod est Caluariæ locus. Et dederunt ei vinum bibere cum felle mixtum. Et cum gustasset, noluit bibere. ¶ Postquam autem crucifixerunt eum, diuiserunt vestimèta eius, sortem mittentes: vt impleretur quod dictum est per prophetam, dicentem: Diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem. Et sedentes, seruabant eum. Et imposuerunt super caput eius causam ipsius scriptam, Hic est Iesus rex Iudæorum. Tunc crucifixi sunt cum eo duo latrones, vnus à dextris, & vnus à sinistris. Prætereuntes autem blasphemabant eum, mouentes capita sua, & dicentes: Vah qui destruis templum Dei, & in triduo illud reædificas, salua temetipsum: si filius Dei es, descende de cruce. Similiter & principes sacerdotum illudentes cum scribis & senioribus, dicebant: Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere: si rex Israel est, descendat nunc de cruce, & credimus ei, confidit in Deo, liberet eum nunc, si vult. dixit enim, Quia filius Dei sum. Idipsum autem & latrones qui crucifixi erant cum eo, improperabant ei. A sexta autem hora tenebræ factæ sunt super vniuersam terram, vsque ad horam nonam. Et circa horam nonam clamauit Iesus voce magna, dicens: Eli, Eli, lamma sabachthani, hoc est, Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me? Quidam autem illic stantes & audientes, dicebant: Heliam vocat iste. Et continuo currens vnus ex eis, acceptam spongiam impleuit aceto, & imposuit arundini, & dabat ei bibere. Cæteri verò dicebant: Sine, videamus an veniat Helias liberans eum. **I E S V S** autem iterum clamans voce magna, emisit spiritum. ¶ Et ecce velum templi scissum est in duas partes, à summo vsque deorsum: & terra mota est, & petra scissæ sunt, & monumenta aperta sunt, & multa corpora sanctorum, qui dormierant, surrexerunt. Et exeuntes de monumentis post resurrectionem eius, venerunt in sanctam ciuitatem, & apparuerunt multis. Centurio autem, & qui cum eo erant custodientes Iesum, viso terræmotu & his quæ fiebant, timuerunt valdè, dicentes: Verè filius Dei erat iste. Erant autem ibi mulieres multæ à longè, quæ secutæ erant **I E S V M** à Galilæa, ministrantes ei, inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi & Ioseph mater, & mater filiorum Zebedæi. ¶ Cum autem serò factum esset, venit quidam homo diues ab Arimathæa, nomine Ioseph, qui & ipse discipulus erat Iesu: hic accessit ad Pilatum, & petijt corpus Iesu. Tunc Pilatus iussit reddi corpus. Et accepto corpore, Ioseph inuoluit illud in sindone munda, & posuit illud in monumento

fuo nouo, quod exciderat in petra. Et aduoluit saxum magnū ad ostium monumenti, & abiit. Erant autem ibi Maria Magdalene & altera Maria, sedentes contra sepulcrum. ¶ Altera autem die, quæ est post parasceuen, conuenerunt principes sacerdotum & pharisæi ad Pilatū, dicentes: Domine, recordati sumus, quia seductor ille dixit adhuc uiuens: Post tres dies resurgam. Iube ergo custodiri sepulcrum usque in diem tertium, ne forte veniant discipuli eius, & furētur eum, & dicant plebi, surrexit à mortuis: & erit nouissimus error peior priore. Ait illis Pilatus: Habetis custodiam. ite, custodite sicut scitis. Illi autem abeuntes, muniērunt sepulcrum, signantes lapidem cum custodibus.

IN CAPVT XXVII.

M *Ante autem factis, consilium iniērunt &c.]* Et in hoc concilium duxerunt Iesum, (vt scribit Lucas) dicentes: Si tu es Christus, dic nobis. Et ait illis: Si vobis dixerō, non crederetis mihi. Si autem & interrogauerō, non respondebitis mihi, neque dimitteris. Ex hoc autem erit filius hominis sedens à dextris virtutis Dei. Dixerunt autem omnes, Tu ergo es filius Dei? Qui ait: Vos dicitis, quia ego sum. At illi dixerunt: Quid adhuc desideramus testimonium? Ipsi enim audiūmus de ore eius. Et surgens omnis multitudo eorum, vincitum adduxerunt eū, & tradiderunt Pontio Pilato, vt pergat Marthæus, consentientibus per omnia cæteris Euāgelistis. Porro quomodo tum ipsi Iudæi, tum Dominus Iesus, excepti sint à Pilato, latius explicat Iohannes. Et ipsi, inquit, non introiērunt in prætorium, vt non contaminarentur, sed vt manducarent pascha. Exiuit ergo Pilatus ad eos foras, & dixit: Quam accusationem afferis aduersus hominem hunc? Responderunt, & dixerunt ei: Si non esset hic malefactor, nō tibi tradidissēmus eum. Lucas ait, quod inceperint eum accusare, dicentes: Hunc inuenimus subuertentem gentem nostram, & prohibentem dare tributa Cæsari, & dicentem se Christū regē esse. Dixit ergo eis Pilatus: Accipite eum vos, & secundum legem vestram iudicate eum. Dixerunt ergo ei Iudæi: Nobis non licet interficere quemquam.

Hæc itaq; dum apud Pilatum geruntur, Iudas (quod per digressionem cōmemorat Matthæus) videns quod damnatus esset &c. Sermo hic est anceps. Nā vter damnatus? Iudas ne à Deo & sua ipsius conscientia, propter perditionis scelus? an Christus à Iudæis? Christus à Iudæis, vt Hieronymus, Euthymius, & cæteri interpretantur. Admonet hic Chrysostomus, hanc esse diaboli malitiosam astutiam, vt antequam patratum sit peccatum, ita illud in

animis hominū extenuet, vt ne videatur quidem peccatum: nē respicientes, à cogitato facinore desistant. Vbi verò iam in totum perpetratum viderit, vt nihil amplius possit accedere, tunc exaggerat illud quantum potest, quod miseris in desperationem adigat. Quapropter Apostolus 2. Corinth. 2. suos Corinthios admonet, vt in gratiam recipient illum, quem priore Epistola excommunicarat: Nē (inquit) abundantiore tristitia absorbeatur frater.

Peccauit, tradens sanguinem iustum.] Ecce, ipse proditor, sceleratæ conscientie tortus equuleo, testimonium fert innocentie Domini. Atque hoc demum facto laudandus, si non fuisset prolapsus ad desperationem, sed vt Petrus, ad misericordie Dei tribunal appellasset.

At illi dixerunt: Quid ad nos? Tu videris.] Vtrum iustum an iniustum tradideris. O scelerate Iudæe, nihil hoc ad te? Non intelligis illius scelus etiam tuum esse scelus, qui data pecunia ad flagitium induxeris? Non vides, si ille iustum & innocentem tradidit, te eundem illum iustum & innocentem iniquistissimo iudicio occideres?

Et proiectis argenteis in templo, recessit: & abiens, laqueo se suspendit.] Lucas in Actis addit: Et crepuit medius, & effusa sunt viscera eius.

Principes autem sacerdotum, acceptis argenteis, dixerunt: Non licet eos mittere in corbanam, quia precium sanguinis est.] O præposteram religionem. Verentur nē pecunia quæ est in gazophylacio, contaminetur ab ea quæ est precium sanguinis: de se verò securi sunt, qui crudelissimo latrocinio sanguinem innocentissimum fundunt. O duces cæcos, excolantes culicem, ac deglutientes camelum. Porro קרבן Hebraicè, Syriacè autem, siue Chaldaicè קרבן, significat donum, & ipsum gazophylacium,

IN MATTHÆI CAPVT XXVII.

ladium, in quod iniiciuntur dona, quæ offeruntur ad vsum templi.

Consilio autem inito, emerit ex illis agrum figuli, in sepulcrum peregrinorum.] Hoc illi quidem fecerunt alia voluntate, inquit Hieronymus, vt æternum impietatis suæ relinquerēt ex agri emptione monumentum. Cæterum nos, qui peregrini eramus à lege & Prophetis, praua eorum studia suscepim⁹ in salutem, & in precio sanguinis eius requiescim⁹. Figuli autē ager appellat, quia figul⁹ noster est Christus. Hęc Hierony. Ager Ecclesia creditum est: siue vt Hilarius loquit, seculum. Hic ager Dei est, in cuius manu est, nos in vasa qualia ipse vult, fingere atq; refingere.

Propter hoc vocatus est ager ille Acheldemach, hoc est, ager sanguinis, usque in hodiernum diem.] Vetus translatio, qua vitur Ecclesia, habet hic insertum nomen Hebræum, siue Syrum. (Nam hac lingua tunc in Iudæa vulgò utebantur) quam sic in Euangelio Hebraicè scripto scriptam videmus אגר הדמה. In Græcò verò interpretationē duntaxat legimus, ἀγρὸς αἱματώδης, id est, ager sanguinis. Credibile est, nomen Hebræum huc in translationem Latinam ductum esse ab aliquo studioso ex actis Apostolorum. Ibi enim legitur, ἀουδαῖα, id est, aceldama. Porro דמא חקל qd̄ chaldæorū vocabulū est, Hebraicè אגר הדמה agrū significat. דמא Chaldaicè, דם Hebraicè sanguinem.

Tunc impletū est quod dictū est per Ieremiam Prophetam, dicentem.] Hic locus omnes doctos tortit, quod verba hæc apud Ieremiam nusquam inueniantur. Apud Zachariam verò cap. 11. leguntur quedam, quæ verbis quidem variant, sensum tamen penè habent eundem cum his Euangelistæ. Multa de hoc differit Augustinus lib. 3. de consensu Euangelistarum cap. 7. Et in Annotationibus Eras. Sunt qui suspicentur ex Ieremia verba hæc dolo & malitia Iudæorum esse sublata. D. Hieronymus ait se legisse hæc quæ sunt apud Euangelistā, ad verbum in apocrypho Ieremię, sibi ab Hebræo quodam scetę Nazarenę oblato. Non tamen credit Euangelistam inde sumpsisse. Vt cumq; habeat, nos credimus Euāgelistę, nō ex humano sensu, sed ex afflatu spiritūs sancti locuto.

Et acceperunt triginta argenteos, precium appreciati.] Quod ait, precium appreciati, Græcè est πέντηκοντὰ τετρακκισία, precium æstimati. *Quem appreciauerunt à filiis Israël.]* ἵμνησαν ἵστρον δὲ ἀπολοῦσαν, id est, quem æstimatum emerūt à filiis Israël. Atque hæc quidem obiter per digressionē Matthæus de pueris pœnitentiæ & funesto infelicissimoq; exitu Iudæ, atq; relaxis triginta argenteis. Pilatus autem audita illa

barbarica vociferatiōe Iudæorū, ex qua nihil potuit colligere criminis, regressus in prætorium, de eo cepit interrogare Dominum Iesum, quod videbatur pertinere ad Cæsarē, à quo ipse fuerat præfectus prouincię, nē videretur suo deesse officio. Alioquin nihil in eo potuit animaduertere, quod redolere videretur affectationem regni. Tu, inquit, es rex Iudæorum? Sed hic multa transiit Matthæus. Nam apud Iohannem respondet: A temetipso hoc dicis, an alij dixerunt tibi de me? Respondit Pilatus: Nunquid ego Iudæus sum? Gens tua & pontifices tradiderunt te mihi: quid fecisti? Respondit Iesus: Regnum meum non est de hoc mundo: (q. d. nē meruas quod ego vel Cæsari imperium, vel tibi præfecturam sim erepturus) si ex hoc mundo esset regnum meum, ministri mei utiq; decertarent, vt non traderer Iudæis. Nunc autē regnū meum nō est hinc. Dixit itaq; ei Pilatus: Ergo rex es tu? Respondit Iesus: Tu dicis, quia rex sum ego. Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, vt testimonium perhibeam veritati: omnis qui est ex veritate, audit vocē meā. Dicit ei Pilatus: Quid est veritas? Et quum hoc dixisset, iterū exiuit ad principes sacerdotum & turbas, & dicit eis: Ego nullam inuenio causam in hoc homine. At illi inualescebāt, (vt deinceps scribit Lucas) dicentes: Commouit populū, docens p̄ vniuersam Iudæam, incipiens à Galilea usq; huc. Pilatus autem audiens galilæā, interrogauit an homo Galilæus esset. Et vt cognouit, quod de Herodis potestate esset, remisit eum ad Herodē, qui & ipse ierosolymis erat illis diebus. Herodes autem viso Iesu, gauisus est valdè. Erat enim cupiens ex multo tempore videre eum, eō q̄ audiret multa de eo: & sperabat signum aliquod videre ab eo fieri. Interrogabat autem eum multis sermonibus. At ipse nihil illi respōdebat. Stabāt autē principes sacerdotū & scribæ, constanter accusantes eum. Spreuit autem illum Herodes cum exercitu suo, & illudit indutum veste alba, & remisit ad Pilatum. Et facti sunt amici Herodes & pilat⁹ in ipsa die. nam antea inimici erāt adinuicem. Pilatus autem conuocatis principibus sacerdotū, & magistratibus & plebe, dixit ad illos: Obtulistis mihi hūc hominē, quasi auertentem populū, & ecce ego corā vobis interrogans, nullā causam, inuenio in homine isto ex his, in quibus eum accusatis. Sed neq; Herodes. Nam remisit vos ad illum: & ecce nihil dignum morte actum est ei. Emendatum ergo illum dimittam. Hęc partim Iohannes, partim Lucas narrant, à Matthæo & Marco præterita. Quibus accensi Iudæorum animi, acrius instabant, nē dimitteretur Iesus. Vndè

iam sequitur apud Matthæum: Et cum accu-
saretur à principibus sacerdotum & seniori-
bus, nihil respondit &c.

*Habebat autem tunc vinculum in signem, qui dice-
batur Barrabas.* Barrabas, ex Græco in He-
bræo scriptum est *בַּרְבַּאסָּ*. Hic autem cum se-
ditionis authoribus fuerat vinculus, qui per se-
ditionem cædem patrauerant, vt scribit Mar-
cus. Iohannes ait illum fuisse latronem. Con-
gregatis ergo illis, (vt sequitur apud Mat-
thæum: dixit Pilatus) Est consuetudo vobis
(ita scribit Iohannes) vt vnum dimittam vo-
bis in Pascha. Vtrum ergo vultis (vt ait Mat-
thæus) dimittam vobis, Barrabam &c.

Sedente autem illo p. tribumali, &c. Ecce aliud
innocentię testimonium.

Principes autem sacerdotum & seniores &c.
Clamauerunt ergo omnes, vt ex Iohanne &
Luca colligimus, Non hunc, sed tolle hunc, &
dimitte nobis Barrabam.

*Dixit illis Pilatus: Quid igitur faciam de Iesu,
qui dicitur Christus?* Marcus, quę dicitis regē
Iudeorum?

Dicunt omnes Altiore etiam voce claman-
tes, vt ex Marco & Luca colligimus.

At illi magis clamabant, dicentes, Crucifigatur.
Lucas ait, Eos ingeminantes clamasse, Cru-
cifige crucifige eum. Pilatū autem iam tertiu-
m ad illos dixisse, Quid enim mali fecit hic?
Nullam causam mortis inuenio in eo: corri-
piam ergo illum, & dimittam. Tunc ergo ap-
prehendit Pilatus Iesum, vt ait Iohannes, &
flagellauit. Atque hoc quidem Romanorum
more fecit Pilatus: verum hoc animo, quod
speraret fore, vt ea correptione saturati Iudei,
paterentur, Iesum. Eodem pertinent, quę de
coronatione & cæteris contumelijs, quibus
insolentia militari illum affecerunt, vt mox
dicemus. Itā sentiunt Augustinus atq; Cyril-
lus. Porro quā fuerit immanis illa flagella-
tio, nullus Euangelistarum verbis expressit.
Facile tamen colligere est, tum ex causis, tum
ex signis. Ex causā quam vocant finalem, quę
fuit, vt penderet quod nostris peccatis debe-
batur. His autem itā fuimus vulnerati, vt ni-
hil in nobis esset sani. Dominus, inquit Da-
uid, de cælo prospexit super filios hominum,
vt videat an sit intelligens, requirens Deum.
Omnes declinauerūt, simul inutiles facti sunt:
non est qui faciat bonum, non est vsque ad
vnum. Et Esaias de populi peccatis loquens,
ait: A planta pedis vsque ad verticem, non est
in eo sanitas. Vulnus & liuor, & plaga tumēs.
Ecce, hęc sunt nostra vulnera, quę necesse fuit il-
lius vulneribus sanari. Vndē quiuis estimare
potest, quā immaniter fuerit cęsus. Sed videam?
& illos quibus hoc negocij dederat Pilatus, vt

Psal. 13.

Esai. 1.

flagellarent Dñm Iesum. Milites illi erāt cru-
delissimi: qualibus nos ipsi videmus pro-
delicijs esse, homines innocētes, simplices, & ab
illorum sceleratissima vita alienos, contume-
lijs, & quib; possunt iniurijs afficere. Adde quod
inter illos & Iudeos, propter diuersas de reli-
gione opiniones, peculiare fuit odium. Quin
suo quoq; principi se rem gratā facere puta-
bant, si sic tractaret eum qui se regē esse dixe-
rit, quasi eiecturus ex imperio Cęsarē. Sic em̄
illi hoc interpretabant. His itaq; de causis nō
est dubium, quin horribiliter fuerit flagella-
tus. Idem confirmatur signo, siue figura quę
extitit in Iob: Conscidit me vulnere sup vul-
nus, inquit, irruit in me quasi gigas. Sed reuer-
tamur ad historiā. Matthæus hic narrat, quod
Pilatus, quum videret se nihil proficere, sed
magis tumultum fieri, accepta aqua, abluert
manus coram populo, dicens: Innocens ego
sum &c. Quod verum ante illa sit factum, quę
iam ex Iohanne & Luca adduximus, & quādam
alia quę habet Iohannes, in quę se vertit Pilatus, quę
rens quomodō Iesum absolueret, an possit, nō
itā multum refert, neq; videt id curasse Euan-
gelista Matthæus: qui solus hoc scribit. Nos
eodem loco referimus, quo apud Euangelistā
occurrit. Credimus autē cum Hilario & Hie-
ronymo, non sinē magno mysterio factū es-
se, quod supra Pilati vxor iustum esse Iesum pro-
nunciauit, admonens maritum, ne se, innoxiiū
sanguinem fundendo, contaminaret: & hic Pi-
latus ipse tum lotionem manuum, tum clara vo-
ce innocentem & iustum Iesum pronunciat.
Iudei verō excæcati malitia, vindictā eius san-
guinis in se ac filios suos recipiunt. Salus gen-
tium his est significata, ac populi Iudaici re-
iectio.

Iob. 16.

Tunc milites presidijs &c. vsq; ad illud, acce-
perunt arundinem, & percutebant caput eius. Ioh-
annes ait etiam quod alapas ei impegerint.

Et postquam illuserunt ei, exuerunt eum, &c.
Antequam exuerent illum chlamyde, Pilatus
eum flagellis crudeliter, vt diximus, laceratū,
& coronatum spinis, atq; chlamyde illa pur-
purea indutū, produxit forās, si fortē tam mi-
sero spectaculo posset flectere ad misericor-
diam animos illorum, nimium se uos atq; cru-
deles. Sic igitur eos appellat, vt scribit Iohā-
nes, Ecce adducto eum vobis forās, vt cognos-
catis, quia nullam inuenio in eo causam. Exi-
iuit ergo Iesus forās, portans coronam spine-
am & purpureum vestimentum. Et dicit eis:
Ecce homo. Cum ergo vidissent eum ponti-
fices & ministri, clamabant dicentes: Cru-
cifige crucifige eum. Dicit eis Pilatus: Accipi-
te eum vos, & crucifigite: ego enim non in-
uenio in eo causam. Responderunt ei Iudæi:
Nos

Nos

Nos legem habemus, & secundum legem de-
bet mori, quia filium Dei se fecit. Cum ergo
audisset Pilatus hunc sermonem, magis timu-
it. Et ingressus est pretorium iterum, & dicit
ad Iesum: Vndē es tu? Iesus autem respon-
sum non dedit ei. Dicit ergo ei Pilatus: Mihi
non loqueris? Nescis quia potestatem habeo
crucifigere te, & potestatem habeo dimitte-
re te? Respondit Iesus: Non haberes potesta-
tem aduersum me villam, nisi tibi datum es-
set desuper. Propterea qui me tradidit tibi,
maius peccatum habet. Et exindē querebat
Pilatus dimittere eum. Iudæi autē clamabant,
dicentes: Si hunc dimittis, non es amicus Cę-
saris. Omnis enim qui se regem facit, contra-
dicit Cęsari. Pilatus autem cum audisset hos
sermones, adduxit forās Iesum: & sedit pro-

*tribunali, in loco qui dicitur lithostratos, Hebraicē
autem Gabbatha. Erat autem
parascæue paschę hora
quasi sexta: & dicit Iudæis,
Ecce rex vester. Illi autem
clamabant: Tolle tolle, crucifige eum. Dicit
eis Pilatus: Regem vestrum crucifigam? Res-
ponderunt pontifices: Non habemus regē nisi
Cęsarem. Hęc Iohannes. Quidam putant quod
interea dum hęc ageret cū Iudæis Pilatus, mi-
serit vxor ad eum, admonens vt abstineret ab
illo iusto. Manus quoque illum abluisset, cum
protestatione suā innocentię, quod adigeretur
improbitate Iudæorum, vt virum innoxium
& iustum traderet supplicio crucis. Non opi-
non hęc vllum esse periculum, vnum quēq;
suo abundare sensu, quum tantum de historię
ordine agatur. Mihi videntur eo esse facta or-
dine, quo nos, Matthæum secuti, ea explicui-
mus. Pilatum autem sæpius de hac causā con-
scendisse tribunal: & quum dimisso Barraba,
ablutis iam manibus, traderet Iesum flagel-
landum & coronandum, nondum destitisse
querere rationes absoluenti eum: sed in oīa
se vertisse, vt ex Iohanne iam dictum est. Itā
mihi planē videtur, conferenti Matthæum
cum Iohanne. Cum itaq; respondissent se nō
habere regem nisi Cęsarem, Pilatus volēs po-
pulo satisfacere, tradidit Iesum voluntati eo-
rum, vt inquit Lucas, vt crucifigeretur. Hinc
itaque milites denuō receperūt illum in pre-
torium, & cum renouatis contumelijs illufif-
sent ei, vt sequitur apud Matthæum, exuerunt
eum chlamyde, & induerunt eum vestimentis
suis, & abduxerunt eum vt crucifigerent. Ie-
sus itaq; baiulans sibi crucē, vt ait Iohannes,
exiit in eum, qui dicit caluarie locū, Hebra-
icē autem Golgatha, quod & hic Matthæus.
Cum verō abducerent eum, apprehenderunt*

Luc. 9.

Simonem quendam Cyrenensem, venientem
de rure, vt scribit Lucas, patrē Alexandri & Ru-
fi, quod addit Marcus, & imposuerunt illi cru-
cem, vt portaret post Iesum. Hoc non fecerūt
vlla misericordia erga Iesum moti: sed quum
contumelijs verberibusq; delassatus ac fractus,
tardius fortē incederet, quā illorum rabies
ferebat, Simonem hunc adegerunt, vt à cruce
eum subleuaret, quod citius peruenirēt ad lo-
cum supplicij, ad perficiendū scelus quod ma-
chinabantur. Interea tamen diuino consilio,
expressus est nobis in hoc Simone typus Ec-
clesię, quę per obedientiam fidei, cruce Chri-
sti in se recepta, vestigia eius sequitur, iuxta
ipsum verbum: Si quis vult post me venire,
abneget semetipsum, & tollat crucē suā quo-
tidie & sequatur me. Sequebatur autem dñm
Iesum eum ad locum supplicij, turba mul-
ta populi ac mulierum, vt scribit Lucas, quę plā-
gebant, & lamentabantur eum. Conuersus
autem ad illas Iesus, dixit: Filie Hierusalem,
nolite flere super me: sed super vobis ipsis fle-
te, & super filijs vestris: quā ecce venient dies,
in quibus dicent, Beatę steriles, & ventres qui
non genuerunt, & vbera quę non lactauerūt.
Tunc incipient dicere montib; & cadite super
nos: & collib; Operite nos. Quia si in viridi
ligno hęc faciunt, in arido quid fiet? Quo eni-
gmate Dominus Iesus testabatur summam in-
nocētiā suā, quod solus esset hominum, nul-
la vitiorum aut cupiditatum carie vitiatas:
sed omni virtutum genere totus florens, ac pe-
petuō germinās. Ducebant autem, vt ibidem
ait Lucas, & alij duo facinorosi cum eo, vt in-
terficerentur. Hoc itā pcurasse vident Iudæi,
quod magis infamē redderent Iesum.

*Et venerūt in locū qui dicitur Golgoltha, quomo-
do ait Monsternus se
braico scriptum est *גולגתא*,
istis exemplaribus La-
tis exēplaribus La-
tis est autem Syru vocabulū lo-
tis.*

ci in Aelia, ad Septentrionalem partem mon-
tis Sion, sic appellati, quod in eo iacerent capita
damnatorū hoīm. *גולגתא* em̄ craniū signi-
ficat siue caluariā. Propterea autē ibi crucifixus
est Dominus, inquit Hierony. vt vbi prius
erat area damnatorum, ibi erigerent vexilla
martyrij. Et quomodō pro nobis maledictū
crucis factus est, & flagellatus est, & crucifixus,
sic pro omnium salute quasi noxius inter no-
xios crucifigeretur.

Et dederunt ei acetum bibere cum felle mixtū.
Marc⁹ ait, myrrhatū vinū. Credibile est, illos
vtrunq; ei obtulisse, hoc est, cum repudiaret
vñ, illos obtulisse alterū, etiam deterius pri-
ore. Hoc nimirū est, quod apud Ieremiā cum
vinea sua expostulat, dicens: Ego plantavi
Iere. 24.

te

vineam electam, omne semen verum. Quomodo ergo conuersa es in prauum vinea aliena? Hoc in spiritu praeuidit regius ille Propheeta Dauid, ita canens Psalmo 68. Et dederunt in escam meam fel, & in siti mea potauerunt me aceto. Sed videamus quod apud Euangelistam sequitur: Et quum gustasset, noluit bibere. Quare noluit bibere? Nos sumus quos esurit ac sitit Dominus Iesus. Sed respuit cibum huc & potum, si peccatorum felle sit vitiatum. Non enim aeternae gloriae incorruptio peccatorum amaritudo miscetur, inquit Hilari.

Postquam autem crucifixerunt eum, diuiserunt vestimenta eius. Iohannes hoc explicatius narrat. Milites ergo, inquit, cum crucifixissent eum, acceperunt vestimenta eius, & fecerunt quatuor partes, unicuique militi partem, & tunicam. Erat autem tunica inconsutilis, a summo contexta per totum. Dixerunt ergo adinuicem: Nō scindamus eam, sed fortiamur de illa cuius sit. Hęc Iohannes: q̄, preterquam quod implent vaticinium Dauid Prophetæ, multis magnisque repleta sunt mysterijs: sed quæ nobis iam non vacat persequi. Studiosi aliquandō ipsi se sanctis harum rerum contemplationibus exercebunt, & legent sanctorum de his scripta. Inter quos Augustinus mihi valde placet, per quatuor vestium partes, Ecclesiam intelligens, toto terrarum orbe, quatuor partibus, oriente, occidente, meridie, & septentrione, diuisam: per tunicam vero inconsutilem, eiusdem Ecclesiae indiuiduam unitatem. In eandem sententiam Cyrillus. Plura in hunc locum Euthymius. Sed hanc vestium partitionem fecerunt postquam crucifixerunt Dominum. Porro inter crucifigendum, vt apparet ex Luca, dixit Iesus: Pater, dimitte illis, quia nesciunt quid faciant.

Et imposuerunt super caput eius causam ipsius scriptam. Pilatus enim, vt ait Iohannes, scripsit titulum, (hoc est, criminis nomē, ob quod esset crucifixus) & posuit super crucem. Erat autem scriptum, vt pergit Iohannes, IESVS NAZARENVS REX IVDÆORVM. Hūc ergo titulum multi legerunt Iudæorum, quia prope ciuitatem erat locus, vbi crucifixus est Iesus: & erat scriptum Hebraicē, Græcē, & Latinē. Dicebat ergo Pilato Pontifices Iudæorum: Noli scribere, Rex Iudæorum: sed quia ipse dixit, Rex sum Iudæorum. Respondit Pilatus: Quod scripsi, scripsi. O infelix Iudæa, quum preter proditorem, tot etiam falsos testes pecunia tibi aduersus Iesum comparaueris, non potuisti pro tot mendacia alium inuenire criminis titulum, quam hunc? Merito dicit Hieronymus, se nō posse hoc satis dignē admirari. Sed mendacij violentia non potest grassari longius, quam

Deus illi permittit. Huius tituli iubar, totum non tantum terrarum, sed & cælorum orbem illustrauit, vt omnibus creaturis patefactum sit scelus tuum nefarium, quod Messiam tuum, hoc est, Regem cælitus tibi à DEO missum, crucifixeris. Permisit quidem te vsque ad mortis supplicium in vnigenito filio suo, ad salutem generis humani grassari. Ad hoc pro sua inscrutabili sapientia & bonitate incomprehensibili, tua insana crudelitate malitiaque abusus est. Ceterum vt mendaciorum tuorum caligine solem illum veritatis à nobis excluderes, noluit permittere, neque permissurus est in æternum. Est ille verē rex Iudæorum, hoc est, omnium eorum qui sincera fide nomen Dei confitentur.

Tunc crucifixi sunt cum eo duo latrones, vnus à dextris, & vnus à sinistris. Hos iam diximus ex Luca vnā cū Domino Iesu fuisse eductos. Marcus admonet, hic impletam esse scripturam quæ dicit, Et cum iniquis deputatus est, Esa. 53. De hac ipsa scriptura in se implenda, Christus ipse discipulos suos paulō antē commonefecerat, cum iam eos secum post cenā educeret secundum consuetudinem in montem Oliuarum, vt Lucas 22. narrat.

Prætereuntes autem blasphemabant eum, mouentes capita sua, & dicentes: &c. Et hoc futurum prophetarat iam ante multa secula Dauid: Omnes videntes me, inquit, deriserunt me, locuti sunt labijs, & mouerunt caput. Sperauit in Domino, saluum faciat eum, quoniā vult eum. Et mox in eodem Psal. Circumderunt me vituli multi, tauri pingues obsederunt me: Aperuerunt super me os suum, sicut leo rapiens & rugiens. &c. Studiosi legant Psalmum. Nam totus huc ptinet. Et multi putant, Dñm Iesum, totum in cruce recitasse.

Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere. Hoc verbo calumniabantur miracula eius, quasi præstigijs dæmonum facta.

Si rex Israel est, descendat nunc &c. Hoc dicebat ppter tituli inscriptionem, quā quum nō possent mutare, falsam esse docere cōati sunt.

Confidit in Deo, liberet eum nunc, si vult. O cæce Iudæe, quare non discis ex Prophetarū exemplis, q̄ Deus arcano suo consilio permittit sanctos tuos torqueri & occidi, ad illustrandū illorum ipsorum gloriam?

Id ipsum autem & latrones, qui crucifixi erant cum eo, improperabant ei. Lucas ait, Vnus de his qui pendebant latronibus, blasphemabat eum, dicens: Si tu es Christus, saluum fac teipsum & nos. Respondens autem alter, increpabat eum, dicens: Neq; tu times Deum, qui in eadem demnatione es? Et nos quidem iuste: nam digna factis recipimus: his

hic verò nihil mali gessit. Et dicebat ad Iesum: Domine, memento mei, cum veneris in regnum tuum. Et dixit illi Iesus, Amē dico tibi, hodiē mecum eris in paradiso. (vbi Hieronymus per paradysum, cælum significari inquit in epitaphio Nepotiani ad Heliiodorum. Lege sanctū Iulianum Prognost. lib. 2. cap. 1. & 2.) Iam hic locus torfit multos, quod Lucas ait alterum tantum ex latronibus conuicia dixisse in Iesum: Matthæus autem & Marcus numero plurali loquuntur, Similiter & latrones &c. Plerique per hanc rimam elabuntur, vt dicant, principio quidem vtrumque conuiciatum esse, secundum Matthæum & Marcū: deinde alterum, visis miraculis, respiciisse: atque hoc esse quod scribit Lucas. Mihi verò maximē placet Augustini sententia, quæ est, q̄ Matthæus & Marcus, qui breuissimē de hoc loquuntur, per enallagen plurali numero sint vsi pro singulari: qualia multa tum in biblijs sacris, tum apud oratores & poetas occurrere luculenter ostendit exemplis. Vide ipsum Augustinum lib. tertio de consensu Euangelistarum, capite decimosexto. Item lib. tertio annotationum, vbi explicat tropos Exodi. Iohānes Ludouicus Viues mysteriū hoc, quod dominus Iesus inter duos latrones pependit in cruce, explicat lib. secūdo de veritate fidei Christianæ, titulo, de tormentis & morte Christi, his verbis: Crucifixus est inter duos latrones, ad maiorem ignominiam: & hoc auget atrocitatem calumniæ, & immanitatem inuidientium. Eorum latronum alter est ad beatitudinem seruatus à Christo, alter periit magno & exemplo & mysterio.

aud. Viues

Datum est eius rei certissimum ac manifestissimum exemplum in altero latronum. In altero verò ostensum est, nihil proficere societatem laborum & crucis Christi, nisi ad sit etiam fiducia in illum. Nihil iuuat crucifigi cum Christo, si Christum non diligis. Hi latrones duo, significatio sunt totius generis humani, quod vniuersum propter sua scelera pœnas pendit. In eo alij sunt boni, qui adherent Christo: ijsque Christi mors est salutifera. Alij sunt mali, qui corpore quidem afflicti cum Christo, ab eo se auertunt animo. His Christum esse crucifixum nihil prodest. Hęc Viues. Porro ei quod ad latronem locutus est Dominus Iesus, referente Luca, proximum est quod scribit Iohannes his verbis: Stabant autem iuxta crucem Iesu mater eius, & soror matris eius Maria Cleophae, & Maria

Magdalene. Cum vidisset ergo Iesus matrem, & discipulum stantem quem diligebat, dicit Matri suæ: Mulier, ecce filius tuus. Deinde dicit discipulo: Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eam discipulus in suam, (vt habet vulgaris translatio, quum ex Græco sonet, in sua, id est, in suum ius, & protectionē suam.) Atq; hęc Dominus Iesus ex cruce tāquam ex cathedra, inquit Augustinus, præceptor optimus docet omnes qui discipuli eius esse volūt, quia pietate debeant esse in parentes suos filij, nepe vt ad extremum vsque spiritum eorum habeant curam, quod Euthymij verbum est. Matrem commendat discipulo, dilectam dilecto, virginem virgini. Si quid præterea subit mysterij, relinquimus studiosis perscrutandum.

A sexta autem hora tenebrae factae sunt super vniuersam terram, usque ad horam nonam. O scelerate Iudæa, vociferare paulō antē, Si rex Israel est, descendat nunc de cruce, & credemus ei. Quare non credis iam ipsi patri, grandiori miraculo cælitus testanti hunc esse regē, non solum Israel, verum etiam ipsorum siderum? Sol ipse tanquam lugens conditoris sui supplicium, radios abscondit, non eo more, quo fit per interpositionem lunæ inter ipsum & hominum conspectum, quam eclipsin Græci, nos defectum ac deliquium dicimus. Accidit enim illud in coniunctione solis & lunæ, quod nouilunium dicitur. Ceterum hæc tenebræ sunt decimoquarto die lunæ, luna iam plena, ac remotissima à sole. Adde quod illæ eclipses, etiam cū sūt maximē plenissimæq; tamen breui momento veniunt ac recedunt. Hæc verò tenebræ tres integras horas durant. Verum hoc est quod futurum cecinit Amos propheta: Et erit, inquit, in die illa, dicit dñs, occidet sol meridie, & tenebrescere faciā terram in die luminis. Et Ieremias, Occidit ei sol, Iere. 15. cū adhuc esset dies. Studiosi philosophetur aliquandō in perscrutandis mysterijs. Nobis properandum est ad sequentia.

Amos 8.

Iere. 15.

Et circa horam nonam clamauit Iesus voce magna, dicens: Eli eli, lama sabachthani &c. Et hoc iuxta prophetiam dauid Psal. 22. cuius primus versus est, אֱלֹהֵי אֱלֹהֵי לָמָּה עָרַבְתָּ לִּי. Vbi pro אֱלֹהֵי עֲרַבְתָּ Chaldaei dicunt אֱלֹהֵי עָרַבְתָּ, qua voce credibile est nominum esse vsū, q̄ eo tempore hac lingua vulgō in Iudæa vteretur. Nōnulli etiam hoc loco laborant, vt explicant se, nē cogantur aliquid sentire, quod sit filio Dei indignum. Quare huc confugiunt, vt dicant, non in sua eum loqui persona, sed membrorum. Verum eadem est huius ratio, quam supra ostendimus, quō de pauore eius in horrore ageremus. Hoc & Hieronymus sentit, quō

Tertull.

Rom. 8. Es. 53.

Psal. 21.

Iohan. 10.

ita scribit: Nè mireris verborum humilitate, & querimonias derelicti, cum formam serui sciens, scandalum crucis videas. Sed luculentius locum explicat Tertullianus aduersus Praxeam scribens, his: Sed hæc vox carnis & animæ, id est, hominis: nõ sermonis, nec spiritus, id est, non Dei: propterea emissa est, vt impassibilem deum ostenderet, qui sic filium dereliquit, dum hominem eius tradidit in mortem. Hoc & apostolus sentit, scribens: Si pater proprio filio suo nõ pepercit. Hoc & Esaias prior pronũciat, & dominus eum tradidit pro delictis nostris. Sic reliquit, dum non parcat: sic reliquit, dum tradit. Cæterum non reliquit pater filium, in cuius manibus filius spiritum suum posuit. Denique posuit, & statim obiit. Spiritu enim manente in carne, caro omnino mori non potest. Ita relinqui à patre, mori fuit filio. Hæc Tertullianus: ex quibus manifestè datur intelligi, filium dei Dominum nostrum Iesum Christum in sua loqui persona, non tamen qua Deus est, sed qua homo.

Quidam autem illic stantes, dicebant: Eliam vocat iste.] Hos apparet milites Romanos, aut alios aliquos externos fuisse, qui non intellexerint linguam Hebræam. Nisi forte Iudæi ex petulantia verba deprauantes, in contumeliã Iesu hoc dicebãt: quod est admodum credibile.

Et continuo curvens vnus &c.] Hoc anteq̃ fieret, sciens Iesus (vt scribit Iohannes) quod omnia iam consummata essent, vt consummaretur scriptura, dicit: Sitio. Vas ergo erat positum aceto plenum. Ex hac occasione cucurrit is, de quo scribit hic Matthæus: & acceptam spongiam impleuit aceto: & (vt ait Iohannes) hyssopo circumponens, imposuit (secundum Matthæum) arundini, & ad mouens ori, dabat ei bibere. Porro quod sitiebat etiam humano more, nõ erat mirum, in tam grauibus ac diuturnis afflictionum laboribus, exhausto insuper per vulnera toto ex corpore sanguinis humore. Quod non tacuit propheta in Psalmo supra citato: Aruit, inquit, tanq̃ testa virtus mea, & lingua mea adhæsit faucibus meis. Cæteri verò dicebant: Sine, videamus an veniat Elias liberans eum: vel, vt Marcus, ad deponendum eum. Atq; hæc quidem illi dicebant, dum ille alter porrigebat acetum. Iesus aut, quum accepisset acetum, dixit: Consummatum est, vt scribit Iohannes. Quo verbo significauit se iam intus & foris omnia passum, q̃ vel secundum iustitiam patris, vel secundum oracula prophetarum, p̃ nostris sceleribus pati debuit. Vt tamen omnes intelligerent, nulla vi tormentorũ sibi potuisse vitam extorqueri, sed verũ esse quod dixerat, Ego pono animã meã, vt iterum sumã eam: Nemo tollit eam à me, sed ego ponam eã

à me ipso: Potestatem habeo ponendi eam, & potestatem habeo iterum sumendi eam: vt, inquam, hoc intelligerent oēs, ingenti voce exclamauit, vt scribit Lucas, dicens: Pater, in manus tuas commendo spiritum meũ. Et quum hoc dixisset, inclinato capite, tradidit spiritum, inquit Iohannes.

Et ecce velum templi scissum est à summo &c.] Velum illud dicit, quod separabat sancta à reliqua parte tẽpli. hoc scissum est in duas partes à summo vsq; ad imum, significans iam adesse tempus, vt remotis vmbris, ad coruscantẽ Euangelij lucem, patefiant oĩa mysteria legis & sacrificiorum legalium. Præterea, vt Euthymio placet, remotum iã esse interitũ illud, & parietem medium, quo cœlo excluderemur, vt oibus pateat aditus ad sancta illa sanctorũ, vbi sacerdos noster & pontifex Iesus Christus est ad dextram patris. D. Hieron. refert se legisse in Euangelio Nazarenorum, superliminare templi, infinitã magnitudinis, fractum esse atq; diuisum.

Et terra mota est, & petrae scissæ sunt.] Nimirum in testimonium, quod crucifixum agnoscant nominum suum esse.

Et monumenta aperta sunt,] nempe in signum ac testimonium, nunc adesse illum victorem mortis, qui ante multa secula per prophetam Osee dixerat: De manu mortis liberabo eos, de morte redimam eos. Ero mors tua, o mors: morsus tuus ero, inferne. Hoc ipsum testatur quæ sequitur apud Euangelistam:

Et multa corpora sanctorum qui dormierant, resurrexerunt. Et exeuntes de monumentis post resurrectionem eius: quia scriptum est: In quibus portus erant. Et in omnibus ipse primatus tenens.]

Venerunt in sanctam ciuitatem.] Hierosolymam intelligit: quam nomine tunc vsitato sic nominat, alioqui iã sancta esse desiderat, quod ad monet pluribus Hieronymus.

Et apparuerunt multi.] Nempe in signũ deuictæ iam mortis.

Centurio aut] quẽ exaduersò cõstitisse ait marc.

Et qui cum eo erant, custodientes Iesum, viso terræ motu, & his quæ fiebant.] Marcus ait, Et sic clamans expirasset. Nam cæteri homines, exhausto paulatim corporis vigore, absq; clamore expirare solent.

Timuerunt valdè, dicentes: Verè filius Dei erat iste.] Lucas ait, quod centurio glorificauerit DEVM, dicens: Verè hic homo iustus erat. Sed nihil est hic inter Euangelistas purgantia. Neque enim hæc tam paucis verbis acta

acta sunt, quàm referuntur ab Euangelistis. Quid si prius dixit hominem iustum, deinde paulatim virtute confessionis proficiens, filium Dei pronunciauit? Vtrum autem filium Dei significauerit, qui esset ex deo natus, an hominem propter iustitiam insigniter Deo charũ, nolim temerè pronunciare. Addit hoc loco Lucas, quod omis turba eorum, qui simul aderant ad spectaculum istud, & videbant quæ fiebant, percutientes pectora sua, reuertebantur.

Erant autem ibi mulieres multe &c.] Lucas præterea dicit, Stabant autem omnes noti eius procũ: nimirum, quod præ metu non audent accedere. Videtur & hoc Dauid præuidisse in spiritu, quum caneret Psal. 37. Amici mei & proximi mei aduersum me appropinquaerunt & steterunt. Et qui iuxta me erãt, de longè steterunt. Nam quod nostra translatio habet, aduersum me appropinquaerunt & steterunt: ex Hebræo sonat, è regione plage meę stabant.

Inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi & Ioseph mater.] Ordo & sensus est, Maria quæ erat mater Iacobi parui & Ioseph. In Grego tamen est *matr*, id est, Ioseph, non Ioseph. Et in Euangelio Hebraico inuenio *מרי*. Hieronymus tamen in commentarijs legit Ioseph. Porro quod mulieres illę secutę è Galilæa, ministrauerunt Domino Iesu, ex consuetudine gentis Iudaicę factum fuisse, author est Hieronymus, apud quos vsitatum fuit, vt mulieres de sua substantia proceptoribus victum & vestitum suppeditarent. Quam consuetudinẽ & apostolos retinuisse indicat Paulus, cum ita scribit Corinthijs: Nunquid nõ habemus potestatem mulierculam sororem circumpedendi, sicut & cæteri apostoli, & fratres domini, & Cephas? Ipse tamen Paulus noluit vti sua illa potestate, propter aduersariorum calũnias. Quod autem Dominus Iesus ea est vsus, nõ fecit quod ipse egeret: sed vt suo exemplo doceret, quum esse, vt qui seminãt populo spiritualia, vicissim metant illorum carnalia.

Cum autem serò factum esset, venit quidã &c.] Priusquàm hoc fieret, Iudæi, quoniam parasceue erat, vt non remanerent in cruce corpora sabbato, erat enim magnus dies ille sabbati, rogauerunt Pilatum, vt frangerentur eorũ crura, & tollerentur. Venerunt ergo milites: & primi quidem fregerunt crura, & alterius

qui crucifixus est cum eo. Ad Iesum autẽ cum venissent, vt viderunt eum iam mortuum, nõ fregerunt eius crura. Sed vnus militum lancea latus eius aperuit, & continuo exiuit sanguis & aqua. Et qui vidit, testimonium perhibuit: & verum est testimonium eius. Et ille scit quia vera dicit, vt & vos credatis. Facta sunt enim hæc, vt scriptura impleteretur, Os nõ committetis ex eo. Et iterum alia scriptura dicit: Videbunt in quem transfixerunt. His itaq; peractis, cum iam vespera facta esset, vt sequitur apud Matthæum, venit homo diues ab Arimathæa, ciuitate Iudææ, vt ait Lucas, nobilis Decurio, vt Marcus ait, vir bonus & iustus, vt Lucas: hic non consenserat consilijs & actibus eorum: qui exspectabat & ipse regnum Dei, eratq; discipulus Iesu, sed occultus, propter metum Iudæorum, authorẽ Iohanne. Hic accessit ad Pilatum aucter, vt ait Marcus, & petijt corpus Iesu.

Tunc Pilatus inquit reddi corpus.] Marcus ait Pilatũ fuisse miratũ, si iã esset mortuus: & accersito centurione, interrogãsse, an iam mortuus esset: & cum cognouisset à centurione, iussit reddi corpus Ioseph.

Ei quum accepisset corpus Ioseph, inuoluit illud in sindone munda.] Hanc ad illud mercatũ illũ fuisse ait Marcus. Iohannes addit, venisse & Nicodemum, qui venerat ad Iesum nocte primũ, ferentem mixturam myrrhæ & aloës quasi libras centum. Acceperunt ergo corpus Iesu, vt pergit Iohannes, & ligauerunt illud linteis cum aromatis, sicut mos est Iudæis sepelire.

Et posuit illud in monumento suo nouo.] Illud monumentum habebat Ioseph in horto, qui erat in eo loco, vbi crucifixus fuit Iesus. Itã ex Iohanne discimus.

Erat autem ibi Maria Magdalene, & altera Maria.] Nepe Ioseph (vel Iose,) vt ait Marcus. Lucas scribit, q̃ subsecuta mulieres, q̃ cum eo venerant de Galilæa, viderint monumentũ, & quemadmodũ erat positum corpus eius. Et reuertetes parauerunt aromata & vngueta: & sabbato quidem siluerũt, secundum mandatũ.

Alterã autem die quæ est post parasceuen.] Quo magis illi muniunt sepulcrum, quo diligentius custodiunt, eo magis inlarscit resurrectionis veritas. Nam hac ratione ipsi sibi adimunt omnem rationem persuadendi alijs, furto sublatum esse, etiam si illud post summa cum impudentia & impietate conati sunt.

Vesperẽ autem sabbati, quæ lucefcit in prima sabbati, venit Maria Magdalene, & altera Maria videre sepulcrum. Et ecce terræ motus factus est magnus: angelus enim domini descendit de cælo, & ac-

cedens reuoluit lapidem, & sedebat super eum. Erat autem adspēctus eius sicut fulgur, & vestimenta eius sicut nix. Præ timore autem eius, exterriti sunt custodes, & facti sunt velut mortui. Respondens autē angelus, dixit mulieribus: Nolite timere vos. scio enim quod Iesum, qui crucifixus est, queritis. non est hic, surrexit enim sicut dixit, venite & videte locum, ubi positus erat dñs. Et citò euntes, dicite discipulis eius, quia surrexit, & ecce præcedet vos in Galilæa: ibi eū videbitis. Ecce prædixi vobis. Et exierunt citò de monumento cum timore & gaudio magno, currentes nunciare discipulis eius. Et ecce Iesus occurrit illis, dicens: Auete. Illæ autem acceperunt, & tenuerunt pedes eius, & adorauerunt eum. Tunc ait illis Iesus: Nolite timere. Ite, nunciate fratribus meis, ut eant in Galilæam: ibi me videbunt. Quæ cum abiissent, ecce quidam de custodibus venerunt in ciuitatē, & nunciauerunt principibus sacerdotū omnia quæ facta fuerant. Et congregati cū senioribus, consilio accepto, pecuniam copiosam dederunt militibus, dicentes: Dicite quia discipuli eius nocte venerunt, & furati sunt eum nobis dormientibus. Et si hoc auditū fuerit à præside, nos suadebimus ei, & securos vos faciemus. At illi accepta pecunia, fecerunt sicut erāt edocti. Et diuulgatum est verbum istud apud Iudæos vsq; in hodiernum diē. Unde cum autē discipuli abiērunt in Galilæam, in montē ubi constituerat illis Iesus. Et vidētes eum adorauerunt, quidam autē dubitauerunt. Et accedens Iesus, locutus est eis, dicens: Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. Euntes ergo, docete omnes gētes, baptizantes eos in nomine Patris & Filij & Spiritūs sancti: docentes eos seruare omnia, quæcūq; mandauimus vobis. Et ecce, ego vobiscū sum oīsbus diebus vsq; ad consummationē seculi.

IN CAPVT XXVIII.

Vespera autē sabbati etc.] *Ἡ εὐσπέρη ἡ σάββατον.* Vespera autem sabbatorum. Quam melius redditur, Vespera, propter id quod sequitur relatiuū, quæ lucefcit &c. Porro sabbatū vox est Hebræa, quæ illis scribitur, *שַׁבָּת* & significat quietem, seu potius id quod Latinis ferriæ, Græcis *ἡμέρα*. Quamquā verò septimus hebdomadæ dies, propriè illis dicitur & est sabbatum, tamen totam septimanā interim sabbatū appellant: & singulos septimanæ dies, sabbata. Itā hic dicit, vespera autē sabbatorum, quæ lucefcit in vna sabbatorū: quo significatur nox illa, quæ sabbatum, hoc est, diem festū insequens, excipit à luce vnus sabbatorū, hoc est, primæ diei septimanæ sequentis: quā diem nos rectè appellamus dñicam, ut ab ipso dño nostro Iesu Christo sua illa gloriosa resurrectione illustratam & consecratam. Quæ & figura est illius magnæ diei, nullū habiturū occasum, qua nos oēs ex mortuis resurgemus in vitam æternam. Quod autē à parte prima noctis, quæ est vespera, ipsam noctem voluerit significare Matthæus, in cuius noctis sine venerunt mulieres ad monumentum, docet Augustinus de consensu

euangelist. lib. tertio. *Ἡ εὐσπέρη ἡ σάββατον.* Vespere vigesimo quarto.

Venit Maria Magdalene, & altera Maria &c.] Marcustres numerat, Mariam Magdalenam, Mariam Iacobi, & Salomen. Sed fieri potest ut plures fuerint. Nā Lucas in genere dicit, Mulieres quæ eū venerant de Galilæa, subsecutas vidisse monumentum, & quò positum fuerit corpus eius: Reuersas autē in ciuitatē, parauisse aromata & vnguenta, ac sabbato quicuisse secundum præceptum. Vna autē sabbatorū profundo diluculo venisse ad monumentū, portantes quæ parauerant aromata, & nonnullas cū illis. Marcus quoque cap. 15. cū inter eas, quæ quæ esset Iesus in Galilæa, secute fuerant illum, ministrantes ei, numerat tres illas, Mariā Magdalena, & Mariam Iacobi parui & Ioseph matris, & Salomen, adiicit aliaque complures, quæ simul ascenderant cum eo Hierosolymā. Est & illud admodum credibile, quod quum tot essent, non omnes simul venerint, sed aliæ post alias: & quod nonnullæ ex illis, ac fortassis omnes nouitate rei, admiratione, gaudio, timore, trepidatione, atque in omnia se vertente cogitatione, cōmotæ, sæpius repetierint sepulcrum:

pulcrum: quod constanter affirmat D. Hieronymus: atque hinc esse factum, quod in Euāgelij leguntur diuersis venisse temporibus. De Maria magdalena hoc scribit Iohānes expressè. Ait em̄ illam primò die sabbatorum, quā adhuc tenebræ essent, venisse ad monumentum, vidisseque lapidem sublatum à monumento. Vbi Augustinus totus est in ea sententia, quod cæteras, quæ ministrauerant Domino, habuerit comites, secundum alios Euāgelistas, licet ipsa sola nominetur à Iohanne, uti feruentior ceteris illis. Cū autē videret lapidē sublatum à monumento, arbitrata aliquē hoc fecisse, qui & corpus Dñi sustulerit, cucurrit ad Petrum & Iohānem, ac dixit: Sustulerunt Dñm à monumento, & nescimus ubi posuerunt eum. Petro itaque & Iohanne currentibus ad monumentū, secuta est eos Maria Magdalena, quod manifestum est. Illis em̄ digressis à monumento, Maria stabat ad monumentum foris plorās, ut sequitur apud Iohannē. Itā verò terremotus, de quo scribit Matthæus, factus fuit anteq̄ primum ad monumentū peruenirent. Factus est em̄ angelo descendente, atque reuolvente lapidē. Mulieres autē quum venirent ad monumentum, repperunt iam reuolutū lapidem: quod Marcus, Lucas & Iohānes scribunt aperte. Angelorum autē illud colloquū cum mulieribus, factum est non statim primò mulierū aduētū ad sepulcrū, ut oscitanti lectori apparere poterit ex Matthæo & Marco: sed postquam Maria Magdalena abiisset, nūciatura apostolis Petro & Iohanni, abesse corpus dñi: quod eā præ animi ardore fecisse verisimile est, priusque cetera peruenirent ad monumentū, uti tardius progredientes. Maria itaque digressa ad apostolos, quod manē, quā adhuc tenebræ essent, factum esse scribit Iohannes, cetera subsequitur, orto iā sole, ut ait Marcus. His itaque ingressis in monumentum, (quod vtrum de ipso sepulcro sit intelligendū, an de loco, maceria aliqua circa sepulcrū munito, dubitat Augustinus) apparuit angelus, specie iuuenis, sedens in dextris, qui vetuit eas expauescere: Scio enim, inquit, quod Iesum Nazarenum crucifixum queritis: nō est hic: surrexit enim sicut dixit &c. ut hic scribit Matthæus.

Erat autem adspēctus eius &c.] Ea specie ostēdit angelus, qualia sint futura corpora nostra post resurrectionem à mortuis.

Nolite timere vos.] Vos, per emphasin dicit hac significatione. Vobis em̄ surrexit Dñs in consolationem & certitudinem vite æternæ. Hos autem terreri æquum est, quippe quibus iudex venturus est.

Et ecce præcedet vos in Galilæam.] Quod ait, in Galilæa, partim significat ibi securius eū posse

videri ab eis, sine timore Iudæorū: partim indicat, per mysterium Dñm à Iudæis ad gentes ire: ut totus terrarū orbis confiteatur resurgētem ex mortuis. *Ἡ γὰρ ἡ Γαλιλαία, orbem significat.* Nonnulli tamen putāt Galilæā nominatā esse à *ἄλλο* quod nūc migrare significat, nunc reuelare: ut principid intelligamus migrationem à Iudæis ad gentes: deinde reuelationem, qua se nobis manifestabit in cælo, ubi facie ad faciem videbimus eum.

Ecce prædixi vobis.] Ex Marco appāret, quod audito hoc angelo, ingressæ sint monumentū: & viderint iuuenem sedentem in dextris &c.

Et exierunt citò de monumento &c.] Ex Luca appāret, quod principid quidem non tam citò exierint: sed cōstitisse eas adhuc mēte cōsternatas, donec viderent alios duos angelos stātes iuxta se, in specie duorum virorum, in veste fulgenti. Quos quum videntes timerent, & declinarent vultum in terram, dixerunt ad illas: Quid queritis viuentem cum mortuis? Nō est hic, sed surrexit. Recordamini qualiter locutus est vobis, cū adhuc in Galilæa esset, dicens, quia oportet filium hominis tradi in manus hominū peccatorum, & crucifigi, & tertia die resurgere. Nisi forte hæc, de quibus illa scribit Lucas, fuerit alia mulieres, quæ venerint, illis, de quibus Matthæus & Marcus, iā digressis. Porro Maria magdalena interea reuersa ad sepulcrum, plorans inclinat se, ut inspiciat sepulcrum, & videt angelos duos in albis sedentes, vnum ad caput, alterū ad pedes, ubi positū erat corpus. Deinde ipsum Dñm Iesum, arbitrata principid esse illum hortulanū aliquem, quod copiosè narrat Iohannes. Et Marcus ait, quod quum surrexisset Iesus manē prima die sabbatorū, primò apparuerit Mariæ Magdalene, de qua, inquit, eiecerat septē dæmonia. D. Ambrosius in Lucā, suspicatur plures fuisse marias Magdalenas: neque eandem esse de qua hic loquitur Matthæus, & de qua Iohannes cap. 20. Sed minima pars eorum quæ hac trepidatiōe gesta sunt, scripta est. hinc non est mirū, quod Euāgelistæ non omnes eadem scribūt. Quapropter nos omīssa collatione hac, breuiter absoluemus quæ restant apud Matthæum, si illud prius admonuerimus, veterem interpretem nō male reddidisse sententiā Euāgelistæ, Et exierunt citò de monumento. Nā Græcè est, *ἔξῃς τῆς τοῦ τάφου ἐπιβάντων.* Sic em̄ in hæc verba scribit Euthymius: Et si nullam fecerit mentionē matthæus, quod in monumentū intrauerūt: nūc tū dicēs quod egressæ sunt, ostendit primum fuisse ingressas. rectius fortassis verterit aliq; et egressæ celeriter de monumento, quæ digressæ. *Cū timore & gaudio magno etc.]* Timore, propter

magnitudinem miraculi: gaudio, propter desiderium domini Iesu, quem audierant resurrexisse à morte.

Et ecce Iesus occurrit illis.] Quæ ante omnes diluculo surrexerant, inquit Euthymius, ante omnes vident dominum, & hoc in mercedem sui studij, fugq; festinationis referunt. Fit etiam hac ratione, vt certiora nunciât apostolis.

Dicens, Aueti.] Χαίρει, quod ad verbû sonat nobis, Gaudete. Vndè Euthymius, Gaudere, inquit, eis tribuit, quæ ob veterem inobedientiam condemnata erant ad habédum mœrorem.

Ille autem accesserunt, & tenuerunt pedes eius.] Iste accedunt & tenent pedes eius, inquit Hieronymus, quia adorauerunt eum. Ceterum illa quæ querebat viuêtem cum mortuis, & nesciebat adhuc filium dei surrexisse, meritò audit, Nè tangas me. Nondùm enim ascendi ad patrem meum.

Iohan. 20.

Tunc ait illis Iesus: Nolite timere.] Hieron. admonet, & in veteri & in nouo testamento hoc semper obseruandum esse, quòd quandò auctior aliqua apparuerit visio, primùm timor pellitur, vt sic mente placata, possint quæ dicuntur, audiri.

Ita, nunciate fratribus meis.] Eccè, mulieribus tanquàm apostolis vtitur apud apostolos, vt quemadmodùm à foemine, à diabolo seductæ atq; deceptæ, consilio cœperat occasio mœoris & mortis: ita à foeminis veritatè à Christo edoctis, incipiat Euangelium gaudij, resurrectionis, & vitæ æternæ. Porro fratres suos dicit apostolos, de quibus & in Psal. 21. Narrabo nomen tuum fratribus meis. Iam enim per mortem & resurrectionem suam ratam fecerat adoptionem illorum, ad possidendum secû hæreditatem regni cœlestis.

Quæ quum abissent, ecce quidam de custodibus venerunt in ciuitatem, &c.] Eccè, fides resurrectionis etiam hostium testimonio cōprobata: nec tamen adhuc respicitur excecatus induratusq; malitia infelix Iudæus sed quemadmodùm prius abusus fuit pecunia templi ad corrumpédum discipulum vt proderet magistrû veritatis: ita hîc ex eisdem thesauris sumunt, quò mœdaciū emant à sceleratis custodibus sepulcri. D. Hieronymus ex huius loci occasione grauitè admonet, nè quis his quæ conferuntur ad vsum templi & Ecclesiæ, abutatur ad explendam suam libidinem. Alioqui fore, vt similis fiat scribis illis & pharisæis, seu principibus sacerdotum.

Dicite, quia discipuli eius nocte venerunt.] Iam antè diximus, mœdaciū illud à semetipso redargui, apud iudicem alicuius iudicij. Nam si dormierunt, qui potuerunt scire, vtrùm furto esset sublatum, an viuus resurgens abiêrit? Sin vigilârunt, cur non prohibuerunt nè furarentur eum?

Et si hoc auditum fuerit à præside.] Ἐὰν ἀκούσῃ τῶν ἐπιτῶν ἡγεμόνων. Hoc est, si auditum fuerit hoc sub præside, i. si res apud præsidem iudicem agatur.

Nos suadebimus ei.] ἡμεῖς πείσομεν αὐτὸν. Nos persuadebimus ei.

Securos vos faciemus.] Ἐὰν ἡμεῖς ἀπολύωμεν τοὺς σικκῆς. Et vos liberos reddemus ab omni sollicitudine.

Et divulgatum est verbum istud apud Iudeos.] Nempe, furto sublatum esse.

Vndecim autem discipuli abiêrunt in Galileam.] Non statim quidè: sed prius illis visus est Hierosolymæ, ac multis verbis collocutus: quod legere est apud ceteros Euangelistas. Ipse etiam Matthæus tale quiddam significare videtur, quum ait, in montè quem cōstituerat illis Iesus. Non enim legimus, quandò illis cōstituerit, in quo monte se essent visuri. Quarè credibile est, id factum esse in colloquijs cum illis habitis Hierosolymæ. Quanquàm de hoc nihil attinet quenquam se torquere.

Data est mihi omnis potestas.] Hæc data est ei tanq̃ homini. Nā vt deus, ab æterno eâ habuit.

Euntes ergo, docete omnes gentes &c.] D. Hieronymus diligenter admonet, vt obseruemus hunc ordinè. Principiò iubetur docere omnes gentes. Deindè fidei intingere sacramèto: postremò præcipere, quæ post fidem & baptismum sint obseruanda. Quæ nè quis leuia esse putet ac pauca, addidit, omnia quæcûq; madaui vobis. Quid igitur ad hoc, qui contendit solâ fidem sufficere? Obseruauit hunc locû, & explicuit luculenter Eras. Rote. in Psal. 85. in illum verbum: Deduc me nomine in via tua &c.

Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsq; ad consummationem sæculi.] Nunquàm recedit à suis Dominus Iesus. Vbicunq; vel duo sunt in ipsius nomine congregati, ibi adest in medio illorû. Apostolis suis aderat perpetuò, laborantibus in propagatione verbi & Ecclesiæ credentiû. Eisdem nunc adest semper conspicuus in regno patris. Similiter faciet nobis omnibus, si nos fidem illorû & vestigia fuerimus secuti: Quod largiatur nobis ipse Dñs Iesus, cui cû Deo patre & spiritu sancto, laus, honor, gloria & imperium in omne æuū. Amen.